

CONCILIUM
MEXICANUM

PROVINCIALE,
CELEBRATUM MEXICI
Anno MDLXXXV.

PRÆSIDE D. D. PETRO
Moya de Contreras, Archiepif-
copo eiusdem Urbis.

CONFIRMATUM ROMÆ DIE
XXVII. Octobris , anno
MDLXXXIX.

ET POSTEA IUSSU REGIO
editum Mexici anno MDCXXII.
Sumptibus D. D. Ioannis de la
Serna, Archiepiscopi.

Parisijs. Anno MDCCXXV.
Cum Privilegio Regis.

AMPLISSIMO VIRO,
OMNIGENA ERUDITIONE;
ac disciplina ornato, genere æquè, ac
moribus præclarissimo,

ILLUSTRISSIMO DOMINO D. D. IOANNI
Gomezio Parada, Salmanticensis primùm Acade-
miæ, in Sacra Thologia Doctõri. ibidemque ad Phi-
losophiæ Cathedram euecto: Mexicano dein Cano-
nico: Tandem à Regis Hispaniarum Consilijs,
Iucatanix, Cosumeliæ, & Tabaci
Episcopo meritissimo.

Ioannes Baptista Mirallius S.

Q Uum nihil mihi, vel gratiùs, vel iucundiùs
possit contingere, quàm de te, *vir amplissi-
me*, aliqua in re benè mereri; quippe qui
officijs, munificentix, atque humanitati tuæ, om-
nia bona, rem familiarem, supellectilem, victum,
quin & memet ipsum, multis tibi ab hinc annis in
clientellam, ac fidem commendatum, acceptum
habeam, gratissima mihi oblata est à te occasio in
præsentia, vt mea quali quali opera, ac ministerio,
possim tibi placere. Iussisti mihi per epistolas eme-
ritæ in America datas, vt curarem edi Parisijs Con-
siliium hoc Mexicanum. Quam iniunxisti curam, ad-
hibui sanè, multis inculcans, atque importunis litte-
ris,



ris , vt quam purgatè , atque accuratè prodiret in
lucem. Nam , vt mittam meam tibi optemperandi
necessitatem cum summa voluptate coniunctam, id
in animum semper induxi , vt tibi, hoc est viro cla-
rissimo , ac sapientissimo , atque inter consultissi-
mos eloquentissimo , placere quicumque possint, se
plane fœlices existiment necesse sit. Ea enim est apud
nos , & apud exteros percelebris nominis tui fama;
ea pietatis , Religionis , integritatis , & prudentia,
singulari tua virtute, consilio, ac sapientia, & quod
caput est omnium , Pastoralis officij cura , ac soler-
tia comparata , atque aucta , vt ab vtroque orbè te
omnes admirentur , & crebris , summisque laudibus
persequantur : Tum maximè, quod solus ex vniver-
sa America ad editionem hanc , expensa tua iteran-
dam appuleris animum , quam scilicèt toti istius
vastissimæ regionis ordini Ecclesiastico (prout est,
sepositis mortalium curis , ad æterna intentissimus)
vtilem admodum , ac necessariam fore existimave-
ris. Interim te etiam atque etiam rogo , *Illustrissi-
me Domine* , vt me in tuorum numero , ac ministe-
rio numquam non habeas ; nam ad meam laudem
plurimum omnium referre existimes velim , si omni
observantiæ genere te perpetuo colere nunquam de-
sinam. Vale. Matrivi X. Kalend. Februarias , anno
MDCCXXV.



FEE DE ERRATAS.

Fol. 3. in marginali, linea 10. 11. lege 2. fol. 12.
linea 19. negligenterint, lege neglexerint. Fol. 48.
in marginali, linea 5. 12. lege 2. Fol. 194. linea 15.
ob latamque, lege oblatamque. Fol. 110. linea 13.
decretum, lege decretorum. Ibidem lin. 17. vestiti,
lege vestitu. Fol. 112. lin. 6. quavis, lege quamvis.
Fol. 157. §. 2. lin. 8. pro se dant, lege procedant. Fol.
163. in margine, lin. 1. lex, lege tex. Fol. 186. lin. 11.
& 14. Teaxcallensi, lege Tlaxcallensi. Fol. 198. lin. 7.
remaneat, lege remaneat. Fol. 205. lin. 2. iusta, lege
iuxta. Fol. 206. lin. 15. hospitio, lege hospitio ne.
Fol. 213. lin. 5. Capelle, lege Capellæ. Lin. 7. institute,
lege institutæ. Lin. 9. annexe, leg. annexæ. Fol. 220,
in marginali 19. 6068. lege 668. Ibi lin. 17. §. 5.
induant, lege induat. Fol. 254. lin. 18. intra, lege in-
fra. Fol. 289. §. 5. lin. 5. Parochiali munere, lege
Parochi eliminare. Fol. 270. lin. 24. vocaverit, lege
vacaverit. Fol. 314. linea 12. præcipiendam, lege
percipiendam. Fol. 315. in margine, lin. 17. 16. leg. 6.
Fol. 320. lin. 2. inducta, leg. induta. Fol. 322. lin. 22.
ab hanc, lege ob hanc. Fol. 359. lin. 2. iustitiam, lege
iustam. Fol. 367. lin. 2. eructi, lege eruti. Fol. 401.
lin. 5. Clericus, lege Clericis. Fol. 407. lin. 11. remittit,
lege remittat. Fol. 422. lin. 24. facere, lege facere.
Fol. 423. lin. 15. dæmonium, leg. dæmonum. Fol.
455. lin. 9. & 10. præscriptis, leg. præteritis. Fol. 459.
lin. 13. etiam, lege tam. Fol. 468. lin. 1. edeant, lege



redeant. Fol. 493. lin. 23. statuta, lege statuta. Fol.
516. lin. 6. Iudicum, leg. Iudicem. Fol. 547. lin. 12.
indignerint, leg. indiguerint. Fol. 566. lin. 14. abitu,
lege obitu. Fol. 496. lin. 15. lamentatium, leg. laumen-
tanium. Fol. 567. lin. 4. fato, lege factio.

P
1730

INDEX DECRETORUM
Concilij Mexicani.

Liber I. titul. I. De Summa Trinitate, & Fide Catholica, fol. 2.

§. I. De Fidei professione, ibi.

§. I. De Prædicatione verbi Dei, fol. 4. & sequent.

§. I. De Doctrina Christiana rudibus tradenda, fol. 8. & sequent.

§. I. De Sacramentis Doctrinæ Christianæ ignavis non administrandis, fol. 15. & sequent.

De Impresione, & lectione librorum, §. I. fol. 17. & sequent.

De Impedimētis propriæ salutis ab Indis removendis, §. I. fol. 19. & sequent.

Libri primi titulus secundus de Constitutionibus.

§. I. De Autoritate decretorum, & publicatione eorum, fol. 23.

Libri primi titulus tertius de Rescriptis.

§. I. De Obedientia, & executione rescriptis Apostolicis debita, fol. 29. & sequent.

Libri primi titulus quartus, de Erate, & qualitate Ordinandorum, & præficiendorum.

§. I. & sequentibus de Scientia ad Sacros Ordines, & curam animarum necessaria, fol. 33. & sequent.

De Vita, forma, & moribus Ordinandorū, §. I. & seqq. fol. 38.

De Titulo Beneficij, aut Patrimonij, §. I. & seqq. fol. 40.

De modo conferendi



INDEX

Ordines, & Litteras dimissorias, §. I. & seqq. fol. 43.

De Examine Ordinibus præmittendo, §. I. & seqq. fol. 46.

Libri primi titulus quintus, de Sacramentorum Ecclesiæ administratione, §. I. & seqq. fol. 48.

Libri primi titulus sextus, de Sacra Vnctione, §. I. & seqq. fol. 50.

Libri primi titulus septimus, de Clericis peregrinis, §. vnic. fol. 56.

Libri primi titulus octavus, de Officio Iudicis Ordinarij, & Vicarij, §. I. & seqq. fol. 58.

Libri primi titulus nonus, de Officio Fiscalis, & Iure Fisci, §. I. & seqq. fol. 79.

Libri primi titulus decimus, de Officio Notarij, & de fide instrumentorum, §. I. & seqq. fol. 91.

Libri primi titulus vndecimus, de Officio Executoris Iustitiæ, §. I. & seqq. fol. 110.

Libri primi titulus XII. de Officio custodis, & custodia reorum, §. I. & seqq. fol. 114.

Libri primi titulus XIII. de Maioritate, & obedientiâ, §. I. & seqq. fol. 119.

Libri secundi titulus primus, de Ordine Iudiciorum, §. I. & seqq. fol. 122.

Libri secundi titulus secundus, de Procuratoribus, §. I. & seqq. fol. 134.

Libri secundi titulus tertius, de Ferijs, §. I. & seqq. fol. 136.

Ibidem, Festa ex præcepto observanda.

Festa Indorum, §. IX. fol. 144.

Libri secundi titulus quartus, de Dolo, & con-



INDEX.

contumacia, §. I. & seqq.
fol. 146.

Libri secundi titulus
quintus, de Testibus, &
probationibus, §. I. &
seqq. fol. 149.

Libri secundi titulus
sextus, de Sententia, &
re iudicata, §. I. & seqq.
fol. 157.

Libri secundi titulus
septimus, de Appellatio-
nibus, & recusationibus
Iudicum, §. I. & seqq.
fol. 159.

Libri tertij titulus pri-
mus, de Officio Episco-
porum, & vitæ puritate.

De his, quæ ad pro-
prium Episcopi perso-
nam pertinent, §. I. fol.
164.

De cura subditorum,
& propriæ familiæ, §. I.
& seqq. fol. 167.

De Doctrinæ cura,
§. I. & seqq. fol. 169.

De Visitatione propriæ
Provinciæ, §. I. & seqq.
fol. 173.

Personæ in Archiepis-
copatu Mexicano ab Il-
lustrissimo Metropolita-
no designatæ, fol. 185.

Personæ à Reveren-
dissimo Episcopo Gua-
remalensi in suo Episco-
pato designatæ, ibid.

Personæ à Reveren-
dissimo Mechoacanensi
in suo Episcopatu desig-
natæ, fol. 186.

Personæ deputatæ in
suo Episcopatu à Reverē-
dissimo Episcopo Tlax-
callensi, ibid.

Personæ deputatæ in
suo Episcopatu à Reve-
rendissimo Episcopo Iu-
catanensi, fol. 187.

Personæ deputatæ in
suo Episcopatu à Reve-
rendissimo Episcopo Xa-
lisconensi, ibid.

Personæ deputatæ in
suo Episcopatu à Reve-
rēdissimo Episcopo Gua-
xacanensi, ibidem.

Libri tertij titulus se-
cun-



INDEX.

tundus, de Officio Re-
ctoris, & Plebanj.

De Officio Parochi,
& Doctrinæ cura, §. I. &
seqq. fol. 188.

De Administratione
Sacramentorum, §. I. &
seqq. fol. 190.

De Vigilantia, & cu-
ra circa subditos, præfer-
tim in Sacramentorum
receptione, §. I. & seqq.
fol. 192.

De Sollicitudine præ-
standa, ut peccatis reme-
dium adhibeatur, §. I. &
seqq. fol. 201.

De his, quæ ad Páro-
chos Indorum attinent,
§. I. & seqq. fol. 204.

Libri tertij titulus ter-
tius, de Beneficiatis Ca-
thedralium, & Parochia-
rum, & eorum officijs.

De Assistentia Benefi-
ciatorum divinis officijs
debita, §. I. & seqq. fol.
211.

Libri tertij titulus quar-

tus, de Officio Sachristæ;
§. I. & seqq. fol. 215.

Libri tertij titulus quin-
tus, de Vita, & honesta-
te Clericorum.

De Clericorum habi-
tu, & cultu externo, §. I.
& seqq. fol. 217.

De Evitandis specta-
culis vanis, & actionibus
profanis, §. I. & seqq.
fol. 223.

De Ludis Clericis pro-
hibitis, §. I. & seqq. fol.
229.

De usu frequenti Eu-
charistiæ, §. I. & seqq.
fol. 233.

Libri tertij titulus sex-
tus, de Clericis non re-
sidentibus, §. I. & seqq.
fol. 235.

Libri tertij titulus sep-
timus, de Institutionibus,
& iure Patronatus, §. I.
& seqq. fol. 240.

Libri tertij titulus oc-
tavus, de Rebus Eccle-
siæ conservandis, alienan-
dis,



INDEX.

dis, vel non, §. I. & seqq. fol. 245.

Libri tertij titulus nonus, de Testamentis, & ultimis voluntatibus, §. I. & seqq. fol. 253.

Libri tertij titulus decimus, de Sepulturis defunctis, & funeralibus, §. I. & seqq. fol. 256.

Libri tertij titulus undecimus, de Parochis, §. I. & seqq. fol. 262.

Libri tertij titulus XII. de Decimis, & Primitijs, §. I. & seqq. fol. 264.

Libri tertij titulus XIII. de Regularibus, & Monialibus, §. I. & seqq. fol. 267.

Libri tertij titulus XIV. de Religiosis, & pijs domibus, §. I. & seqq. fol. 284.

Libri tertij titulus XV. de Celebratione Missarum, & Divinorum Officiorum, §. I. & seqq. fol. 292.

Libri tertij titulus XVI. de Baptismo, §. I. & seqq. fol. 305.

Libri tertij titulus XVII. de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, & eius custodia, §. I. & seqq. fol. 309.

Libri tertij titulus XVIII. de Reliquijs, & veneratione Sanctorum, & Templorum, §. I. & seqq. fol. 314.

Libri tertij titulus XIX. de Immunitate Ecclesiarum, & Clericorum, §. I. & seqq. fol. 323.

Libri tertij titulus XX. Ne Clerici, vel Monachi negotia sæcularibus se immisceant, §. I. fol. 328.

Libri tertij titulus XXI. de Observatione ieiuniorum, §. I. & seqq. fol. 333.

Dies, quibus ieiunare tenentur omnes huius Archiepiscopatus, & Provinciæ utriusque sexus,

INDEX.

xus, Fideles, Indis exceptis, fol. 334.

Dies, quibus Indi ieiunare tenentur ex Constitutione sælicis recordationis Pauli Papæ Tertij, fol. 336.

Libri quarti titulus primus, de Desponsalibus, & Matrimonijs, §. I. & seqq. fol. 339.

Libri quarti titulus secundus, de Cognatione spiritali, & alijs matrimonij impedimentis.

Libri quinti titulus primus, de Visitationibus, §. I. & seqq. fol. 352.

Libri quinti titulus secundus, de Calumniatoribus, §. I. & seqq. fol. 360.

Libri quinti titulus tertius, de Simonia, §. I. & seqq. fol. 362.

Libri quinti titulus quartus, de Hæreticis, §. vnic. fol. 366.

Libri quinti titulus V. de Usuris, §. I. & seqq. fol. 369.

Libri quinti titulus sextus de Sortilegijs, §. I. & seqq. fol. 377.

Libri quinti titulus septimus, de Maledicis, §. I. & seqq. fol. 379.

Libri quinti titulus octavus, de Iniurijs, & damno dato, §. I. & seqq. fol. 381.

Libri quinti titulus nonus, de Pœnis, §. I. & seqq. fol. 385.

Libri quinti titulus decimus, de Concubinato, & pœnis concubinariorum, & lenorum, §. I. & seqq. fol. 387.

Libri quinti titulus undecimus, de Sententia excommunicationis, §. I. & seqq. fol. 395.

Tempus cessationis à divinis, fol. 401.

Libri quinti titulus XII. de pœnitentijs, & remissionibus, §. I. & seqq. fol. 403.

Casus Episcopis refer-



INDEX.

servati, fol. 411.

Excommunicationes quoque latae sententiae ab hac Synodo, statuta quarum absolutio Episcopis reservatur; sunt haec, fol. 412.

Statuta ordinata à Sancto Concilio Provinciali Mexicano III. Ann. Dñi. MDLXXXV.

Ex praescripto Sacrosancti Concilij Tridentini decreto, sess. 24. cap. 12. de Reform. verb. Cætera.

Revissa à Catholica Maiestate, & à Sacrosancta Sede Apostolica confirmata. Anno Domini MDLXXXIX. fol. 416.

Erectio Ecclesiae Mexicanae, quae eadem est cum cæteris eiusdem Provinciae, fol. 420.

Statutorum pars prima, fol. 462.

Cap. I. §. 1. & seqq.

Cap. II. §. 1. & seqq. fol. 469.

De loco capitulati.

Cap. III. de Decano, & eius praesistentijs, §. I. & seqq. fol. 472.

Cap. IV. de Archidiacono, §. vnic. fol. 476.

Cap. V. de Cantoris officio, ac dignitate, §. I. & seqq. ibid.

Cap. VI. de Scholastico dignitate, §. vnic. fol. 478.

Cap. VII. de Thesaurario, §. vnic. fol. 479.

Cap. VIII. de Canonicis, §. vnic. fol. 480.

Cap. IX. de Integris, ac dimidijs portionaris, fol. 481. §. I. & seqq.

Cap. X. de Decimarum partibus ad Praelatum, capitulum, fabricam, hospitale, & servientes pertinentibus, §. vnic. fol. 482.

Cap. XI. de Forma in admittendis ad possessionem Praebendatis habendam, §. I. & seq. fol. 483.

Cap.



INDEX.

Cap. XII. de Modo
ad hoc, vt Præbendati
noviter recepti sciant
cæremonias. servando,
§. vnic. fol. 491.

Cap. XIII. de His, quæ
Præbendati, & alij Mi-
nistri in Divini Officij
ministerio, ac Beneficio-
rum, officiorumque suo-
rum exercitio agere de-
bent, §. vnic. fol. 493.

Cap. XIV. Qualiter
omnes Cathedralium
Ecclesiarum, Præbenda-
ti certis anni tempori-
bus Cappas Chori gesta-
re debent, §. I. & seqq.
fol. 494.

Cap. XV. de Respe-
ctu, & obedientia debi-
ta, Præsidenti, ac de eius
officio, §. I. & seqq. fol.
497.

Cap. XVI. de His, quæ
cæremoniarum Magister
erga ingredientes Cho-
rum, præstare tenetur,
§. I. & seqq. fol. 501.

Cap. XVII. de Ordî-
ne per capitulum capi-
tulariter egrediens ser-
vando, §. I. & seqq. fol.
503.

Cap. XVIII. de Ma-
gistri Cappellæ officio, &
Cantoribus, §. I. & seqq.
fol. 505.

*Statutorum pars secun-
da.*

Cap. I. De Capitulis in
Ecclesia habendis, illo-
rumque tempore, & as-
sistentiæ modo, §. I. &
seqq. fol. 511.

Cap. II. Quomodo,
& quando convocanda
sint capitula ante diem,
§. I. & seqq. fol. 524.

Cap. III. de Capitulo
in Choro non nisi de le-
vibus rebus habendo, §.
vnic. fol. 527.

Cap. IV. de Genera-
li Capitulo binis quibus-
que mensibus habendo,
§.



INDEX.

§. vnic. fol. 528.

Cap. V. de Negotijs gratiam, vel iustitiam concernentibus, §. I. & seqq. fol. 529.

Cap. VI. De modo, quo gratia in capitulo facta contradici potest, §. I. fol. 531.

Cap. VII. Quomodo negotium per suffragia, conclusum, iterum tractari non possit, & quando possit, §. vnic. fol. 532.

Cap. VIII. de Horum statutorum lectione, aut repetitione, §. vnic. fol. 534.

Cap. IX. Quomodo multa per Capitulares invicem remitti ne debeant, §. vnic. fol. 535.

Cap. X. de Secretarij Capitularis officio, & obligatione, §. I. & seqq. ibidem.

Cap. XI. de Sygillo Capituli, §. I. & seqq. fol. 538.

Statutorum pars tertia:

Cap. I. de ijs, quæ reddituum decimalium Administratores agere debent, §. I. & seqq. fol. 540.

Cap. II. de Æconomis, §. vnic. fol. 541.

Cap. III. de Fabricæ bonis, §. vnic. fol. 542.

Cap. IV. de Aniversarijs, & Commemorationibus, §. vnic. fol. 543.

Cap. V. de Scripturis Ecclesiæ, & earum custodia, §. vnic. fol. 544.

Cap. VI. de Candelis in die Purificationis B. M. distribuendis, §. vnic. fol. 545.

Cap. VII. de Requie, eiusque usu, & tempore, §. I. & seqq. fol. 545.

Cap. VIII. de ijs, quæ amittit, qui prædicta requie utitur, §. vnic. fol. 550.

Cap. IX. de his, quæ lu-



INDEX:

lucrari possunt Præbendati, qui à Prælato occupantur, §. I. & seq. fol. 551.

Statutorii pars quarta.

Cap. I. de patitur Præbendatis ægrotantibus concessio, §. I. & seq. fol. 553.

Cap. II. de patitur, Præbendatis extra Civitatem concessa, §. I. & seqq. fol. 555.

Cap. III. de his, quæ cum Præbendatis ægrotantibus in mortis periculo constitutis agenda sunt, §. vnic. fol. 557.

Cap. IV. Quomodo ægrotanti Prælato Ecclesiastica Sacramenta sint ministranda, §. vnic. fol. 559.

Cap. V. Quomodo Præbendatis ægrotanti-

bus eadem Sacramenta ministrari debeant, §. vnic. fol. 560.

Cap. VI. de Campanarum pulsatione defuncto Prælato facienda, §. I. & seqq. ibidem.

Cap. VII. de modo sepeliendi Prælatum defunctum, §. I. & seqq. fol. 562.

Cap. VIII. de modo sepeliendi Præbendatos defunctos, §. I. & seqq. fol. 565.

Cap. IX. de his, quæ quilibet Capitularis agere tenetur in Prælati, vel alicuius Capitularis obitu, §. vnic. fol. 566.

Cap. X. de Iniurijs verbo, aut facto illatis, §. I. & seqq. fol. 567.

Catalogus Præfulum Ecclesiæ Mexicanæ, fol. 574.

P R Æ M O N I T I O

AD LECTOREM.

Concilium Mexicanum Provinciale I. similiter & II. citantur in hoc III. nunc exhibendo. Verum neutrius eorum exemplaria, diu multumque quaesita, nancisci potuimus: ideoque nec licet indicare quonam anno, sub quo praeside, aut circa quid celebrata fuerint. Idcirco nos hoc Concilium, quamvis revera tertium dici debuisset, tum quod priorum acta desiderentur, tum etiam quod ultimum sit, absque numero edere duximus.

Porro Concilium Burgense itidem Provinciale citatur in hoc ipso Mexicano: sed quodnam illud fuerit, à quo Archiepiscopo eius clarissimae Ecclesiae coactum, aut quo anno, incertum nobis est; cum eius Acta, vel perierint, vel lateant. REVERENDISSIMIS PATRIBUS, AC DOMINIS COEPISCOPIS, AC COMPROVIN-



CIALIBUS NOSTRIS, CAPITULIS
CATHEDRALIUM ECCLESIA-
SIARUM, PAROCHIS, AC UNI-
VERSO STATUI ECCLESIASTI-
CO PROVINCIAE MEXICANAE.

IOANNES DE LA SERNA;
Archiepiscopus utramque salutem
in Domino precatur.

Non satis ad perfectum prudentis-
simum ille pater-familias opus
suum perduxisset vineam plantando;
si plantata saepe non circumdeditset: (a)

(a) *Math. cap. 21. Singularis enim ferus depasceret eam: vindemiarent, qui praetergrediuntur viam, & vulpes parvula demolirentur.* Sed ne in ea excolenda locatus labor in casum succederet, vallo munivit, turrim apposuit, (b) *verticem*

(b) *Ambr. lib. 9. (scilicet) legis attollens; ut sic instructa maceria tutatam agricolis locaret.* Quis enim eorum ita dexter in excolendo, tam patiens in sufferendo, tam audax in resistendo, tam tenax in perseverando, tam fortis foret in perse-

(c) *Plutarch. in apophteg. lacon.* *Quis enim eorum ita dexter in excolendo, tam patiens in sufferendo, tam audax in resistendo, tam tenax in perseverando, tam fortis foret in perse-*

(c) *Cum pluribus dimicet oportet is qui*



*qui imperare pluribus intendit. Vnus-
quisque enim suæ obtemperat volun-
tati, & voluptati, proclives sunt ad
malum hominum appetitus, nec à pro-
posito vnquam desistent; donec ad
effectum placita perducant. Magnum
ergo, & indignum chaos, truculenta-
que confusio humanam hanc societa-
tem turbaret. (d) Tot, tantorumque,
quæ Cælestes largiuntur, donorum, &
honorum non esset fruitio, vel usus re-
ctus sine lege, sine iustitia, sine recto-
re. Ideò ergo vineam suam sæpè cir-
cumdedit, id est, Ecclesiam lege valla-
vit, & stabilivit, quæ rebelles cogeret,
petulantium audaciam cohiberet, præ-
tergredientes viam, ne vineam con-
culcarent, puniret. Nullumque ma-
ius bonum huic suæ familiæ potuit lo-
cuplex in misericordia tribuere, quam
legis propugnaculum, quo homines in
officio continerentur, gladium hunc
incipitem, quo tyrannorum vires fran-
gerentur, divinæ voluntatis expressio-
nem, qua (e) servus sciens voluntatem
domini, faciat, ne vapulet: ideò fami-
liarissimus domini Moyse in signum
magnæ erga se dilectionis postulabat:
Si inveni gratiam in oculis tuis, scire*

(d)

Plutare. ad
Prin. in doct.

(e)

Luc. cap. 12
num. 47.



*no fac viam tuam. Viam, id est, voluntatem: tu gusto. Quid iucundius ser-
vo, quam certo scire, & non divinare
voluntatem domini? Magnum ergo
bonum vineæ plantatæ, sæpe fuisse cir-
cumdatam: vtilissimum colonis vo-
luntati domini ex præscripto parere.
Vtile etiam impudentibus, & dyscolis,
ab effrænatis appetitus insultibus cohi-
beri salutari illa violentia, quam regius
vates postulabat: (f) *In campo, & fra-*
Psalm. 31. no maxillas eorum constringe, qui
non approximant ad te. Càmum, &
frænum appellat scripturæ leges, &
præcepta, quibus ab instituto superbæ
hominum voluntates arcentur, ne in
præsepis ruant, innatæ superbix calca-
ribus actæ, qua contra fas, & rectum
ad in ordinatos ruunt affectus. Ideò Iu-
dæorum doctissimus Philo dicebat: (g)
Quòd lex semper pugnat cum super-
biis. Quasi hoc sit proprium illius mu-
nus, devio superbiorum hominum affe-
ctui resistere, illorum se executioni
opponendo, præceptorum habenis ne
caderent, detinendo. Non ergo ad per-
fectum duxisset opus suum pater fami-
lias, si vineæ plantatæ contentus, de
*vallo, & sepe non fuisset sollicitus.**

(f)

Psalm. 31.

(g)

L. de transmi-
gratione.



Vineam, non vt olim de Ægypto,
sed de Catholicæ Ecclesiæ vberiori so-
lo, Hispania videlicet fecundissima
regione: (h) *In terram hanc falsuginis,*
& *vastæ solitudinis* transtulit sapien- (h)
tissimus pater. *Eiecit gentes,* & plan- Psalm. 79
tauit eam abolito idolorum cultu, &
fugatis idololatriæ tenebris, solerti cu-
ra, & indefesso animo sanctissimorum
virorum Sacerdotalis Ordinis, tam
Sæcularium, quàm Regularium insti-
tutorum, quibus vineam plantandam,
excolendam, & propagandam locavit,

(i) Sed vt novellæ plantationes in iu- (i)
ventute sua profundas radices iace- Psalm. 143
rent, & vberiores fructus magno agri-
colarum labori, & conatui succede-
rent; opus fuit, vt condensa legum sæ-
pè circumdaretur, quarum aliæ opera-
rios dirigant in cultura, aliæ stimulent
oseitantes in ministerio, & indebitè
illud tractantes compescant. Quod cum
optimè perpenderit dominus Petrus
Moya de Contreras, prædecessor nos-
ter, vir iure mille titulis, & nominibus
venerandus, quamvis gravissimis de-
tentus curis, & totius huius Regni gu-
bernatione occupatus, Provinciale
Synodum cœgit, in qua doctissimi
Epis-



Episcopi Comprovinciales interfuerunt, quorum maturo Concilio, & qua summa præditi erant, prudentia, municipales leges fuerunt conditæ, consonantes quidem Patrum Antiquorum doctrinæ, Sacrorum Conciliorum decretis, iuri communi conformes, maximeque regionis istius moribus, & hominum conditioni aptatæ. In qua re, licet omnes, qui de iure Concilio interfuerunt, communiter insudarunt; sed in ordinandis, & disponendis decretis plus cæteris laboravit Doct. D. Ioannes de Salzedo, tunc Secretarius simul, & Consultor dieti Concilij, Sacrorum Canonum primariæ Cathedræ moderator, & in illa nunc emeritus, nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ meritisimus Decanus; imposterum autem maiorum huius Regni Ecclesiarum Pontificalem Sedem pro meritorum censura occupaturus. Subiectum fuit celebre hoc Concilium integerrimæ censuræ Senatus regij Indiarum, de cuius licentia, & approbatione Romam translatum est Apostolica authoritate firmandum, in quo quidem tantum temporis consumptum est, ut iam antiquatum videretur, seu de medio sublaturum. Sed cum adven-

116



sissem, quò quò impates sunt vires
nostræ ad tantam Provinciam sustinen-
dam, eò pluribus auxilijs indigemus;
quorum præcipua sunt, dicti Concilij
decreta, nullum non movimus lapi-
dem, nulli sumptui pepercimus, ut vo-
lumen hoc oblivioni traditum in lu-
cem prodiret, præloque mandaretur;
ut sic ad omnium agriculturæ, & ope-
ratorum manus perveniret, & tanto-
rum decretorum ope vberiores pro-
ventus expectarentur.

Tanti operis, tamquæ necessarij huic
Provinciæ, gratiæ debentur bonæ me-
moriæ domini Petri, quo præside tam
vtilis leges sunt ordinatæ, quibus to-
tus hic novus orbis spirituali in regi-
mine gubernetur. Et crediderim, quòd
non minus honoris, & celebritatis eius
nomini sit deferendum, quàm illius
nunquam satis pro dignitate laudandæ
Ferdinandi Cortesij huius novi orbis
expugnatoris. Comparans sumus elo-
quentiæ parens victoriam Salaminam
Themistoclis, & Solonis decretum de
Iudicibus Areopagitis constituendis:

(K) *Non minus præclarum hoc, quàm
illud iudicandum est; illud enim semel
profuit, hoc semper proderit Civitati.*

(K)
Lib. 2. Officij



Id enim profectò accomodari poterit
huius Concilij ordinationi. Et si in cre-
dibilia Cortesij facinora cum illius ce-
lebratione comparentur, iure dicere
possimas, non minus præclarum hoc,
quàm illud iudicandum esse. Illud enim
semel profuit, hoc semper proderit
Provincia. Mihi autem pro tanto, tam-
que utili negotio nihil postulo; nec
pro magna argenti summa insumpta,
nec pro labore impensò, quàm ut à vo-
bis pro grato obsequio habeatur: &
quia pro omnibus laboravi, omnes mi-
hi debitum persolvatis pretium incom-
parabile assiduorum, & devotarum
vestrarum precùm. Quarum vobis cer-
tas vices rependam, ut vestris meritis
suffulti, postpensum ritè persolutum,
fidei reddita villicationis ratione, in
Domini gaudium mereamur intrare;
in quo valete ut opto. Mexici quinto
idus Septemb. anno Dñi. MDCXXII.

Ioannes Archiepiscopus Mexicanus,



IN NOMINE SANCTÆ,
& individuæ Trinitatis, Pa-
tris, & Filij, & Spiritus
Sancti.



Anctæ Provincialis Mexi-
cana Synodus ad Sacro-
rum Canonum statuta, ac
præcipuè Generalis Con-
cilij Tridentini decreta
observandum, & exequendum, ad Fi-
dei Catholicæ propagationem, ac divi-
ni cultus augmentum; ad Cleri, & po-
puli reformationem, ad comunem de-
nique Mexicanæ Provinciæ nuper in
Evangelio genitæ, ac Christo Domino
recens natæ, in spiritualibus, & tempo-
ralibus vtilitatem, Mexici (quæ Metro-
polis est novæ Hispaniæ Indiarum Occi-
dentalium maris Oceani) ritè, & ca-
nonicè congregata: præsidente in ea
Illustrissimo, ac Reverendissimo D. D.
Petro Moya de Contreras, Dei, &
Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopo

2
CONCILIUM

Mexicano, atque etiam Provinciæ gubernatore, eiusque Regij Senatus Præfecto; hæc, quæ libris, ac titulis distincta sequuntur, statuit, sancit, atque decernit.

LIBRI PRIMI

TITULUS PRIMUS.

DE SUMMA TRINITATE,
& Fide Catholica.

§. I.

De Fidei professione. (a)

(a) Ex Concilio de Guadix in principio & Granat. titulus de Summa Trinitate & Fide Catholica. Tolet. & Compostellan. 1566. act. 1. in principio. Milan. 1. in principio. Synodus de Quiroga in proœmio, & Provinciæ eiusdem act. 2. c. 1. & Li-

Fides, ianua illa nostræ salutis, sine qua Deum invenire, & invocare, Deo servire, & placere nullus in hac vita potest, quam Christus docuit, Apostoli prædicaverunt, Sancta Romana Ecclesia tenet, & profitetur; primum fundamentum est, cui totius Christiani ædificij fabrica innitur. Igitur, ut hæc Indiarum Occidentalium Ecclesia, tamquam novellum germen plantata, spurrij vitiorum, errorumque propaginibus resectatis, firmissimas agat radices,

✠



MEXICANUM. 3

& abundanti divinæ gratiæ flumine irrigata, cœleste illud, quod Deus dat, sumat incrementum, ac dignos vitæ æternæ fructus ferat; Sacrosancti Tridentini Concilij autoritate suffulta Provincialis Mexicana Synodus, quam suæ Congregationis initio præstitit Catholici Fidei professionem renovans: statuit, ac præcipit, vt omnes ij, qui in posterum Beneficia Ecclesiastica quæcumque obtinebunt, infra duorum mensium spatium à adeptæ possessionis, & qui in Synodum Diœcesanam convenire debent, in ea Synodo, quæ primò quoque tempore celebrabitur; nec non Episcopi in prima Synodo Provinciali, cui primum postquam electi fuerint interesse contigerit, publicam Fidei professionem facere, & Romanæ Ecclesiæ obedientiam iurare, & spondere teneantur, ad formam in Constitutione felicis recordationis Pij Papæ IV. (b) præscriptam, quam Constitutionem singuli Episcopi in suis Diœcesibus, quò citiùs fieri potuerit, publicare procurent; à cuius publicatione post sex menses elapsos, nullus in Rectorem, seu Cancellarium alicuius Vniversitatis, vel Scholæ eligatur, aut ad Doctoralem, seu Magistra-

mente 1. in princ. sess. 25. c. 2. de reformat Milan. 1. in princip. & Granat. vbi supra, & Provinc. de Quiroga act. 3. c. 11.

(b) In Bullario Apostol. Bulla 107 p. 639. Pius IV. Bulla 101. pagin. 621. Milan. 1. in princip. & 3. Concil. fol. 587. verb. quicunque, & 4. fol. 610. & 5. in princ. f. 003. tom 5. Concilior.

4 **CONCILIUM**
lem gradum , in quacumque facultate
promoveatur , nec ad publicè , vel pri-
vatim litteras docendum , etiamsi regu-
laris fuerit , ad mittatur ; nisi priùs ad
prædictæ Constitutionis formulam iura-
mentum , Fideique professionem emi-
serit. Sic enim fiet , vt iacto Fidei Ca-
tholicæ fundamento , quod supra struc-
tum fuerit doctrinæ ædificium , firmum,
ac stabile perseveret.

§. I.

**DE PREDICATIONE VERBI
Dei.**

PRæcipuum Episcoporum munus
est docere populum Evangelium
Dei , quos tanquam Apostolorum suc-
cessores , ea maximè cura exercere de-
bet, (c) vt. rectè, purèque tractent verbum
veritatis , ac formam habeant sanorum
verborum , quibus plebes sibi commissæ
doctrina salutari ita pascantur, vt Chris-
to pastori bono semper inhæreant, quod
optimè perpendens Sacrosanctum Tri-
dentinum Concilium , statuit, ac decre-
vit, omnes Episcopos, & alios Ecclesia-
rum Prælatos , teneri per se ipsos , si le-
git

(c) Cap Inter
cetera de of-
fic ordin Con-
cil Trid. sess
5. c. 2. & sess
2 c 4. de re-
form Milan
2. tit de præ-
dic. verbi Dei,
Compostel.
28 2. c. 2. &
Milan. 3. tit
quæ ad præ-
dicat. verbi
Dei, &c. fol.
707.

MEXICANUM. §

gitimè impediti non fuerint , ad prædicandum Evangelium Dei ; si verò legitimè impediti contingerit , idoneos viros assumere debeant ad prædicationis munus salubriter exequendum Quamobrem hæc Provincialis Synodus , auctoritate Concilij Tridentini , & veterum Patrum innixa , Episcopos , & alios Provinciæ Mexicanæ Prælatos in Domino cohortatur , vt in hanc curam toto pectore incumbant , ac greges sibi commissos, ipsimet, præsertim in Ecclesia , verbo Dei pascant ; sin autem se interdum verè impeditos cognoverint, per viros idoneos ex præscripto eiusdem Concilij sibi eligendos , hoc munus studiosissimè populo præsent.

§. II.

Parochi verò, & Curati, qui in dispensando subditis verbo Dei, coadiutores Episcoporum sunt, & iuxta Concilij Tridentini (d) decretum, Dominicis saltèm diebus, & festis solemnibus, oves sibi commissas pro earum sensu, & intelligentia salutaribus verbis pascant, docendo ea, quæ ad salutem sunt necessaria ; eis itidem annunciando, quæ

(d) Conc. Trident. sess. 25. c. 2. Milan. 1. & 5. vbi supra f 707. & Guadix, tit. 1. constit. 2. & Granat. vbi supra de

6 CONCILIUM

de Summa Tri-
nit. & de offi-
cio Rectoris,
n. 2. & 13. &
Syr. de Qui-
roga, constit.
41.

vitia declinare, quasvè sectare virtutes,
oporteat, vt pœnam æternam evadere,
& Cœlestem gloriam consequi valeant.
Id verò Parochi, & Curati prædicti per
se ipsos præstare debeant; sin minus ab
Ordinario compellantur: quòd si legiti-
mè impediti fuerint, summo studio in-
vigilent, ne desint Ministri idonei ad
id muneris adimplendum. Vt autem
prædicationis vsus perpetuò conserve-
tur, & in dies magis, atque magis cum
fructu animarum accrescat; ijs, qui præ-
dicandi officio funguntur, regulas pro-
ximè annotatas hæc Sancta Synodus
observandas proponit.

§. III.

(e) Concil.
Trid. sess. 5.
c. 2. vide Con-
cil. citata su-
prà.

P Rædicatores verbi Dei, iuxta Con-
cilij Tridentini (e) præceptum,
Scripturam Sacram interpretentur eo
sensu, quem Sancta Mater Ecclesia, &
vnanimis Sanctorum Patrum consensus
comprobavit: nec prudentiæ suæ innixi,
scripturæ vim faciant, ad singulares, no-
vos, & pro suo arbitrato excogitatos
sensus eam detorquendo: nec quicquam
ab Ecclesia, aut probatis Ecclesiæ Doc-
toribus alienum proferant.

§. IV.

MEXICANUM: 7

§. IV.

Mysterium aliquot fidei semper exponant, ex aliquo Evangelij loco argumento desumpto, ut auditores frequentè Dei verbum audiendo, facillè percipiant, quæ sibi ad salutem maxime sunt necessaria.

§. V.

Difficilibus, (f) & inanibus quæstionibus profusè absterneant, ne se ipsos ostentare magis, quam Christum prædicare videantur; sed ad ea, quæ pro cuiusque gradu, qualitate, conditione vè magis expediunt, auditores exhortentur, eosque facillioribus, & convenientioribus medijs ad hæc consequenda studiosissimè instituant.

(f) Concil.
Tolet. 1566.
act. 3. c. 3.

§. VI.

Episcopos, aliosvè Prælatos, & Magistratus civiles cum offensione auditorum, ne acerbè obiurgent; sed si quid in illis dignum reprehensione invenerint, privatim potius eos admonent;



§ CONCILIUM

(g) Ad Philip. 3. 1 Petr. c. 2. Cathedra. Pij V.

neant ; populum verò , iuxta dictum Apostoli, (g) præpositis suis , etiam difficultis , obedire cohortentur.

§. VII.

IN reprehendis vitijs cauti sint ; nec quemquam tacite , aut nominatim insectentur ; sed potius ita se gerant , ut pietatis , & charitatis solum studio , non peculiari alicuius odio adductos , id facere omnes intellegant.

§. VIII.

DEnique doctrina , quam docent ; ut efficacior sit , non minus vita , & exemplo , quam sermone comprobentur , ne quod verbis asserunt , moribus impugnent , & dum alijs prædicant , ipsi reprobi efficiantur.

§. I.

*DE DOCTRINA CHRISTIANA
rudibus tradenda.*

CHristus pastor bonus dimisit nonaginta novem in montibus , ovem unam perditam querens : ludæorum

MEXICANUM. 9

nam vepribus laceratus est, ardentique amore, flagrans pro suis ovibus, mortem obvivit. Quo sanè exemplo pastores alios, quibus sui gregis cura demandata est, satis docuit quantum de ovium salute deberent esse solliciti; illarum in primis, quæ planè lanæ debiles, ac derelictæ cum sint, maiori indigent pastoris adiumento. Id igitur sibi proponens hæc Sancta Provincialis Synodus, (h) propter rudium multitudinem penè innumerabilem in his Indiarum partibus degentium, summo studio providere curavit, ut pueri, servi, Indi, & omnes alij, cuiusvis ætatis, & conditionis, elementorum fidei ignari, Christiana doctrina instruantur, ne parvuli petentes panem, frangentis defectu pereant. Quia verò maximè oportet, ut sacra doctrina in omnibus sibi cohærens, ad vnam etiam præscriptam formam tradatur Cathecismus, quo eorum quæ quisque scire debet, brevis, ac facilis summa contineatur, ab eadem Synodo probatus, ordineque dispositus est, ad totius Mexicanæ Provinciæ usum. Ideòque statuit, ac præcipit hæc Synodus, ut Cathecismum prædictum secum habeant illi, quibus docendi Christianæ doctrinæ summam
in

(h) Ex Conei
Trid. sess. 24.
c. 7. de refor-
mat. & sess.
25. in fine, &
Tol vbi supr.
act. 3. c. 5. &
Limenf. Con-
cil. 3. act. 2. c.
3. & act. 4. c.
17.



160 CONCILIUM

in Ecclesijs, Scholis, ac puerorum Collegijs cura iniuncta est, eoque vtantur sub pœna excommunicationis maioris; non obstante quacumque in contrarium consuetudine. Episcopi etiam admonentur, vt quam primùm Cathecismum hunc in eam Indorum linguam transferri faciant, quam singuli in suis Diœcesibus vsitatiorem noverint. Translationibus verò (i) de Episcoporum consensu emissis, eandem cum Cathecismo originali, auctoritatem Synodus tribuit, prohibens sub eadem excommunicationis pœna vsum omnium aliarum, quæ ante prodierunt, vel post hoc Synodi decretum alitèr prodibunt, quàm est præsentì Constitutione sancitum; non tamen propterea exclusum volumus Cathecismum Summì Pontificis auctoritate confectum, aut ab alijs inferioribus auctoritatem habentibus in posterum conficiendum.

(i) Concil.
Rheman. cap.
15. & Lim. 3.
act. 2. c. 6.

§. II.

(K) In capit.
Baptizandos,
in cap. Non
liceat de eor. f
dist. 4. Conc.
for.

CUrati omnes, (K) tam sæculares; quàm Regulares, in tabella adscriptum apud se retineant doctrinæ Christianæ contextum, videlicet, oratio.

MEXICANUM. IT

tionem Dominicam, salutationem Angelicam, symbolum Apostolorum, Antiphonam Salve Regina, duodecim articulos Fidei, decem legis Divinæ præcepta, quinque Ecclesiæ mandata, septem Fidei Sacramenta, septem capitalia vitia. Quæ omnia (non tamen inter Missarum solemniam) recitari faciant singulis Dominicis Adventus, & à Dominica Septuagesimæ, vsque ad Dominicam Passionis inclusivè. Hæc enim sæpiùs repetita commemoratio nostræ Fidei initia nostræ figet memoriæ: quæ propter Curati quoties id negligentè omiserint, pondo tribus multentur fabricæ illius Ecclesiæ, cuius ipsi curam gesserint, applicandis.

for. Iul. in præfat. ad finem, & Morgan. c. 45. & Guadix, rit. 6. consi. 52. & Granat. ubi suprâ, & Synodi Quiroga in princ. & Liment. 3. c. 2. 2. c. 4. 8. tess. 24. 9. 4. de reform. Guadix tit. 2. consi. 6. & Synod. de Quirog. consi. 41. in fin. & Lim. 3. c. 2. c. 4. & Milan. 5. f. 708. vers. At vetò quæ populus.

§. III.

Quia verò frustra doctrina memoria retinetur, nisi ex ea quisque intelingat, quod sibi ad salutem sit necessarium, quid credere, quidvè operari oporteat; Tridentini Concilij authoritatem hæc Synodus sequura, in virtute sanctæ obedientiæ Curatis mandat, ut omnibus diebus Dominicis, ipsi per se, aut si legitimo teneantur impedi-

di



12. CONCILIUM

dimento , per viros idoneos Ordinariò probatos , Christianam doctrinam tradant , atque exponant ad eam formam , & rationem , quibus dispositus est Catechismus per hanc Synodum approbatus , atque in hoc munere exequendo vnus horæ spatium intumant , habeant etiam singuli Curati prædicti in suis paræcijs tabulas , quibus serui , famuli , & pueri duodecim annorum ætatè minores , nomina sua professi inscribantur , eorumque parentes , ac dominos itidem Curati moneant , quatenus ad Christianam doctrinam ediscendam prædictos mittant , cum primùm statuta hora , sono campanæ , proprio ad id munus assignato , ad Ecclesiam convocabuntur . Si qui verò heri , aut domini his admoniti seruos mittere neglexerint , quoties id omiserint , pondo vnum persolvant . quod denunciatori , & fabricæ Ecclesiæ , in qua id contigerit , applicetur : cuius pœnæ tunc sufficiens erit executio , si Curatus , aut is , qui doctrinam Christianam tradit , delinquentem à se admonitum fidem fecerit . Hispanis autem , & servis Æthiopibus , ijs etiam qui ex altero parente Æthiopo nascuntur , & Chigimechis doctrina Christiana , lingua

His

MEXICANUM. 13

Hispanica tradatur, Indis verò propria
sua materna.

§. IV.

L Udi Magistri (1) studeant, pueros cum primis litterarum rudimentis, doctrina, & Christianis moribus imbuerre: quibus ad id præstandum iubetur, vt singulis diebus pueros alta voce recitare faciant, fidei initia, eademque illis explicent ad ordinem in Cathecismo ab hac Synodo constitutum; quoties verò id negligenter omiserint, pœnæ duorum pondò subiaceant, hospitalis domo, ac denuntiatori æquis partibus applicandum.

§. V.

I ndorum curati, tam sæculares, quàm regulares, omni diligentia procurant, vt in illis oppidis, pagis, seu vicis, in quibus ipsi resident, Scholæ instituantur, vbi Indorum pueri legere, & scribere discant, Christianæ doctrinæ documenta accipiant, Hispanamque linguam doceantur. Id enim maximè conueniens ad Christianam, ac civilem eorum institutionem: admoventur ta-

(1) Mexic. v. c. 3. Collect. Max. Concil. Hisp. tom. 4. §. 1. Guadix, tit. 6. const. 50. & 51. Milan. 1. tit. de ludi Magistra & tit. de fidei initijs à Parrocho tra- dendis Toler. act. 2. c. 5. & Granat. de summ Trinit. n. 2 & 4. & de offic. Rector. n. 12. de Magist n. 2 & Synod. de Quiroga constit. 1. §. 1. & §. final. Concil. Mogunt. cap. 45. & Lim. 3. act. 2. c. 6. & 43.

14 CŌNCILIUM

men curati, ne has Scholas erigendā
prætextu, Indorum operis ad ligna fe-
rendum, & alios suos proprios vsus
abutantur. Quod si secus fecerint, à Præ-
lato puniantur, & ad restituendam In-
dis iustam laborum suorum mercedem
compellantur. De quo latius infra titulo
de iniurijs, & damno dato.

§. VI.

(m) Mex. r. c.
25. §. 4. Conc.
Mil. r. f. 727.
vers. Nulla est
amplior.

Sunt pleraque (m) huius Provinciæ
loca, in quibus permulti servi vin-
culis ferreis constricti, permultique In-
di metallorum fodinis, & ergastulis in-
clusi tenentur, qui necessaria ad salutem
doctrina destituuntur, non sine magno
conscientiæ eorum, qui eos sic con-
strictos tenent, detrimento, ac dolore Epis-
coporum, quorum pastoralis sollicitudi-
ni incumbit oves pascere, & earum sa-
luti prospicere. Cupiens igitur hæc sanc-
ta Synodus huic tam gravè incommodo
occurrere; Episcopis, seu Prælatibus, ad
quos pertinet, maximè commendat, ut
his afflictis, ac spiritali cibo egentibus,
opportunitate præstent auxilium. Præci-
pit etiam todinarum, & ergastulorum
dominis, ut servorum suorum saluti

con-

MEXICANUM. 15

Consulant, nec eos spirituali bono privent, quos ipsi ad temporalem tantum utilitatem detinent.

§. VII.

Iubet præterea hæc Synodus quibuslibet huius Provinciæ personis; ne si paganos servos emerent, sodinis, sive ergastulis prædictis ante includant, quàm fidei Christianæ documentis instructi, sacro baptismatis fonte abluantur. Quod si secùs fecerint, suorumque servorum spirituali salutis impedimento fuerint; pro tam immani in Deum perpetrato scelere, gravem in eos animadversionem Prælati exercent.

§. I.

DE SACRAMENTIS DOCTRINÆ Christianæ ignavis non admittendis.

Cum plerique (n) fidei documenta, ac vim, & rationem Sacramentorum ignorent, quaque debeant animi dispositione ad Sacramenta accedere non intelligentes, eadem infructuosè sus-

(n) Vide infra tit. de Baptismo, §. 4. Guadix, tom 2. const. 6. & Synod. de Quiroga, const. 1.



128 CONCILIUM

icipiant, quo fit ut Christiano caractere insigniti, Christianum institutum minime teneant; ne hoc malum latius maneret, statuit hæc Synodus, ut nullus Curatus, sive Sæcularis, sive Regularis, Sacramentum Baptismi adultis tribuat, si prius fide Catholica instructi non fuerint, aut saltim lingua sua familiari non didicerint orationem Dominicam, symbolum Apostolorum, decem præcepta legis, ac de peccatis suis aliquod doloris signum præbeant. Quod ut melius fiat, Parochi ante quam adultos, temporibus statutis titulo de baptismo, & eius effectu, sancto baptismo intingant, qui, & quam sint idonei baptismum suscepturi, Episcopo, seu eius Vicario, ubi commodè fieri poterit, notum faciant.

(o) Guadix,
tom 2. c. ult.
62 Synod. de
Quiroga, ubi
suprà.

Parochis (o) etiam præcipitur, ne quemquam Hispanum, Indum, aut servum ad benedictionem nuptialem admittant, nisi prius illum, qui est matrimonio coniungendus, hortati fuerint, ut orationem Dominicam, salutationem Angelicam, Antiphonam Salve Regina, symbolum Apostolorum, fidei articulos præcepta Decalogi, præcepta Ecclesiæ, septem Sacramenta, ac septem vitia capitalia, si ea ignoraverit, quam primum
dis

MEXICANUM. 17

Discat, alioquin arbitrio Ordinarij puniatur. Curatus autem si secus fecerit, tria pondo persolvat, quorum partes duæ Parochiæ contrahentium, tertia verò denunciatori applicetur. Iniungitur quoque (p) Confessoribus, vt diligenti studio pœnitentes examinent de doctrinæ Christianæ cognitione, eosque admoncant ad eam capessendam.

(p) Concilij
Mil. 5. f. 708.
vers. Primò
omnibus,

§. I

DE IMPRESSIONE, ET LEGATIONE
librorum

Perversa doctrina non minus scripto, quàm verbo tradita, maximo solet esse nocumento. Quapropter, iuxta Concilij Tridentini (q) decretum, statuit, ac iubet hæc Synodus, ne quis imprimere, neque imprimi facere, aut de novo in vulgus emittere audeat, nec emere, vendere, aut apud se retinere cuiquam liceat, quosvis libros, ni prius examinati, probatique fuerint ab ordinario, & de eius licentia inscriptis impressi: sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, & quinquaginta pondo minarum pijs operibus, accusa-

(q) Sess. 4.
in decreto de
editione, &
vfu sacror. lib.
vers. Sed, &
impressoribus
& reg. 10. &
indic. lib. &
Mex. 1. c. 74.
§ 1. & Synod.
de Quiroga,
const. 12. &
Mexic. 1. c. 74.
Mex. 2. c. 32.
reg.

18 CONCILIUM

tori, & impensis hac de causa factis
æquis partibus distribuendarum.

§. II.

reg. 7. in indice lib. prohibitorum, & Limenf. 3. act. 3. cap. 37. & Granat. tit. de mag. n. 2. & Mil. 3. f. 587. vers. Quorum, lib. & 5. tit. quæ ad fidei tuendæ studium pertinent, f. 707. vers. Episcopi cura vide supra Conc. citata.

Idem etiam de causis hæc Synodus sub pœna excommunicationis prohibet, ne quis inter Indos, libros, sermones, tractatus vè de rebus ad Religionem pertinentibus, in vulgarem eorum linguam evulget, nisi translatio vulgaris huiusmodi, prius ab ordinario, examinata probetur.

§. III.

Quia verò experientia compertum est, ex lectione librorum, quibus turpia, & obscena continentur, morum corruptelam oriri; hæc Synodus exhortatur, ne quisquam libros similes apud se retineat, aut ab his legi permittat, qui suæ coræ subsistent. Libri autem veterum latinorum, quia ad latinæ linguæ usum, atque peritiam conferunt, permitti poterunt, prudenti tamen adhibita cautela, ne eorum lectio iuventuti in malum proclivi offendiculum paret.



MEXICANUM. 19

§. I.

DE IMPEDIMENTIS PROPRIA
salutis, ab Indis remo-
vendis.

VT Indi (r) in Fide Catholica, (r) Mex. r. cañ
quam singulari Dei beneficio pit. 72.
susceperunt, stabiles perseverent; dili-
gentissimè cavendum est, ne illis anti-
quæ impietatis vestigium vllum impres-
sum remaneat, ex quo levi aliqua occa-
sione desumpta, diabolicæque fraudis
astutia decepti, iterum tanquam canes
ad idololatriæ vomitum revertantur.
Quamobrem hæc sancta Synodus sta-
tuit, ac præcipit, ne Indi in salutationi-
bus, alijsque suis ludis laureati, aut alijs
insignibus ornati incedant, quibus ali-
quam idololatriæ speciem, suspèctio-
nem vè præbeant. Cantiunculis etiam
veteres suas historias, falsæque Religio-
nis impietates referentibus vti nequa-
quam permittantur, sed ea solum can-
rent, quæ à suis Parochis, & Vicarijs
fuerint approbata. Huiusmodi autem
saltationes, & ludi, nec in Ecclesia,
nec in occulto aliquo loco fiant, sed
publicè, vbi eorum gestus, actiones, &

26 CONCILIUM

verba omnibus ad sensum pateant. Neque hæc fieri permittantur in diebus calendis, nisi post Missarum solemniam ante meridiem, post meridiem verò dum vesperinum celebratur officium, à ludibus similibus cessent, ut ipsi quoque vesperarum officio intersint. Si verò contra fecerint, quàm præsentem est decreto sancitum, à suis Parochis corrigantur, ut admoniti, in posterum his abstineant.

§. II.

(f) Mexic. 1.
cap. 71.

Gubernator (f) etiam, & alij Catholicæ Maiestatis ministri, omni studio, & diligentia provideant, ne in domibus, aut alijs quibusvis ædificijs collocata idola extent; immò eadem dissolvi, ac penitus deleri faciant, excelsaque loca ubi miseræ illæ gentes dæmonibus immolabant, quæ *Cues* Indi vulgò vocarunt, deiici, ac solo æquari præcipiant: ne antiquus humani generis hostis, qui semper nocendi artes quaerit, vllas inveniat pristinae impietatis imagines, quas denuò à gentilitate conversis callidè suggerat ad decipiendum; immò ita ijs, quæ iam contritis diaboli laqueis, benè, iubante Deo, liberati sunt, omnis idololatricæ via intercludatur;

MEXICANUM. 21

est, vt gentilis in sania prorsus oblitus,
fortes in Christi fide permaneant.

§. III.

CUm (t) non sine magno dolore (t) Mex. r. c. 1
eorum, qui Christiano zelo ar 73. & Lim. 34
dent, in his Indiarum partibus, vsu, & act. 4. c. 4.
experientia manifestum sit, in montuo-
sis, asperrimisque locis Indos habitare
dispersos, & à civili hominum congrega-
tione remotos (quo fit, vt nec mo-
res immanitate barbaros deponant, nec
sanam doctrinam suscipiant, nec Sacra-
mentorum remedijs iuari, & à vitijs
coerceri possint, quodque peius est,
multi adhuc Christiano caractere in-
signiti non sint) cumque Catholica Ma-
iestas, cuius oneri incumbit has sibi sub-
ditas gentes regimine moderari; suam
conscientiam ex onerare volens, insigni
pietatis zelo sæpè caverit edicto, ne
Indi sic dispersi in solitudinibus com-
morentur, sed ad numerosos populos
reducti, in civili hominum congrega-
tione vivant, nullaque tam iusti man-
dati sequuta sit executio; iccirco hæc
Synodus, ad quam maximè spectat soli-
cité providere, ne oves immaculati
agni sanguine redemptæ aberrant, ac



22 CONCILIUM

dæmonum , tamquam luporum crudelis-
sima rabie lacerentur ; gubernatores
in his partibus Catholicæ maiestatis vi-
ces obtinentes , quantum potest in Do-
mino cohortatur , vt omni post habito
sæculari impedimento , verè pio , &
Christiano animo in hanc curam incum-
bant , vt ipsi in causa sint , quominus
iustissimum regium edictum ad debi-
tum effectum perveniat : immò scientes
quam sint in die tremendi iudicij ratio-
nem Deo reddituri , toto animi conatu
prædicti mandati executionem procu-
rent. Prælatos quoque monet eadem
Synodus , vt huic negotio conficiendo,
ex quo indigenarum conversio , ac mo-
rum huius Provinciæ reformatio depen-
det , omnem operam præstent. Quod
si minus fiat , nec maiestas Catholica
iuri patronatus regio satisfacere vide-
tur , neque eius ministri effectum edicti
retardantes , excusabiles sunt in con-
spectu Dei , nec tuti in conscientia Epis-
copi esse possunt , si instantissimè non
egerint , vt tam gravi malo , gravio-
sique in dies futuro , nulla-
tenus remedium disse-
ratur.



MEXICANUM. 23

LIBRI PRIMI

TITULUS SECUNDUS.

DE CONSTITUTIONIBUS.

§. I.

DE AUTHORITY DECRETORUM,
& publicatione eorum.(v)

(v) Gran. tit. de contit & Syn. de Qui- roga in proœ mio, §. Por- que, Collect. Max. Concil. Hisp. tom. 4.

Varietas temporum, ac necessitas rerum, sicut vsu, & experientia didicimus, plerumque in causa esse solet, vt antiquis abrogatis legibus, alia denuò constituantur: quare, & si constitutiones in duabus Synodis Provincialibus Mexice celebratis, prima scilicet anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto; secunda verò millesimo quingentesimo sexagesimo etiam quinto, sanctè, ac laudabiliter editæ sint, quibus potius insistere, quàm alias iterum condere oporteret; ea tamen horum temporum conditio est, istaque huius Provinciae status, vt nisi re-



24 CONCILIUM.

rum opportunitati convenientiora decreta sancirentur, difficile incommodis occurrentibus remedium afferri possit, ne igitur ex legum multitudine confusio generetur; decrevit hæc Synodus, ut ex antiquis decretis illa, quæ præsentium rerum statui conveniunt, simul cum de-
nuò editis vno volumine comprehendantur, quo facilius ea quisque intelligat, quæ pro suæ conditionis ratione facere tenetur.

§. II.

Quæ quidem decreta solum deinceps auctoritatem, ac firmitatem habitura decernens eadem Synodus, omnes, & quascumque personas huius Provinciæ, cuiuscumque status, gradus, ordinis, & qualitatis existant, monet, & hortatur, eisque in virtute sanctæ obedientiæ præcipit, ut decreta prædicta (dum tamen nihil facris Canonibus, Summorum Pontificum constitutionibus, & Concilij Tridentini decretis contrarium contineant) in omnibus, & per omnia, iuxta eorum seriem, in posterum teneant, & observent, sub pœnis in eis contentis, & alijs contra rebelles pro eorum contumacia
aggra-

MEXICANUM. 25

aggravandis. Revocat (x) etiam præsen-
ti decreto omnes, & quascumque alias
Provinciales constitutiones ante editas,
quæ huius Synodi decretis incertæ, reno-
vatæ non fuerint, easque decernit irri-
tas, & inanes. Itidem omnibus, & qui-
buscumque Ecclesiasticis Iudicibus, ac
Iustitiæ ministris mandat, ut per hæc de-
creta, omnia in illis contenta exequen-
da, causas definire, ac in eis sententias
ferre, eisdemque decretis stare debeant,
sine contradictione cuiusquam.

(x) Conc. Pro-
vinc. de Qui-
roga, act. 2. c.
1. & act. 3. c.
30. & Lim. 3.
act. 2. c. 1. &
act. 4. c. 24. &
25. cap. An-
nis, cap. De-
cernimus 18.
dist.

§. III.

NE autem (y) persona aliqua Eccle-
siastica, sive sæcularis, ab horum
decretorum observatione per ignoran-
tiam se valeat excusare, sub prætextu,
quòd eorum promulgationi non inter-
fuerit; hæc Synodus decernit, sufficien-
tem esse solemnem eorum promulgatio-
nem in hac Metropoli factam, ut omnes
eisdem subiaceant, ac in eis contentas
pœnas incurrant. Monet etiam ad vbe-
riorem cautelam Episcopos, ut eadem
in suis Diocœsibus, si opus fuerit; Vi-
cario autem, seu præsidenti, Sede Epif-
copali vacante, præcipit, ut intra duos
menses, à die habitæ notiæ computan-
dos,

(y) Mex 1. c.
93 & Mil. 1.
p. 3. tit. de pœ-
nis, vers. Ut
nemini, & Li-
mens. 1. act. 2.
c. 2. & act. 4.
c. 24 & 25.

26 CONCILIUM

dos, in Ecclesia Cathedrali decreta præ-
dicta respectivè publicari faciant.

§. IV.

(2) Mex. i. c.
98.

STatuit item (2) Synodus ad perpe-
tuam horum decretorum conser-
vationem, & ad commoditatem perso-
narum Ecclesiasticarum, ad quas perti-
net Ecclesiasticas constitutiones, quibus
gubernantur, legere, y salubriter intel-
ligere, vt Æconomus huius Metropoli-
tanæ Ecclesiæ infra duos menses imme-
diatè sequentes post eorum promulga-
tionem, decreta hæc charta pergamenæ
scribi, ac sigillo huius Synodi cõmu-
niri faciat: eaque sic scripta, & sigillata
in archivo Metropolitanæ huius Eccle-
siæ asserventur. Post eorum verò impres-
sionem, quem librorum copia commo-
dè poterit haberi, singuli Æconomi sin-
gularum Cathedralium Ecclesiarum hu-
ius Provinciæ, duos libros emant, quo-
rum vnum in vno Choro, alterum ve-
rò in altero catenulis alligatos reponant.

(2) Vide infra
tit. de offic.
Rectoris, § 1

Singuli (a) itidem Parochialium Eccle-
siarum Æconomi post sex menses à die
publicationis præsentium decretorum,
librum vnum emant, quem in Choro,
vel Sacristia, vbi ad vsum legendi com-

MEXICANUM. 17

modiùs haberi possit, catenula similiter alligatum collocent. Vicarij etiam Curati, ac Beneficiati intra eorundem sex mensium spatium, librum quoque vnum apud se retineant. Qui omnes, & singuli nominati, si intra præscriptum tempus his non paruerint mandatis, pondo viginti multentur, quorum partes duæ Ecclesiæ ubi fuerint Æconomi, Vicarij, Curati, aut Beneficiati applicentur, tertia verò accusatori.

§. V.

PRætereà (b) statuit, vt si Iudex aliquis Ecclesiasticus causam definierit, aut in ea sententiam tulerit, iuxta aliquod huius Synodi decretum, illud, partibus etiam non instantibus, inferi in processu faciat, ne sine eo processus originalis, aut illius exemplum vllibi reperiatur; si verò ad instantiam partis mandatum, siuè monitoriales litteræ, in alicuius decreti executionem ab eodem Iudice concedantur; in ijs introscripta decreti series de verbo ad verbum exprimatur. Quoniam verò hæc tertia Provincialis Mexicana Synodus, legitimè sub Apostolicæ Sedis obedientia congregata est, ad sacrorum Canonum,
ac

(b) Gran. tit. de const. n. 2.



28 CONCILIUM

ac præsertim vniuersalis Concilij Tri-
dentini observationem, & executionem,
cupiens, vt omnia ab ea sancita, atque
decreta fœlicem in Domino consequan-
tur effectum; protestatur, (c) se nunquam
intendisse, nec intendere sacrosancti
eiusdem Concilij vniuersalis decretis
contradicere, nec in aliquo repugnare,
immò sancta, ac salutaria eius decreta
piè suscipit, religiosè veneratur: pro-
testatur etiam nolle se in toto, aut in ali-
qua parte derogare iuri patronatus re-
gio, ab Apostolica Sede concessio Phil-
ippo Hispaniarum Regi nostro Catholi-
co, qui novum hunc orbem occidenta-
lem à Deo sibi commissum in pace, &
tranquillitate gubernat, ac singulari, ex-
imiaque pietate moderatur, cum fidei
Catholicæ, & Christiani nominis propa-
gatione. Pro cuius vita tantopere reipu-
blicæ Christianæ necessaria, assidè orare
debemus, vt Omnipotens Deus nationes
barbaras, & Christiani nominis ini-
quas, sibi subijciat, eique, vt quæ in
Christo fides est, regnet, longa,
& fœlicia tempora con-
cedat.

(c) Lim. 3. 2ct.
2. c. in fine,
& 2ct. 5. c. 1.
Concil. Pro-
vinc. de Qui-
roga, 2ct. 3. c.
52.

MÉXICANUM. 29

LIBRI PRIMI

TITULUS TERTIUS.

DE RESCRIPTIS.

§. I.

DE OBEDIENTIA, ET EXECU-
tione rescriptis Apostolicis
debita. (d)

(d) Mex. r. c.
87. & Concil.
Hispalens. de
Beza, fol. 17.

Sicut oportet Prælatos, & Iudices
Ecclesiasticos sine vlla intermissio-
ne, aut aliquavis causa Apostolicis pare-
re mandatis, eademque ad debitam exe-
cutionem perducere; sic etiam occurren-
dum est molestijs, vexationibus, & in-
iurijs, quæ in his tam longè à Summo
Pontifice remotis locis, à multis infe-
runtur, qui falsis litteris, quas ipsi Apo-
stolicas dicunt, aut brevibus Summi Pon-
tificis abutantur, concessionis affectu
fraudentèr immutato, vel termino in
eis præfixo iam omninò elapso. His igitur
incommodis providere volens hæc
Synodus statuit, & præcipit omnibus
huius

30 CONCILIUM

(e) Com per-
sonæ de pri-
vilegijs, l 6.

huius Archiepiscopatus, sivè Provinciæ
Ecclesiasticis Iudicibus, vt omnibus, &
quibuscumque Apostolicis mandatis si-
bi intimatis obediant. Nec tamen alicuius
Iudicis, qui se, vel executorem Aposto-
licum nominet, mandatum aliquod
exequantur, nisi priùs in casibus a iure
expressis, originali Iudicis Apostolici
huiusmodi commâsione, processu, sivè
mandato coram Episcopo Diocesano,
seu eius Vicario generali exhibitis, vt
iuxta præscriptum decretalis epistolæ,
quæ incipit: Cum personæ, (e) si litteras
authenticas esse constiterit, executioni
mandentur; si verò ob defectum ali-
quem, vel vim non habeant, vel earum
executio suspendi debeat. Prælatus Sum-
mum Pontificem consulat, vt sic A post-
olicis mandatis debita obedientia, & exe-
cutio exhibeatur, & nullus iniuste mo-
lestetur.

§. II.

VT aditus intercludatur dissentio-
nibus, & litibus permultis, quas
nonnulli movere solent, obtinentes per
litteras Apostolicas certos sibi Iudices
conservatores, sub prætextu, quòd eis
à Iudicibus Ordinarijs iniuriæ, ac mo-
lestiæ inferantur; ad præscriptum Sancti

Con,



MEXICANUM. 31

Concilij Tridentini (f) decernit hæc Synodus, ne litteræ conservatoræ huiusmodi cum deputatione Iudicum cuiquam suffragentur ad hoc, ut coram Iudice Ordinario in causis criminalibus, & mistis non possit conveniri, & contra eum procedi, aut quominus in causis civilibus, si quæ ei iura excessione competierint, super illis liberè valeat apud Iudicem Ordinarium conveniri. In civilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos conservatores Iudices, in iudicium trahere minimè liceat. Quòd si in his causis, in quibus reus fuerit, contigerit, ut electus ab eo conservator ab actore suspectus esse dicatur, aut si qua inter ipsos Iudices, conservatorem, & Ordinarium controversia, super competentia iurisdictionis orta fuerit; nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos, super suspicione, aut iurisdictionis competentia fuerit iudicatum. In causis etiam mercedum, aut miserabilium personarum, non obstantibus conservatorijs litteris, coram Ordinario conveniri possit. Nemo etiam similiarum litterarum beneficio ultra quinque-
num gaudere possit; familiaribus verò
eius,

(f) Sess. 14.
c. 5. & text.
vbi DD in c.
1. & fin. de
offic. & potest
iudic. de leg.
in 6.



32 CONCILIIUM

eius, qui huiusmodi conservatorijs litterarum tueri solent, nihil illarum profint, præterquam duobus dumtaxat, si tamen illi proprijs eius sumptibus vixerint. Non liceat quoque conservatorijs Iudicibus vnum habere Tribunal erectum, seu Scholarium Collegia, & regularia loca, necnon hospitalia, actum hospitalitatis servantia, & Vniversitatum, Collegiorum, locorum, & hospitalium. Huiusmodi personarum, ad mentem eiusdem Sacri Concilij hoc decreto minimè comprehensarum, sed exemptarum omninò sint, & esse intelligantur.

§. III.

(g) Sess. 22. c. 5. de reform. **S**Tatuit etiam hæc Synodus auctoritatem Concilij Tridentini (g) secuta, ut dispensationes earum, quæ gratiose, & sine commissione particulari à Summo Pontifice conceduntur, suum non sortiantur effectum, nisi prius ab Ordinario, tamquam Apostolico delegato summarie tantum, extrajudicialiter cognoscatur, expressas preces subreptionis, vel obreptionis vitio non subiacere.

§. IV.

IN commutationibus ultimarum voluntatum, quæ non nisi ex iusta, &

ne-

MEXICANUM. 33

necessaria causa fieri debeant; Episcopū tamquam delegati Sedis Apostolicæ; summarie, & extraiudicialiter cognoscant, nihil in precibus, tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum, priusquam commutationes prædictæ executioni demandentur, ut est à Sancto Concilio Tridentino (h) decretum.

(h) Sess 22. c. 6. de reform.

LIBRI PRIMI

TITULUS QUARTUS.

DE ÆTATE, ET QUALITATE
ordinandorum, & præficiendorum.

§. I.

DE SCIENTIA AD SACROS

Ordines, & curam animarum
necessaria. (i)

Sacerdotalis dignitas, & eorum qui Altari deserviunt celsitudo, non patitur quemquam ad id muneris admitti, nisi prius eius merita probata fuerint, ac benè perfectæ, præsertim cum illud grave damnum Ecclesiæ Catholicæ importet, quòd multi ad Sacros Ordines sine delectu promoveantur, qui abs-

(i) De hoc tit. vide Conc. 4. Mil. tit. Quæ pertinent ad Sacramentū Ord. fol. 638. latius Concil. 5. Milan. tit. de examinandi ratio, verb.

34 CONCILIUM

vt primò, fol. que vllis meritis in tam sublimi gradu
 739. & tit de collocari, postea Clericali instituto iniu-
 iniuriandis or- riam irrogantes, miserè ceciderunt. Qua-
 din. sacr. fol. propter vehementer exoptans hæc Sy-
 734. nodus præterita damna resarcire, Eccle-
 (*) Ad Tim. siasticumque Ordinem in pristinum dig-
 5. nitatis, & splendõris locum restituere;
 (k) Conc. Tri- quantum potest, Episcopos huius Pro-
 dent. sess. 23. vinciæ exhortatur, ne contra Apostoli
 c. 7. de refor- mar. Concil. (*) præceptum citò manus imponant;
 Lim. 3. act 2. sed cum omni diligentia, & animi con-
 c. 33. sess 21. tentione, ordinandorum qualitates exa-
 c. 2. & sess 25. mineat, & merita expendant, neque
 c. 4. & 5. sess. eos, qui minus fuerint idonei, paucita-
 27. c. 4 vsque tis ministrorum prætextu ad Sacros Or-
 ad c. 16 Con- dines suscipiendos vllatenus admittant;
 cil. Mex. 1. c. cum diuinus cultus, animarumque com-
 45. & Concil. modum, paucis dignè, quàm multis in-
 Tarracon. tit. dignè ministrantibus magis accrescat.
 de ætate, & Quæ omnia, vt meliùs dirigantur, de-
 qualit. cap. Pri cernit primùm, ne vllus ad maiores, vel
 ma tonsura, Quæ omnia, vt meliùs dirigantur, de-
 fol. 16. Gua- cernit primùm, ne vllus ad maiores, vel
 dix, tit. 2. à minores Ordines admittatur, nec ei vt
 const. 42. vs- admitti possit, licentia concedatur, nisi
 que ad 48 & priùs de eo periculo facto, his esse præ-
 Gran. dicto, dictum qualitatibus constiterit, quæ ad
 tit. de ætate, illum gradum, vel ordinem ex Con-
 & qual. & ciliij (K) Tridentini decretis sunt
 Syn. de Qui- requisitæ.
 roga, const. 26. & 27 &
 Conc 5. Mil. vbi supra.



MEXICANUM. 35

§. II.

Verum ad speciem magis descendendo, præter scientiam, & ætatem, quæ ex Concilij Tridentini decreto necessaria sunt; nullus nisi prius iuramento prælitito de intentione permanenti in habitu Clericali, admittatur, nec ad primam Tonsuram promoveatur. Illi verò ante quartum decimum annum poterunt prima Tonsura initiari, qui in Cathedrali Ecclesia Clericali toga, & super pelliceo induti, per duos saltem annos divino cultui inservierunt, si prius eorum parentes, vel tutores propositum sibi esse iuraverint in Ecclesiæ ministerio conservandi.

§. III.

Nemo (l) ad quatuor minores Ordines promoveatur, nisi quantum fieri poterit, Ecclesiastici cantus rudimentis instructus.

(l) Gran & r. Milan vbi supra, § præcedendi.

§. IV.

AD (m) Subdiaconatum promovendi, in cantu Ecclesiastico periti sint, & in recitando horarum Officio, iuxta ordinem Breviarj editi ex

(m) Gran & Milan vbi supra.

36

CONCILIUM

Concilij Tridentini decreto , exercitati

§. V.

(n) Gran. &
Milan vbi su-
pra.

Diaconatum (n) suscepturi . non in
his solum , sed in cæremonijs
etiam illi ordini competentibus , exami-
nentur.

§. VI.

(o) Sess. 23. c.
24. infra, lib.
3. tit. 15. 2. 3.

Qui ex præscripto Concilij (o) Tri-
dentini idonei reperti , in sacro
presbyteratus ordine fuerint
constituti, primam Missam ne celebrent,
nisi prius , vt in titulo de celebratione
Missarum, & diuinorum Officiorum ha-
betur , à cæremoniarum magistro exa-
minati , & approbati , ab eodem cele-
brandi licentiam obtineant : formam
præterea absolvendi à peccatis , & cen-
suris sciant , vt verò tanti celebratio
mysterij in suarum animarum salutem
cedat , promotos ad Sacerdotium mo-
net , & hortatur hæc Synodus , vt quan-
tum sit illud Dominici Corporis sacrifi-
cium , toto corde , totaque mente con-
templantes , ad illud celebrandum di-
næ gratiæ auxilio se præparent , eaque
animi puritate , ac sinceritate , quibus
æquum est Sanctissimumque Corporis,
& Sanguinis Domini Sacrificium acce-
dant.



MEXICANUM. 37

dant; sicque sanctuarium Dei ingrediantur, vt tamquam mediatores inter Deum, & populum pacem componant.

§. VII.

Sacerdotes, quibus animarum cura committenda est, quantum doctrina præstare debeant, vel ex eo facile intelligere licet, quòd veluti duces, magistri, & medici existant, qui subditos in Cælum dirigant, sanam doctrinam doceant, spiritualibus eorum morbis medeantur. Quare (p) nullus Curatum beneficium obtineat, nisi priùs probatus, & examinatus, idoneusque repertus, in Sacramentorum, præsertim Pœnitentiæ, administratione versatus sit, & conscientia casibus benè instructus, ad formam ab hac Synodo dispositam, & vnà cum directorio Confessorum, & pœnitentiæ comprobata, quæ in omnibus, & per omnia observetur, & executioni mandetur. Aptus præterea sit ad exponendum sanctum Evangelium subditis, eo saltem modo, quo magis ad salutem necessaria edocere possint. Hinc enim fiet, vt subditi de suis Parochis bonam opinionem concipiant, eosque tamquam patres spirituales confidentèr adcant, vt quibus

(p) Optimè loquitur Concil. s. Milan. vbi supr. tit. de initiandi ord. Sacram. fol. 764.

38 CONCILIUM

oportet ad salutem documentis , inf-
truantur.

§. I.

(q) Conc Tri- *DE VITA, FORMA, ET MORI-*
dent. fess. 5 c. *bus ordinandorum.* (q)

10 fess. 21 c.

2 fess. 21 c 5.

7. 11. 17. &

14 Mex. 1. 6.

44. Guadix,

tit. 2. const.

48. & Milan.

1. tit. quæ ad

Sacrament-

administra-

tionem perti-

nent, & 4 &

5. vbi supr. §

1. & Gran de

ærate, & qual.

n 4 & Lim 3.

act 2 c 10 in

cap. Inter di-

lectos de ex-

ces Præl. Cõ-

cil Trid fess

22. c. 1. de re-

form. & vide

infra, lib. 3.

tit. 5 de vit &

honest. Cle-

ric § 21. &

25. Mex 1. c.

47.

Quia vitæ integritas, & morum ho-
nestas in ijs, qui ad Ecclesiasticos

Ordines promovendi sunt, litte-

rarum scientiæ præferri debent; hæc Sy-

nodus decernit, & iubet, ne vllus Epif-

copus sibi subditos ad Ordines admit-

tat, aut admitti concedat, nisi prius à

fide dignis, & morum gravitate proba-

tis testibus, tam Ecclesiasticis, quam sæ-

cularibus, cum quibus promovendus

societatem inierit, vel aliàs fuerit con-

versatus, habito testimonio, quo possit

constare ad ordinandum eo tempore, &

per multos antea mentes, quibus decet

puritate, & honestate vixisse; alex, aut

alijs illicitis ludis prævè assuetum non

tuisse, aut esse, nec statutis à iure tem-

poribus peccatorum confessionem omi-

sisse, Quod si secùs constiterit, nullatenus

promoveatur, donec vitæ, ac mo-

rum conversatione in melius commuta-

ta, maculam debeat, ex ante acta vita

susceptam, difficilè enim est eos in novo

dig-

MEXICANUM. 39

dignitatis gradu positos fieri meliores, qui vitijs, & sceleribus defœdati, non sine multorum scandalò, quibus eorum pravè facta nota sunt, ad illum statum pervenerunt.

§. II.

Ecclésiastici Ordinis perturbatio inde sæpè secuta est, quòd is aditus non sit oclusus, qui caducarum rerum cupiditate ducti, pravis cogitationibus sancta ministeria concupiscunt. Quare nullus ad sacros Ordines admittatur, qui commisso crimine pœna sanguinis puniendo, magis ut pœnam sibi à sæculari Iudice infligendam evadat, quàm ut in sacris Ordinibus proficiat, promoveri velit. Qui verò ob hanc cautelam sacros Ordines susceperit, sit ipso facto suspensus; & si de crimine constiterit, tandiù in exilium relegatus sit, quamdiù Episcopo videbitur expedire.

§. III.

VT honor, (r) & reverentia Clericali Ordini deferatur, sacris est (r) Guadix, Canonibus constitutum, ut qui aliquos tit. 2. const. 47. 48. & 49. patiuntur naturales defectus, ut alios, & Provin. de Quiroga, act. qui tamen non imputentur ad culpam, Quiròga, act. minùs decent Clericalem statum, non 3. c. 34.



40

CONCILIVM

ordinentur, ne sacris Ordinibus initiati contemnantur. eorumque ministerium vituperetur. Propterea interdicat hæc Synodus, ne descendentes ab his, qui à Sanctæ Inquisitionis officio damnati fuerunt, in primo, & secundo gradu quoad patrem, quoad matrem verò in primo tantum, ad Sacros Ordines admittantur: quia vulgari infamia notati. De quorum natalibus tunc sufficiens erit inquisitio, quem ad parentes, & avos usque perventum fuerit: difficile enim esset propter antiquitatem ulterius progredi; indequæ varia periuria, calumniæ, & inimicitia orientur. Inde etiam, & Mexici, tam ab Indis, quàm à Mauris, necnon ab illis, qui ex altero parente Æthiope nascuntur, descendentes in primo gradu, ne ad Ordines sine magno delectu admittantur.

§. I.

DE TITULO BENEFICII, AUT

Patrimonij.

(f) Concil.
Milan. s. fol.
766. verb.
hæc impri-
mis.

(t) Sess. 24. c.
2.

CUM non deceat (f) eos, qui divino ministerio addicti sunt, cum Ordinis de decore mendicare, aut sordidam aliquam artem advictum exercere; Concilij (t) Tridentini autoritate innixa hæc Synodus statuit, ne vltius

Cle.

MEXICANUM. 47

Clericus sæcularis ad sacros Ordines promoveatur, nisi prius Episcopo legitime constet, eum Beneficium, quod sibi advictum honestè sufficiat, pacificè possidere. Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes ordinari non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum; prius quoque perspecto, patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam factis sint. Perpendens (v) tamen hæc Synodus, quanta in hac Provincia sit necessitas ministrorum maternam indigenarum linguam callentium; decernit, vt qui linguam aliquam Indorum noverrint, ad sacros Ordines promoveantur, etiam si Beneficium, patrimonium, vel pensio ab eis obtenta talia non sint, quæ congruè victum suppeditare possint. His enim quominus ordinentur, periculum menadicandi verisimile est non obstare, quia si moribus, scientiæ, & ætati requisitis, linguæ quoque Indorum vsunt adiungant, Indisque, Sacramenta, & alia spiritualia. ministeria præstare possint; indè quæ sibi advictum sufficiant, cum decore Ecclesiastici Ordinis comparabunt.

(v) Concil. 52
Litu. 3. act. 2.
C. 314

CONCILIUM

§. II.

(x) Ext. in cap.
pit. penult. de
simonia lo.
quitur Pro
vinc. de Qui
roga, c. 10.
c. 32. & Lim.
3. act. 2. c.
30.

Occurrere (x) volens hæc Synodus
artibus, & fallacijs, quibus aliqui
nullum Beneficium, aut patrimonium ve
rè obtinentes, sed falsos Beneficiorum ti
tulos, fraudulentasque facultatum dona
tiones cum pacto tacito, vel expresso de
non recipiendo, vel restituendo confin
gentes ordinari solent; statuit, ac decer
nit, ut si quis fraude, dolove ad sacros
Ordines fuerit promotus, à susceptis
Ordinibus ipso sit factò suspensus, & pro
tanto scelere arbitrio Ordinarij punia
tur.

§. III.

(v) Provinc
de Quiroga.
act. 2. c. 32. &
vide infr. lib.
3. tit. 15. de
celebr. Mil
lar. §. 14.

Iuxta Concilij Tridentini decretum,
illi tantum patrimonium, vel pen
sionem obtinentes ordinari possunt,
quos (y) Episcopus assumpserit pro com
moditate alicuius Ecclesiz, cui adscripti
esse debent, ad munera Ecclesiastica
obeunda, neque eam sine Ordinarij li
centia, deserere possunt. Verùm quia
multi ad titulum patrimonij, vel pensio
nis promoti, facillè deinde Ecclesiam,
cui adscripti sunt, relinquunt; iubetur,
ut Ecclesiz deputatio in titulis Ordini
um scripta inferatur. Visitatores quo
que inquirent, an prædicti, quæ præsta
re

MEXICANUM. 43.

re'tenentur , muneribus functi fuerint: quòd si contra se gefisse compererint, ad præscriptum Concilij Tridentini (z) ab (z) Sess. 23. c. Ordinum executione suspendantur , cuius suspensionis tempus Ordinarij arbitrio relinquatur. 16.

§. I.

DE MODO CONFERENDI ORDINES, & litteras dimissorias.

IN conferendis Ordinibus, ea prorsus ratio servari iubetur, quam amplexa est vniversalis Tridentina (a) Synodus, iuxta quam decernitur, vt Episcopi per se ipsos Ordines conferant; si verò ægritudine fuerint impediti, subditos suos non aliter, quàm iam probatos, & examinatos, ad alium Episcopum dimittant. Nullus (b) autem, nisi à proprio Episcopo ordinetur. Quod si ob legitimam causam ab alio Episcopo promoveri quis petat, nullatenus ei permittatur, nisi eius probitas, ac mores Ordinarij sui testimonio commendentur, sub pœnis in Concilio Tridentino (c) statutis. Facultates de promovendo à quocumque minimè suffragentur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam

(a) Sess. 23. c. 3.

(b) Concil. 5. Milan f. 705. verbo, quòd Provinc.

(c) Sess. 23. c. 8.

44 CONCILIUM

à proprijs Episcopis ordinari non possint, in litteris exprimendam, ut est ab

(d) Sess. 7. c. eodem Concilio (d) dispositum.

(x1.

§. II.

(e) Limens.
II. act. 2. c.
30 verb. Quia
verò.

AD abolendam (e) pravam consuetudinem contra decreta huiusmodi in hanc Provinciam introductam, quæ multi alienigenæ, ab alio, quam à proprio Episcopo, & absque eius consensu, & approbatione ad titulum, quem vocant domicilij, sive iurati, ordinari, consueverunt, præstito solum iuramento, sibi esse in animo in ea Diœcesi, ubi promoti fuerint, permanere; interdicit hæc Synodus, ne quisquam ad titulum huiusmodi ordinetur, aut ordinari permittatur, nisi per tantum tempus in ea Diœcesi vitam duxerit, ex quo probabile sit velle se ibi permanere: quod si aliqui contra hoc decretum fuerint promoti, ipso facto ab executione susceptorum Ordinum suspendantur, & cuiusque Beneficij, seu administrationis Indorum sint incapaces per triennium, qui verò in vna Diœcesi ordinari cœperint, in alia, quamvis ibi per tres annos fuerint commorati, reliquos Ordines non suscipiant, nisi à proprio Prælato cum lit-



CONCILIUM 45

litteris dimittantur, & vnusquisque proprium pastorem agnoscat, & Hierarchiæ Ecclesiasticæ ordine minimè perturbato, quod est Sanctorum Canonum, & Sacrosancti Concilij Tridentini (f) decretis de hac re sancitum, inuolabiliter obseruetur. Litteræ item dimissoriæ, ad vnum tantum Ordinem suscipiendum concedantur, vt quam in munere suscepti Ordinis exequendo diligentiam ordinatus præstiterit, Episcopus intelligat. Interstitia verò temporum à Concilio Tridentino præfixa obseruentur, nisi in illis pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ suæ visum fuerit Episcopo dispensare. Absentibus verò sine prævio examine coram Episcopo, vel eius examinatore, litteræ dimissoriæ non dentur.

(f) Sess. 23. c. 11. & 13.

§. III.

Regulares iuxta Concilij Tridentini (g) decretum, nec ante aetatem omnibus à iure præscriptam, nec sine diligenti Episcopi. examine ordinentur, nec eis duo Sacri Ordines eodem die conferantur, quibuscumque privilegijs quoad hoc penitus exclusis.

(g) Sess. 23. c. 1. & Provinc. de Quiroga, act. 3. c. 47. & est declaratio Card. in dict. locis.

§. I.

DE EXAMINE ORDINIBUS

pramittendo.

VT ordinandorum, & eorum, quibus animarum cura credenda est, quibus poleant meritis, quamvè ad^dspiritalia munera obeunda idonei sint, facilius Episcopis notum fiat; præcipit hæc Synodus Mexicanæ Provinciæ Episcopis, vt in Synodo Diocesana, quæ primo quoque tempore celebrabitur, tres saltem eligant, & deputent examinatores, (h) qui vnâ cum Episcopo, vel eius Vicario, si Episcopus fuerit impeditus, de scientia ordinandorum periculum faciant: ante Synodum autem habitam, per suos Episcopi id etiam præsentent. Examinatores verò deputati, in suo munere obeundo hanc à Synodo præscriptam formam observent.

(h) Conc. Trident. sess. 14. c. 18. vers. Licet etiam, Conc. Tolet. act. 2. cap. 24. Prov. de Quiroga, act. 3. à c. 21. vsq. ad 26. Liment. 1. act. 4. c. 17. & Conc. Milan. 5. tit. de examinandi ratione à f. 757.

§. II.

EXaminatores in Synodo Diocesana constituti, iure iurando se obstringant de fidelitate servanda in suo suscepto munere, de verè, & sincerè manifestanda eorum comperta scientia, de quibus ipsi experimentum sumpserint;

rint;

MEXICANUM. 47

rint ; amore, odio , aliòvè omni huma-
no affecta posthabitis. Examinis (i) (i) Conc. Li:
verò causa , nihil quicquam pecuniz, mens. 3. act. 2.
præmij, alicuiusvè doni , aut quid simile c. 32. & Milan.
accipiant. §. vbi supra §.
prac.

§. III.

SI examinandorum quisquam per
se, vel interpositam personam, do-
na , favoresvè examinatori promiserit;
Episcopo statim denunciât , & eundem
ad Ordines pro illa vice inhabilem de-
cernat.

§. IV.

EA, de quibus subituri examen in-
terrogandi sunt , per se , vel per
alios, directè, aut indirectè, ne revelent.
Si quis eorum , qui examinandi sunt,
consanguineus , affinis, familiaris, fami-
liarè adiunctus alicuius examinatoris
fuerit , examinador ille , ne præsens qui-
dem adsit , sed Episcopo notum faciat,
vt alius in eius locum vocetur.

§. V.

NE sententiam, quam in approban-
do , vel reprobando dicturi sunt,
vlli manifestent, sub pœna excom-
municationis maioris
ipso iure.

§. VI.



48 CONCILIUM

§. VI.

NE quemquam ad examen subeun-
dum admittant, nisi prius suscep-
ti Ordinis titulum, ab Episcopo, & No-
tario subscriptum, sigillatumque exhi-
buerit.

§. VII.

QUæ omnia sub eisdem iuramen-
to, & censura, tunc quoque ser-
vare teneantur, cum de Episco-
pi mandato aliquos ad Beneficia obti-
nenda examinare contigerit.

LIBRI PRIMII
TITULUS QUINTUS.

§. I.

DE SACRAMENTORUM
Ecclesie administratione.

(K) Cap. Ad **S**acrofanctæ Ecclesiæ (K) Sacramen-
Apostolicam, ta, quæ non inventa ab homini-
c. si satis de si bus, sed à Christo Domino instituta
mon. Mex. 1. sunt, & ad nostram salutem divinitus
c. 1. & 12. c. concessa, ut dignè, & salubritèr admi-
2. Guadix tir. nistrantur, & à percipientibus summo
2. const. 1. & in honore, & veneratione habeantur;
22. & const.



MEXICANUM. 49

maximè oportet eorum ministros, illud de se omnibus, præsertim Indis, qui rudes sunt, & minus intelligentia valent, præbere testimonium, ut non ob aliquod temporale lucrum, sed tantùm ad salutem animarum Sacramenta conferri omnes intelligant. Præcipit igitur hæc Synodus, ne ullus Clericus, pacto, contractu, hortatu, aut conventionem, per se, aut per alium, directè, vel indirectè, pro Sacramentorum administratione sibi temporale quicquam dari procuret: si qui verò secus fecerint ultra pœnas à iure in simoniacos decretas, si semel id commiserint, pœnam quinquaginta pondò incurrant, quorum partes duæ, Ecclesiæ ubi fuerit delictum perpetratum, distribuuntur, tertia verò accusatori. Si autem bis in hoc crimen inciderint, à Sacerdotali officio per annum suspendantur. Si ter, à tota Provincia per triennium exules sint; non tamen hoc decreto prohibetur, ne mercedem in singulis Episcopatibus ab Episcopo constitutam percipiant.

14. 15. 162
Milan. 1 verbo cum Sacramento. & Synodo de Quir. const. 31. & Provincie eiusdem Quirog act. 3. cap. 27. & Compostel. act. 7 c. 10. & Lim. 3. act. 2. §. 38. con- ducit matè- riæ tex in c. abolenda de sepulturis.

§. II.

Verum, (1) ut illud, quod ex conformi sacrarum ceremoniarum
yfa in cultu divino provenit, decorum

(1) Mex. J. c. 7. & Limen. 3. act. 2. cap. 37.

50 CONCILIUM

37. & Conc. servetur, & ea evitentur incommoda;
 4. Tol. c 26. quæ ex varietate huiusmodi oriuntur;
 vbi Loayf. Curati omnes huius Provinciæ, tam Sa-
 f. 370. verbo cularæ, quàm Regulares, in Sacramen-
 libell. Conc. tis administrandis, præscriptam in ritua-
 Milan. f. fol. li Mexicano formam teneant, quovsque
 716. verbo à Sede Apostolica rituale ad vsum vni-
 illud impris- versalis Ecclesiæ evulgetur. Si qui verò
 mis, & Conc. aliter Sacramenta administraverint, tam-
 Provinc. Bon- quam perturbatores Ecclesiastici Ordini-
 non. Cardin. nis punientur.
 Pallzor. 4. p.

LIBRI PRIMI

TITULUS SEXTUS.

§. I.

DE SACRA UNCTIONE.

VOlens hæc Synodus ijs incommodis, quæ in conferendo Indis Confirmationis Sacramento, & fuerunt, & esse possunt, opportunum remedium afferre; statuit, ac præcipit, ne quicquam (m) pecuniæ, argenti, alicuiusvè rei similis, dum Episcopi sacrum chrisma ministrant, ab Indis, vel ab alijs vlli petant, aut ad id offerendum eos inducant; immò potius pro gravitate, &

(m) Liment.
 3. 2a. 2. c.
 13.

MEXICANUM. 51

authoritate Episcopalis dignitatis, candelas, vittas, quas suscepturi Sacramentum Confirmationis deferre solent, indigentibus in eleemosynam Episcopi conferant.

§. II.

Peracto verò confirmationis ministerio, vittæ omnes ad usum eius adhibitæ comburantur, ne postea profanis usibus deserviant.

§. III.

Sed quoniam propter Indorum ignorantiam facile evenire potest, ut nulla habita ratione cognationis inter susceptorem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem contractæ, hi in his gradibus prohibitis matrimonio se coniungant; huic malo Episcopi occurrentes, (n) in singulis Indorum oppidis duos susceptores deputent, qui vel sine suspitione contrahendi matrimonium sint, vel spiritualis cognationis rationes optimè noverint: idque observetur, donec Episcopis huiusmodi deputatio, Indis peritioribus factis, non amplius necessaria visa fuerit.

(n) Limesf.
1. act. 2. c. 9.

32 CONCILIUM

§. IV.

(o) Concil. Trid. sess 14. c. 1. de Extrema Vnctione, Mex. 1. c. 64. Colect. Max. Conc. Hisp. tom 4 Guadix, tit. 2. const. 42. Li mens. 3. act. 2. c. 28 Concil. Trid in doctrina de Sacrament. Extremæ-Vnction. c. 1. 2. & 3.

Parochi (o) item, tam Sæculares; quàm Regulares, Iadis, & servis ægrotis in mortis periculo constitutis, Sacramentum Extremæ Vnctionis ministrant: quod cum sit à Christo Domino ad communem omnium salutem, si ne delectu personarum institutum; omnibus fidelibus in articulo mortis devote perentibus tribuendum est. Parochi verò muneri suo satisfacere minimè possunt, si medicinam animæ, & corpori tam salutarem suis subditis denegaverint.

§. V.

Quia verò graviter ægrotantes Extremæ-Vnctionis suscipiendæ causa ad Ecclesias, seu Monasteria deducere tutum non est, ne externus impulsus, aut mortem illis conciliet, aut saltem acceleret miseræ genti, & ab omnibus rebus inopi, consulere volens hæc Synodus; in virtute sanctæ obedientiæ Curatis omnibus, Sæcularibus, & Regularibus, præcipit, ne Indos, aut seruos ægrotos huius rei causa, ad Ecclesias, vel Monasteria vllatenùs ferri permittant. Immò Curati ipsi officij sui, & charitatis, qua



MEXICANUM. 53

quæ erga proximos esse debent, memores ad vngendum infirmos, eorum adeant domos, quas priùs decenti ornatu paratas esse curabunt. Si verò contra hoc decretum fecerint, probabili irregularitatis periculo se exponi intelligant: & quam sint de morte proximi ob eorum inhumanitatem secuta, rationem Deo reddi turi, animadvertant.

§. VI.

E Piscope verò tantum scelus acerrimè vindicari studeant, vt tam immanis, & barbara consuetudo, & non solum ab Ecclesiastico, & Religioso homine, sed ab homine prorsus aliena, radicatus extirpetur, funditusque tollatur.

§. VII.

DE ætate (p) ad hoc Sacramentum suscipiendum ea regula sit, vt quibus per ætatem licet Eucharistiam sumere, eisdem etiam liceat sancto infirmorum oleo inungi.

(p) Gran. tit. de Sac. Vnction. n. 3 & 4 & Milan. 4. tit. quæ pertinent ad Extrem. Vnct. verb. Parochus, & 3. tit. quæ pertinent ad Sacram. Extrem. Vnct.

§. VIII.

Itamen, qui ægrotorum curam habent, admonentur, vt opportuno tempore à Parocho deferri Extremam-



54 CONCILIUM

Vnctionem procurent, sicque infirmus dum integris est sensibus, vngatur, vt vim Sacramenti corpori, & animæ salutarem, dum compos sui est, intelligere valeat.

§. IX.

AD Sacrorum Canonum obseruationem, & ne in Ecclesijs sanctum chrisma, Cathecumenorum, & infirmorum oleum, vnquam desit; iubet hæc Synodus, vt in singulis annis (q) intra quindecim dies, à feria quinta in Cæna Domini, quo die hæc, vertente anno, non consecrantur, immediatè numerandos, Vicarij omnes, & singuli huius Proviñciæ, per se, vel per Clericos Sacro Ordine initiatos, ad civitatem vbi est Sedes Episcopalis conveniant, & quod in Sacristia cuiuslibet Cathedralis Ecclesiæ distribuitur sanctum chrisma, oleum, quantum omnia districtu sui Parochi sufficiat, inde afferant. Nemo autem intra præfixum tempus id facere omittat, sub pœna pondo quinquaginta. Curati autem reliqui, cum locum vbi Vicarius residet, adeant, vel eò Clericos in Sacro Ordine constitutos mittant, vt sanctum chrisma, & oleum in suas Parochias inde reportent, sub pœna pondo octo fabri-

(q) Gran. tit.
de Sacram.
Vnctione act.
1. & Synod.
de Quiroga,
const. 24. &
25.



MEXICANUM. 55

Et applicandorum. Is autem, qui vel in Cathedrali, vel oppido, vbi Vicarius residet, chrisma, & oleum distribuit, nihil quicquam pro his distribuendis accipiat, librumque secum habeat, vbi cum die, mense, & anno nomina eorum inscribat, qui ab eo chrisma, & oleum sumptierunt, sub pœna duorum pondos, ad usum fabricæ Ecclesiæ.

§. X.

Curatis (r) quoque omnibus præcipitur, vt chrisma, & oleum huiusmodi frequentèr renovare studeant, eamque in renovando formam seruent, vt minor semper olei quãtitas addatur, quã reliquum fuerat, si verò aliquid chrismatis, vel olei anni proximi præteriti, quum novum defertur, superfuerit; illud comburatur, vel in fontem baptismalem spargatur; à die verò feriæ quintæ in Cœnâ Domini in posterum, antiqui chrismatis, & olei Cathecumenorum usus cesset, sub pœnis à iure decretis, nec Sabbato etiam maioris hebdomadæ ad fontes antiquum oleum adhibeatur, sed novum expectetur. Conceditur autem, vt si quis mortis periculo laboraverit, oleo infirmorum præteriti anni vngatur, novi olei copia adhuc non habita. Cuius rei causa

(r) Gran. tit. de Sacram. Vnct. n. 1. 2. & 3. & Mil. 4. 2. p. const. verb. Parochus.



56 CONCILIUM

à feria in Cœna Donzini infirmorum
oleum asservari poterit , quovsq̄ue no-
vum pervenerit , & deinde consumi.

§. XI.

(1) Mex. 1.
C. 33.

AD custodiam (1) verò sancti chris-
matis , & olei , locus clausus cum
decenti ornatu deputetur , cuius clavem
Parochus habeat , nec cuiquam tradat,
nisi alicui Sacerdoti quum opus fuerit,
quo loco Rituali etiam ministrandorum
Sacramentorum formam præscribens,
asservabitur.

LIBRI PRIMI
TITULUS SEPTIMUS.

§. I.

DE CLERICIS PEREGRINIS:

Summis à Deo precibus efflagitatē
Episcopi deberent , vt eos in mes-
sem suam operarios mitteret , qui divinæ
voluntati conformes , salutem animarum
sitirent; non quæ sua sunt quærentes, sed
quæ Iesu Christi. Verùm quod est omni
lachrymarum fonte plangendum , Sacer-
dotes aliqui , non pietatis zelo , sed æstu
quo-

MEXICANUM. 37

quodam avaritiæ flagrantes , in certis sedibus vagantur, & ovibus sibi commissis derelictis, eò avidè confugiunt, vbi maius stipendium temporalis lucri proponitur. Cui tam gravi malo Tridentinum

(t) Concilium occurrere volens; præcipit, nè vllus Clericus peregrinus sine commendatitijs sui Ordinarij litteris (quas tamen sine iusta causa Ordinarius non deneget) ab vllò Episcopo ad divina celebranda recipiatur, quod tam sanctum Concilij decretum hæc Synodus inviolabiliter observari vult , sub pœna suspensionis arbitrio Ordinarij interdicit quoque , ne vllus Vicarius , seu Iudex Ecclesiasticus , Clericis huiusmodi celebrandi licentiam concedat , nisi eorum facultates , & litteræ dimissoriæ diligentèr priùs examinatae comprobentur. Idemque iniungit superioribus ordinum in suis domibus , aut Monasterijs. Iridem iubetur, vt si qui Clerici ex Hispania , aut alijs remotis Provincijs, in has Indiarum partes migraverint , mulieres secum , matrum, fororum , & consanguinitate propinquare nomina deferentes, nisi id ita esse legitime constiterit, à mulieribus huiusmodi separentur : si verò separati non paruerint , tamquam concubinarij publicè puniantur.

(t) Sess. 23. c. 26. & sess. 22. in decreto de observandis , & evitandis in celebr. Missarum, Mex. 1. c. 45 & Guad. tit. 2. constit. 54. Milan. 1. tit. quæ pertinent ad celebrat. Miss. verb. Clericis. & Gran. tit. de Clerico peregrin. Synod. de Quiroga, constit. 57. Liment. 3. sect. 3. c. 9. Mex. 1. c. 57.

58 CONCILIIUM

LIBRI PRIMI

TITULUS OCTAVUS.

§. I.

DE OFFICIO IUDICIS ORDINARIJ, & Vicarij. (v)

(v) Gran. tit. de offic iudicis ord Guadix, tit. 8. const. 1. 12. 13 & 14. Milan 41. p. tit. de foro Episc & 5. tit. de Episc. & Episcopa- li iure.

VT Episcopi populum à Deo sibi commissum, quibus opus est, prudentia, & sollicitudine gubernent, ac moderentur, atque ut faciliùs orationi vacent, doctrina pascant gregem, & saluti consulant animarum, Vicariorum opera indigent, quos in partem sollicitudinis, præsertim earum rerum, quæ fori iudicialis sunt, sibi asciscant. Quam obrem Vicarios huiusmodi hæc Synodus vehementer hortatur, ut quàm sit eorum industria ad populi Christiani gubernationem necessaria, intelligentes, suo muneri ne desint, sed obeundo, omne studium, operam, & diligentiam collocent, quod ut commodiùs præstent, has, quæ sequuntur, regulas observabunt.

§. II.

Imprimis officiales, Vicarij, & Iudices Ecclesiastici omnes huius Provin-



MEXICANUM. 59

Vincia id potissimum curent, vt iniuncta sibi in litteris commissiois, & potestatis exequantur. Tempore etiam, quo hæc officia exercent, diligenter, integrè, & rectè se gerant in omnibus Dei honorem sibi proponant, communem subditorum vtilitatem quærant, & partium vnicuique ius suum tribuant. Coram Secretario Episcopi iure iurando se obstringant, quod Sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini decretis, huiusque Synodi constitutionibus stabunt, quod Ecclesiasticam iurisdictionem, immunitatem Ecclesiarum, & earum ministros tuebuntur atque defendent. In locis, vbi suis fungi debent officijs, semper resideant, officiaque hæc per se ipsos obeuntes, & non per substitutos, nequaquam absint feria secunda, quarta, & sexta cuiuslibet hebdomadis: ab octava ad decimam horam pro tribunali sedentes, causas audiant. Si verò in hos dies festum inciderit in sequenti die, festo non impedito, audientiam faciant, ad locum verò ad id deputatum Ecclesiasticæ curiæ ministris comitati procedant. Ipsis verò officialibus, ad dies tantum octo absentibus, nullam causam diffinitiva sententia determinare valeant, nec in causa aliqua interlocutoria

scn.

86 CONCILIUM

sententia quicquam statuunt, quod p̄t̄
diffinitivam sententiam reparari non pos-
sit. Quicquid secus factum fuerit, irritum,
& inane decernitur.

§. III.

DE quibuscumque causis ad iuris-
dictionem ordinariam spectanti-
bus, & tamquam Apostolicæ Sedis sub-
delegati, de his, in quibus Episcopi à
Concilio Tridentino eiusdem Sedis dele-
gati constituuntur, si eis ab Episcopo spe-
cialitè commissæ fuerint, cognoscere
possint, causasque huiusmodi, nisi spe-
cialitè Episcopo soli fuerint commissæ,
aut eas Episcopus ad se à bocaverit, vel
ex huius Synodi decreto eidem reservatz
fuerint, terminare valeant. De his etiam
causis cognoscant, quæ per viam appel-
lationis coram Episcopo sunt tractandæ:

§. IV.

(x) Sess. 24.
c. 16. & iure
communit.
text. in cap.
de consang.
& affin. Col-
lecti Max.
Conc. Hisp.
tom 4.

QUONIAM Episcopi iure, & expresso
Concilij Tridentini(x) decreto te-
nentur officialem Vicarium gene-
ralem constituere, qui Doctor sit, vel
Licentiatus in iure Canonico, vel alias
quantum fieri poterit, idoneus ad causas
in foro iudiciali decidendum, quem pro
offi-

MEXICANUM. 67

officij sui ratione commodè sustentare debent, & quia officiales huiusmodi providendis actis salarium forsàn à partibus litigantibus recipere volent; statuit hæc Synodus, ne quicquam pro his accipiant, nisi parte, aut partibus petentibus iurisperitum vnum, vel plures sibi adiungi, quos de causa consulat, ac de eorum Concilio sententias ferat, quia verò evenire potest, vt pars, aut partes id petentes, quibus incumbit horum assessorum salaria persolvere, eosdem pretio corrumpere possint; statuit ac præcipit eadem Synodus, (y) vt salaria assessori huiusmodi à iudice providè moderentur. Eaque assessores per se, vel interpositas personas, ante decisam causam à partibus non accipiant; nec quicquam amplius, quàm quod fuerit moderatum, sub pœna restitutionis in quadruplum. Sententiam verò suam clausam, & sigillatam, ad iudicem mittat assessor, eamque partibus nequaquam tradat, aut ex eo quod partium intererit, teneatur. Prædicta verò pœna fabricæ Ecclesiæ, & pijs operibus æquè distribuatur. Sportulas alias non exigant, quàm quæ sunt ab hac Synodo taxatæ. A partibus coram eis litigantibus, aut quæ probabili conjectura litigaturæ

(y) Mexic. v. c. 84. Guad. tit. 8. const. 14.

62 CONCLIVM

creduntur, dona, aut munera, etiam, scd:
lenta, per se, aut familiares, consanguineosve suos, officio durante, vel post, ex promissione tempore officij prius facta, non accipiant, etiam si ea data sponte fuerint, vel promissa, sub pœna restitutionis in quadruplum. Quod iudicibus Vicarij foraneis, sub eadem quoque pœna etiam imponitur.

§. V.

IN causis coram ipsis pendentibus, ipsi cognoscere possint. Arbitri iuris, aut arbitratores non sint, neque hac de causa proferendis sententijs, videndis actis, aut alijs quicquam accipiant. Qui verò contra fecerint, ultra pœnam restituendi duplum, aliter etiam puniantur: idque Vicarij etiam observent.

§. VI.

NOtarij, aut alij eorum ministri, in causis, in quibus ad Fiscalis instantiam procedetur, nihil à reo exigant ratione scripturarum, sive actorum, pro parte ad Fiscalem expectante, nisi reus per sententiam in expensis fuerit condemnatus, easque tunc iuxta taxationem petant. Si verò condemnatio huiusmodi
non

MEXICANUM. 63

non præcellerit ; cum ex officio ad hæc conficienda teneantur , nihil exigere possint. Quòd si Notarius , & Iudex aliter , quàm ad præscriptam formam , expensas à reo petierint , in duplum easdem restituant.

§. VII.

T Estes verò pro ratificatis non habeant , etiam de voluntate partium , in causis ubi pœna corporalis , exilij quoque , aut solemnis pœnitentiæ futura speratur , sub pœna ratificandi testes suis impensis , si opus fuerit ; Iudex autem reitibus non ratificatis , sententiam minime ferre possit.

§. VIII.

P Eculiari solitudine studeant vitia publica , veluti ludos illicitos , concubinatus , blasfemias , vsuras , & huiusmodi alia , prohibere ; & hæc perpetrantes acriter punire. Quod ut consequatur effectum , Dominica prima Quadragesimæ in quolibet anno generales licteras excommunicationis expediant , procedendo vsque ad anathematis declarationes , easque publicare faciant , tam in Cathedrali , quàm in Parochialibus Ecclesijs , ac Monasterijs , quæ postquam publicatæ fuerint , in Ecclesiæ ianuis affligantur. Ad oppi



64 CONCILIUM

oppida etiam , vbi Hispani degunt , & ad fodinas litteræ eadem mittantur , ibique itidem publicentur, vt omnes, & quicumque de huiusmodi delinquentibus notitiam habuerint , censuris compellantur eosdem denunciare coram Episcopis, vel Parochis , & coram Notario publico , vt id legitimè constet : quæ tamen de delictis notorijs , & publicis, dumtaxat disposita intelligantur. Edicta verò , seu litteræ generales huiusmodi iuxta seriem dispositam, & approbatam expediantur: quæ in quantum concubinariorum delicta respiciunt , prima etiam Dominica Adventus publicentur.

§. IX.

T Ametsi Episcopi , subditorum delicta Clericorum , & Sacerdotum maximè , quos alijs in exemplum vitæ Deus posuit , animadvertere debent ; nihilominus Sacerdotalis Ordinis honori prospicere valdè tenentur , & in puniendis Clericorum delictis prudenter se gerere, ne si id nimis publicè fiat, ipsi simul cum eo, quo fungantur divino ministerio contemnantur. Quapropter (2) hæc Synodus statuit, ac præcipit, vt causæ graves Clericorum huius Provinciæ , & quoad

(1) Mexig. I.
c. 82.



MEXICANUM. 35

quoad modum procedendi , & quoad custodiam carceris secretò agitentur , & terminentur. Item, vt Iudices ad causam huiusmodi Notarios Clericos, si fieri poterit , adhibeant ; hæc autem omnia tum locum habeant , quum delictum tale , & tam publicum non fuerit , quod maiori non egeat remedio. Qua in re conscientia Iudicum onerantur , vt in his omnibus eum modum seruent, quo & Clericali dignitati consulant, & delinquentes pro meritis supplicio afficiantur.

§. X.

Librum habeant , in quo summatim sacrilegiorum , restitutionum , & Fiscales causæ ad memoriam descriptæ sint. Ad huius verò libri præscriptum , in fine cuiuslibet mensis , ministris , & Notarijs , sibi reddi rationem petant de præfatis causis ; & de earum statu : & quod magis singularis causis conveniens sit , provideant, eoque in libro, vt scribatur quicquid providerint, efficiant : atque ministros huiusmodi de commissis negligentijs reprehendant, in eosque accurate animadvertant. In fine etiam mensis prædicti Notarius de hac ~~causa~~ eam eo adhibita diligentia fidem faciat , & officiales binis

66 CONCILIUM

quoque mensibus, iuxta prædicti libri formam, Episcopo referant, quid gestum sit, quidvè non, quidque negotiorum huiusmodi expeditioni convenientius, & opportunius esse videatur, sub pœna quatuor pondo quoties id omissum fuerit, & Episcopi huiusmodi relationi sibi inscriptis factæ se subscribat. Librum verò hunc officiales apud se retineant, ad cuius præscriptum, quum eos Episcopus visitaverit, de negotijs huiusmodi inquirentur. Admonentur præterea, vt etiam si ab ipsis causæ decisæ sint, si ulterius in gradu appellationis procedatur, promotorem Fiscalem ad causarum huiusmodi prosecutionem instanter hortari non desinant.

§. XI.

(2) Concil.
Tolet. act. 2.
c. 141.

Iudices, (a) nec recipiant, nec apud se retineant multarum, sive pœnarum pecunias operibus pijs applicatas, sub pœna restituendi quadruplum; sed hæ Notario causæ, eo ipso, quòd exactæ sint, commendentur, qui intrâ diem susceptori, per Episcopum cum debitis fideiussoribus in Tribunali suo deputando, eas consignare teneatur sub pœna solvendi duplum. Pecuniarum autem huiusmodi consignationem, in libro susceptoris No-

MEXICANUM. 67

tarius scribat, & manu propria susceptor, sibi consignatas esse etiam scribat, seque subscribat, ut Episcopi arbitrio hæc in pia opera distribuantur. Idemque quoad pœnarum pecunias servare teneantur.

§. XII.

PRæcipitur etiam Iudicibus, ut in causis civilibus, criminalibus, matrimonialibus, & alijs Ordinarijs quibuscumque, ante definitivam sententiam bis acta perspiciant: primò quando partes ad probationem admittunt; secundò sibi traduntur ad proferendum in causa definitive; summaria verò quo tempore ferenda sententia est, videant: accuratè autem perpendant, an in eis quoad suam formam omnia servata sint, actaque, & actuata prout de iure expedit, & in hac Synodo cavetur titulis de ordine officiorum, & de officio Notarij. Si verò quicquam horum desit, sportulæque, aut salaria percepta, descripta in actis non sint, ea iuxta formam iuris describi faciant, Notariorumque, aut ministrorum Curia negligencias circa hæc, puniendæ corrigant. Pro licentijs, (b) seu facultatibus ad exercitium alicuius Sacramenti, vel ad

(b) Gran de offic. iudic. ordin. n. 13.

scum carniam in diebus Quadragesimæ,

68 CONCILIUM

aut alijs, quibus prohibitus est, nihil quicquam accipiant. Has verò nisi in scriptis, & ad limitatum tempus, causaque bene examinata, & licentia præcedente corporalis medici, ubi habere poterit, non concedant, nec in casibus ab hac Synodo prohibitis, sub pœnis ab eadem statutis,

§. XIII.

Iubetur præterea, vt Iudices acta in causis ordinarijs coram eis facta bis taxent. Primò, quando partes ad probationem admittunt: secundò, tempore ferendæ sententiæ, medioque decreto declarent, quid Advocatis, & Notarijs debeatur, quidvè ad eos pertineat, suoque signo notent, vt partibus, vel earum procuratoribus liquidò constare possit. Sin minus fecerint Iudices, pondo duo *de Tipuzque dicta*, in pœnam persolvant, eaque pijs operibus applicentur. Taxent etiam acta causarum, quæ coram eis in gradu appellationis agitabuntur, probationesque etiam quascumque, & scripturas alias, quoad earum partes, & lines, iuxta legum(c) regni dispositionem, & taxationem prædictam salaria huiusmodi solvantur, quod verò Notarij, aut Commissarij ultra taxationem receperint, in cal-

(c) In leg. 23. tit. 20. lib. 2. & leg. 1. tit. 27. lib. 4. Recopil.



MEXICANUM. 69

Salce. decreti iubeant restitui, sub pœna iam dicta. Officiales taxam, (d) & sala- (d) Concil:
riorum omnium Curiaë ministrorum ma- Mex l. 1. 3.
nu Episcopi subscriptam, clarè inscrip- fol 603. 1.
tam, tabulæ affixam, & in aula Iudicis de- pag. in prin-
putata, poni faciant, vt ibi commodè ab cip.
omnibus legi possit. Taxa verò ea solum- modo sit, quæ est ab hac Synodo confi-
tura.

§. XIV.

Librum habeant, in quo delinquen- tes condemnatos sub comminatione si in idem delictum vltèriùs reinciderint, & eos qui talia commiserint criminata, quæ si iterum perpetrentur, maiori supplicio digna fiunt appositè describant. Notarius verò apud quem sententia lata est, manu propria in libro scribat, qua pœna reus damnatus fuerit, die, mense, & anno ibidem appositis; & quòd acta, & processus causæ apud eundem remaneat, seque subscribat, quò delinquendi consuetudo faciliùs tolli possit.

§. XV.

IN causis, in quibus ex officio procedunt; postquam Fiscalis testes nominaverit, caveat, vt susceptor Fiscali subministret pecunias, quibus possit, testi-



70 CONCILIUM

bus ad ferendum testimonium venturis sumptus præbere competentes, idque in actis redigatur. Tempore verò, quo expensas taxabunt, faciant sibi à Fiscali rationem reddi sumptuum erogatorum huiusmodi; quos etiam taxent, & ex taxatione, eos Fiscalis à reo recipiat, susceptorique restituat, aut quid causæ fuerit, quominus restitutus sit, exponat.

§. XVI.

Officiales, saltem semel in hebdomada, secunda, aut sexta feria, postmeridiem, vel hora sibi magis commoda, carcerem visitent, eisque in comitatu sint Notarij deferentes acta detentorum in carcere; procuratores quoque, & promotor Fiscalis, quorum si quis absens fuerit, pondo vno multeretur, in usus eorum, qui in carcere sunt conuicti. In visitatione verò id præstent, vt de vita, honestate, & moribus eorum, qui carcere inclusi tenentur, inquirent, scæminarum impudentias reprimant, deserantes, illicitosque ludos exercentes puniant. Exquirant præterea, an cultos carceris a vinculis iniuria quicquam extorqueat; vnumqueque, de suo iure eos certiores reddere volentem, libenter audiant. Si ab ali-

MEXICANUM. 71

aliquo reo confessio petenda est, aut aliud quid simile agendum, id ne omittant.

§. XVII.

DE vinculis, & his qui vinculis alligati tenentur, interrogent: an sine causa per custodem crucientur, aut sine mandato dimittantur, inquirant: & tandem his omnibus, quæ opportuno egent remedio, prudenter, & accuratè illud præstent.

§. XVIII.

IN vigilijs (e) festorum Paschalijs, vel duobus ante diebus, Episcopi (e) Infrà, lib. 3. tit. 1 §. 10. (præsentibus eorum officialibus, & alijs ministris) carcerem visitent, prout etiam ab hac Synodo ipsi iniungitur in titulo *de Episcoporum officio*.

§. XIX.

SI Notarius (f) aliquis, vel mortem (f) §. 24. obierit, vel officio suo fuerit privatus; acta, & scripturarum protocolia ab eo confecta, accuratè custodiantur, ut habetur in titulo *de officio Notarij*.

(g) Milan 3. f. 602 verb. Nullam neque munus, & 3. f. 781. verb. Illud

§. XX.

Curiæ (g) ministri munera, etiam *verb. Illud* esculenta, mutuum, & commodum ne præterea.

72 CONCILIUM

ne accipiant, nec eosdem ad suos cōfī tractus fideiussōres adhibeant. Iudicesque huiusmodi quantumvis sint probatæ fidei, ante elapsū tempus à fideiussōribus compelli pōssint ad eos indemnes servandum, vel persolvendum totum id, pro quo se fideiussōres constituerunt, ac si ab ipsis illud iam esset persolutum. Litigatorum operis, nisi soluta mercede, non utantur, & in sportulas sibi debitas computantes. De suis sportulis, & salarijs, vel de negotijs sibi commissis nihil paciscantur, sed ea purè, sincerèque agant. Si verò vllatenus quicquam acceperint, in duplo reddant.

§. XXI.

CUm crimen quis confitetur, vel spontè, vel aliàs, & quum iniuriæ Ecclesiæ, vel Clericis inferuntur; etiam si illæ à partibus sint condonatæ, promotores Fiscales citentur, ut cum ob culpam, quæ in delictis maior comperiri potest, tum ob immunitatem, & iurisdictionem Ecclesiasticam tuendam, de iure suo dicant, nisi, Episcopo consulto, Iudex aliter decernat.

§.XXII.

MEXICANUM. 73

§. XXII.

STatuitur etiam, ac iubetur, iuxta Concilij Tridentini (h) decretum, (h) Sess. 24^a ne officiales facultatem contrahendi matrimonium peregrinis concedant, nisi constet eos alibi matrimonio coniunctos non esse, nec legitimo impedimento teneri, quominus matrimonium contrahant. De hoc autem ab his inquiratur, qui ante contrahere volentes benè cognoverint, nisi attentata ætate eius qui ad matrimonium recipi cupit, Iudici videatur de longiori, vel breviori tempore inquirendum. Ad inquisitionem autem huiusmodi, si opus sit, officialis litteras de requisitorias, ex quibus in partibus, ubi contrahentes sint orti, inquisitio fiat, denunciationibus publicè factis, ad præscriptum sacrosancti Tridentini (i) Concilij. Præterea contrahentes iuramento declarent, se nullo Religionis, vel castitatis voto obligari. Qui verò absentem coniugem obiisse dixerit, contrahendi facultatem non obtineat, nisi hoc sufficienter probato, Episcopum adeat, de cuius permisso, & non aliàs, ad secundas nuptias suscipiatur, sub pœna pondò centum, expensis pro administranda iustitia faciendis, applicandorum.

c 7^a

(i) Sess. 24. c. 1. de reformat. matrimon. Guadix, tit. 2. const. 57. & Granat. tit. de cognat. spirit. n. 2. Synod. de Quirega, const. 33.

§. XXIII. /

§. XXIII.

(k) Lib. 5. tit.
§. 5. 6.

IN crimine (K) concubinatus inter Clericum, & conjugatam, is ordo in procedendo seruetur, qui ab hac Synodo titulo *De concubinarijs* est præscriptus.

§. XXIV.

(l) Græc. tit.
de offic. ordi-
ni num. 22.

VIcarij (l) de his solùm casibus, quæ sunt in mandatis, & commissionibus suarum potestatum comprehensis, ac iuxta præscriptam ibi formam cognoscant: si semel contrarium fecerint, poenam pondo octo incurrant, quorum tertia pars delatori, reliquæ impensis pro administranda iustitia faciendis applicentur. Si bis, pondo duodecim, & duorum mensium suspensione. Si ter, duplo mulentur; itidemque fiat distributio. In his autem negotijs, quæ ad eorum iurisdictionem non spectant, Iudices, Fiscales, & officiales, ut supra præfertur, commoneant, & imminente periculo, aut rei necessitate postulante, processum inchoent, inquisitionem faciant, personasque capiant, & infra triginta dies in locis distantibus, in propinquis verò, quò citius fieri poterit, per aliquam personam, quæ ad id diligentè se obstringat, causas huius-

MEXICANUM. 75

modi ad officiales remittant sine retardatione, sub pœna pondo quatuor *de Timpuzque* vocatorum, & sine dissimulatione sub pœna pondo viginti, & privationis officiorum, ratione præscripta applicandorum. In causis matrimonialibus, aut divortij, ratione sævitæ, aut secundarum nuptiarum imminente periculo, vsque ad depositum procedant, illasque prout suprà dictum est, remittant, sub eadem pœna.

§. XXV.

SI facultas (m) petatur, qua Clericus in Sacro Ordine constitutus coram Iudice Sæculari testimonium dicere possit, ne detur priusquam ea, de quibus interrogari debet, examinentur; quæ si talia visa fuerint, vt ad omnia respondere Clericum testem non deceat, quoad peculiare tantùm articulos, qui in ea expressi sint, limitata facultas concedatur, & non aliter, sub pœna quatuor pondo.

(m) Text. in cap. fin. incip. pienti quamquam 14. q. 2. & text. in cap. de iuram. calumnia, Guadix, tit. 2. const. 55. Gran tit. de offic. ord. n. 27. & in regula ordinis militaris, S. Iac. c. 19. in fin.
(n) Gran tit. de offic. ord. n. 24.

§. XXVI.

Nullus officialium (n) prædictorum advocatus, sollicitatorvè sit, clàm, aut publicè in causis, quæ intra fines suæ iurisdictionis tractantur, in quibus, aut Iudex fuerit, aut esse possit, nisi



76

CONCILIUM

si in concernentibus ad suæ iurisdictionis, & status Ecclesiastici defensionem, & in his sine mercede aliqua, & cum speciali Episcopi consensu.

§. XXVII.

SI verò quicquam mercedis, aut salarij acceperint, pœna restituendi quadruplum multentur, gravitèrque puniantur, quod de Vicarijs etiam intelligendum est.

§. XXVIII.

(o) Gran, vbi
supr. n. 25.

Vicarij (o) facultates prædicandi, confitendi, Sacrum celebrandi, eleemosynas petendi, aliasvè quæcumque ab Episcopis, & superioribus concessas examinent, ut earum veritas, vel falsitas constet, antequam executioni mandentur.

§. XXIX.

Quia verò Sacerdotum probitas, vitæque exemplum, & in suis obeundis ministerijs accurata diligentia, populi peccatis salutare medicamentum est; quo eorum cura iubetur, statuit, ac præcipit hæc Synodus, ut Vicarij nomine, provinciales in singulis Diœcesibus deligantur, vnus, vel plures, prout videbitur Episcopo magis expedire, eisque cer-

tos

MEXICANUM. 77

eos Diœcesis suæ districtus præfinit. Hi autem de vita, & moribus Clericorum sibi subditorum inquirant, & ad Episcopos, aut ad eorum Vicarios generales deferant statuto tempore, cum libellos miserint, in quibus nomina eorum, qui peccata sua confessi sunt, inscribantur. Si verò Clericorum excessus tales sint, ut nullam dilationem patiantur delinquentium expensis Episcopo sine mora nuncientur, mittanturque simul informationes super eis factæ.

§. XXX.

Vicarij (p) in maritimis huius Provinciae partibus recedentes, diligenter curent, ne Clerici, qui ex Hispania, aut alijs Provincijs eò proveniunt, ad sacrum celebrandum, aut ad vllum Sacramentum administrandum recipiantur, nisi titulis, dimissorijs litteris, licentijsvè Tuorum Episcoporum, maiestatis Catholicæ, aut eius pro regum, & gubernatorum, pro ratione Provinciae vnde profecti sunt, optimè examinatis. Si verò merces secum habeant, afferantvè alia, quæ negotiationem sapiant, inventario confecto, alicui probato viro in depositum dentur, & quam primum de hac re Episcopus certior fiat, ut quod sibi conveni-

(p) Mex. l. c.
57 §. 1. & 2.
& Lim. 3.
act. 3. c. 2.

78 CONCILIUM

nientius visum fuerit, decernat. De Clericis itidem, qui in Hispaniam naves conscendunt, inquirent, si licentiam à Prælatiis suis obtinent. Si suspectos sibi comites navigationis adiungant à quibus separari oporteat. In his omnibus, ut diligentè se gerant, conscientia Vicariorum onerantur, alias pro sua negligentia graviter à Deo se puniendos esse intelligant.

§. XXXI.

(q) Conc Li-
mens. 3. act.
1. c. 93. in
fine.

Iudices (q) Ecclesiastici omnes, accurate invigilent, ne fœminæ noctu elemosynas ostiatim quærissent, sub prætextu pauperum erubescensium: quod cum non sine magno damno, & scandalo fiat, in secus facientes severè animadvertant.

§. XXXII.

Nullus quoque Iudex Clericis Missas celebrandi, Sacramentavè administrandi, licentiam tribuat, nisi prius eorum litteræ dimissoriae, seu testimoniales probe examinatae, legitimæ esse comprobentur, sub pœna excommunicationis latae sententiæ.

§. XXXIII.

(r) Mex. 1. c.
58. & Syn.
de Quiroga,
const 81. &
Lim 3. act.
3. c. 9. & 10.

Religiosis (r) etiam Sacerdotibus, extra suas Provincias, aut Monasteria

MEXICANUM. 79

riâ peregrinantibus, facultas eadem denegetur, nisi ab Episcopo Diœcesano licentiam obtineant, quam exhibere teneantur.

LIBRI PRIMI

TITULUS NONUS.

DE OFFICIO FISCALIS, ET IURE

Fisci. (1)

§. I.

Promotor Fiscalis Episcopali Curiz deputatus, officium antea non exerceat, quam in manibus Episcopi, vel eius Secretarij, iuret se in omnibus fidelem præbiturum, Dei honori, & animarum saluti prospecturum, immunitatem Ecclesiarum, bona Ecclesiastica, & ministros defensurum, causas Ecclesiasticas prosecuturum, Ecclesiæ, & Episcopi iura propugnaturum, ad idque probationes, & testes omni diligentia exquisiturum.

(1) Latè
Gran tit. de
offic. procura-
toris Fiscalis,
& Synod. de Quiroga,
contit. 122.
123.
Guadix, tit.
8. cont. 21.
Milan 1. tit.
de caufidicis,
advocatis, &
Fiscalibus, &
5 tit. de procura-
tore fiscali.

§. II.

A Parochis huius Provinciæ, tempore, & ordine ab hac Synodo, ut in titulo *de officio ordinarij* est, inquirat de
vfu-



80 CONCILIUM

vsurarijs, fœneratoribus, de his, qui priore re conige adhuc vivente, alias duxerint, de illis, qui cum vxoribus non cohabitant, de aleatoribus, aleatorumque susceptoribus, de blasphemis, & de alijs delinquentibus ad Ecclesiasticam iurisdictionem spectantibus: quos omnes in libro, quem ad vsam huius rei habere debet, describat, eosque denunciât, causasque huiusmodi accuratiùs prosequatur. In fine cuiuslibet mensis acta in causis gesta, & earum statum Iudici referat, & quod sibi à Iudice iniunctum fuerit, deinceps exequatur, idque Iudex in libro scribere faciat, atque subscribat. Hæc verò, vt fiant singulis mensibus Fiscalis curet, sub pœna quatuor pondo quoties omittentur.

§. III.

Sæpè nonnullorum sæcularium, & Clericorum delicta, temporis diuturnitate, & vitæ emendatione ab hominum memoria delata sunt: pravè tamen affecti homines aliorum excessus memoria semper retinentes, Clericos, & sæculares huiusmodi denunciare solent, eo magis animo, vt eis molestiam inferant, ac infamiæ notam inurant, quàm vt æquitati consulant, Cui malo remedium affer-

MEXICANUM. § 1

ſe volens hæc Synodus ; ſtatuit , & interdicit , ne Fiſcales , (r) qui nunc ſunt , vel (r) Mexic. r: erunt impoſterum , ſine partis inſtantia, c. 80. quemquam ſæcularem , aut Clericum accuſent , aut denuncient de crimine tres annos ante commiſſo, cum illud emendatione vitæ , hoc elapſo tempore , præſumatur compenſatum , niſi delictum adeò grave , publicumvè ſit , vt ordinario videatur abſque ſcandalo impunè diſſimulari non poſſe, quo caſu etiam poſt annos tres à Fiſcalibus delinquentes denunciuntur , vt criminis gravitas Ordinarij prudentiã æſtimeretur.

§. IV.

Quia nemo eſt adeò natura moderatus, qui, vel læſus, vel perturbatus affectu, ſaltèm verbo proximum aliquando non offendat; cavendum eſt, ne Clerici (v) huius Provinciæ, parte iniuriata non inſtante , ob leves verborum iniurias in iudicium vocentur , præfertim ad eas Civitates vbi Iudices , ſeu officiales reſident, cum ex tam longa diſtantiã maius ſibi damnum inferratur, quàm delicti pœna poſtularet. Quam ob cauſam Clericorum huius Provinciæ utilitati , & honori conſulens ; decernit , ac

(v) Mexic. r: c. 78. & lex reg. 4 tit 10. lib. 8. Recop.



83 CONCILIUM

iubet hæc Synodus, ne officiales, Vicarij, & alij Iudices Ecclesiastici de levibus verborum iniurijs sine armorum strepitu, aut sanguinis effusione dictis, ex officio contra Clericum vllum inquirent, nec denunciare permittant, nec contra eum procedant, nec eum in carcere detineant, aut ab eo multas exigant, pace iam inter partes vnita. Idemque seruetur quum quis in alium hæc convicia, & opprobria, quæ maiora sunt, coniecerit, illum leprosum, sodomitam, proditorem, hæreticum, aut eo convicij genere, quod vulgus *Cornutum* vocat, appellando; vel mulierem coniugatam, adulteram, seu meretricem dicendo, & alia similia contumeliosa verba in quemquam protulerit, conviciavè, ut præfertur, parte non querelanti. Si verò de hic expressis convicijs partis offensæ querela præcesserit, etiam ipsa iniuriam remittente, officiales, & Vicarij, prout iuris sit, procedant. Qui si aliquos Curia Ecclesiasticæ Fiscales, sive ministros contra facere compererint, quàm est hoc decreto sancitum, eos graviter puniant.

§. V.

SI damnati ex aliquo crimine, iterum in idem crimen inciderint, Fiscalis
ani



MEXICANUM. 83

animadvertat, ab eis que inflictæ multæ, ut exigantur, curet: quod in visitationibus fuerit constitutum, executioni mandari faciat. Si à sententia super aliquo crimine, vel super contentis in secundo decreto huius tituli lata, probocatum fuerit; in appellatione prosequenda, & instantia illa terminanda invigilet. Si quid verò ad id opus sit, ab Episcopo petat, matura diligentia adhibita, ne si causa differatur, criminibus, & offensis in Deum, appellatio favere videatur. De quibus omnibus, sub statutis pœnis Fiscalis rationem reddat.

§. VI.

CUm aliquam causam ex officio Fiscales inchoaverint, eam sine permissu Iudicum non deserant, nec dissimulent, nec ex pacto convenient, nec collusiones, prævaricationes, aliadvè simile committant, sub pœna pondo quinquaginta. Quòd si causa postulaverit, gravius puniantur.

§. VII.

NE in causis, quas agunt, aut quæ ab eis agenda sperantur, conventionem faciant nec muneribus, alijsvè huiusmodi corrupti, iura ad causas spectan-

84 CONCILIUM

ria producere, & allegare definant. Quod secus ab illis sit factum, irritum decernitur: & si quid semel acceperint, pœnæ restituendi quadruplum subiaceant; si bis, duplo magis multentur; si ter, officijs priventur, & pro rei gravitate alijs etiam afficiantur: Notarij verò si quid simile noverint, Episcopis, eorumvè ludicibus, & Vicarijs annuncient.

§. VIII.

NE à quoquam dona, muneravè similia, quamvis esculenta sint, vel spontè data, vel salarij prætextu accipiant, nec quicquam à litigatoribus, aut ab illis, qui litigaturi sunt credituri, emant, aut eis vendant, aut illorum operas in suos vsus conferant, sub pœna reddendi duplum.

§. IX.

DE excessibus sibi denunciatis quæquam ne accusent, nec reus citetur, nisi delator pro sua facultate cautionem præstiterit desolvendo expensas, & damna in causa, quo crimina denunciata non probaverit: quod si secus fecerint, damna, & expensas huiusmodi Fiscales persolvant. Si verò delictum non probetur, & delator iustam excusationem non ha-



MEXICANUM. § 5.

habeat, expensas solvat, alijsque à iure statutis pœnis subiaceat. Delicta autem cum certis testibus, vel quia publica sunt in vico ubi delinquentes degunt, Fiscalibus annunciata, ipsi inquirant diligenter, etiam si delator cautionem non det, nec causam prosequi velit.

§. X.

NE in Clericum, nisi probatio, aut infamia notoria præcedat, accusationem, denunciationemvè faciât. Quum verò quemquam denunciaverint, iuramento declarent se doli, aut calumniæ id non facere. Quod si quem dolo, aut calumnia accusaverint, idque constiterit, expensas solvant, & arbitrio Iudicis puniantur.

§. XI.

Accusationes in scriptis producant, & quicquid officij sui ratione petierint, neque eorum libellos, & acta aliter Notarij recipiant, sub pondo duorum pœna, à singulis contrafacientibus exigenda, & his, qui in carcere Ecclesiastico detinentur, applicanda.

§. XII.

Licèt citentur in causis de Cappellanorum onere moderando, Fiscales

86 **CONCILIUM**

à Cappellano nihil accipiant ; nec etiã
pro causis, in quibus extracti ab Ecclesijs,
in easdem restitui petatur , quicquam ab
his , qui restituti sunt, accipiant : quæ li-
cèt gratis facere debent Fiscales , nihil-
ominus omni cura , & diligentia præfaras
causas pertractent , sub duorum pondo
pœna.

§. XIII.

Quam in causis Fiscalibus ultra dea-
lictæ pœnam , etiã in expensis
reus condemnabitur ; Fiscalis ex-
pensæ æstimentur , easque iuxta æstima-
tionem reus persolvat , nisi in casibus ab
hac Synodo prohibitis.

§. XIV.

Causas in quibus rei detenti in car-
cere , adhibita cautione, ante sen-
tentiam latam liberari à vinculis permit-
tantur , Fiscales prosequantur , easque
terminari faciant , sub pœna pondo duo-
rum singulis causis : si verò post senten-
tiam latam id contingat , Fiscales procu-
rent , vt forma , & series sententiæ ser-
vetur , ac multæ Cameræ , vel pijs operibus
applicatæ , in depositum dentur. Quod si
in eius rei executione , aliquid , vel negli-
gentiæ , vel culpæ sit , illud sub eadem
pœna Episcopo notum faciant.

§. XV.

MEXICANUM,

37

§. XV.

CAUSIS properè ad partes spectanti-
bus ne se intromittant, nisi Iudi-
cis mandato, vel causis ab hac Synodo
expressis, vt sunt Indorum causæ. Has
verò, & alias sibi ex officio incumbentes
illicite ne differant: quoties verò secus
fecerint, pondo duobus multentur.

§. XVI.

IN causis, in quibus ex officio proce-
ditur, testes contra eos producendos
Iudici dicat, vt ipse quicquid ad exhi-
bendos testes opus fuerit, statim provi-
deat, prout in titulo *de testibus* est depo-
situm.

§. XVII.

PRODUCTIS probationibus, & ratifica-
tionibus testium in causis, in qui-
bus ex officio proceditur; curent Fisca-
les de alijs testibus ratificandis, si qui de-
sunt, omnesque alias diligentias adhi-
beant, prout à iure compererint, sub
pœna duorum pondo quoties id negli-
genter omiserint in causa; cum sola pro-
batione summaria ne concludant, quan-
do testes pro ratificatis haberi non pos-
sunt, quia pœna corporalis securura spe-
ratur, nisi adsit confessio partis.

F 4

§. XVIII.

88 CONCILIUM

§. XVIII.

Quando Iudex, aut Vicarius publicè causas audit, Fiscales semper assistant; quoties absint, pondus unum persolvant: sine Vicarij Iudicis permissu ne discedant, nec quemquam in sui locum substituunt, nec illum, quem ad negotia extra civitatem deputaverint.

§. XIX.

Quid Fiscalis facturus quando capitula contra aliquem porrigantur; titulo *de ordine iudiciorum* dispositum est, quod servari iubetur in causis coram Iudicibus inferioribus ex officio tractatis, & in quibus ab interlocutoria, seu diffinitiva sententia fuerit appellatum, si ipsi inferiores rationem causæ; & acta processus ad Iudices superiores remittant; Fiscales iustitiæ Ecclesiasticæ exequendæ insistant, litemque suscipiant, salariæque iure advocati sibi pertinentia percipiant à parte in expensis condemnata, & non aliter.

§. XX.

Cautè Clericos de adulterio denunci-
cient, Notario Clerico, si sit adhi-
bi-

MEXICANUM: 89

bito, adeoque secreto id fiat, ne ad mariti noticiam perveniat. Accusatio verò contra adulterum solùm detur, & in casibus tantùm ab hac Synodo, titulo *de officio ordinarij, & Vicarij*, expressis, & ut est ad punitionem delicti à iure Canonico, & Concilio Tridentino (x) permiffum. Adulterè nomen supprimatur, quod verbo fuisset expressum in probatione. Notarius fidem faciat, nisi sciente, & consentiente marito, delictum fuerit perpetratum. Tunc enim omnes accusentur, & ut severè puniantur, Fiscales omnem operam præstent: expensas suas iuxta præscriptam taxam, nec aliter quam se subscribentes, percipiant; sub pœna reddendi duplum. (x) Sess. 24. & 25. c. 14.

§. XXI.

CAusas à Iudicibus sibi notificatas; infra tres dies describere in libro suo teneantur, & reos accusare, aut denunciare, ad præscriptum in titulo *de officio ordinarij*. Causæque huiusmodi deinceps prosequantur, ut decretis huius Synodi, sub pœnis in eisdem contentis.

§.XXII.

90 CONCILIUM

§. XXII.

Presente reo infra tres dies querens
lam dare teneantur ; sin minus, eorum
impensis rei alantur.

§. XXIII.

Reliqui inferiores Fiscales, & exco-
cutores Ecclesiarum extra Episco-
palem Curiam residentes, sedulo inqui-
rant, qui sacrum non audiant, aut festa
non colant, aut in Ecclesia irreverenter
assistant, qui publicè peccatis fordidati,
& alijs vitijs in edictis generalibus, & ti-
tulo *de ferijs* expressis, contaminati sint.
Videant etiam si tabernæ, cauponæ, alia-
vè publicæ domus apertis ianuis patent,
in eis que esculenta, & poculenta, festis
diebus dum Missarum solemnia cele-
brantur, divendantur. Si decretis preci-
bus in processionibus decenter incedunt.
Quicquid verò in his omnibus culpæ in-
venerint, Vicarijs nuncient, vt quod si-
bi iniunctum est, exequantur. Ne in his
negligenter se gerant, aut cum aliquo
colludant, aut pecunijs directè, vel in-
directè corrumpi patiantur, nec dona,
aut munera, aliudvè quicquam ab homi-
nibus sui districtus accipiant, sub pœna
red-

MEXICANUM. 91

reddendi in quadruplo: & à Iudicibus arbitrio suo vsque ad privationem officij puniantur.

§. XXIV.

NE Fiscales prædicti, quovis quæsitore colore, cavillationes quærant, vt de rebus levissimis, & nullius momenti denunciationes dent, nec eas Iudices, aut Vicarij admittant: quod si commiserint, tamquam calumniosi accusatores pœnas luant.

LIBRI PRIMI

TITULUS DEZIMUS.

DE OFFICIO NOTARII, ET DE
fide instrumentorum. (y)

§. I.

NOtarij Ecclesiasticorum Tribunalium huius Provinciæ, & tabelliones, qui receptores vocantur, ante ne accipiantur, quàm Episcopis eorumque Iudicibus fidelitatem, & obedientiam iureiurando promittant: itemque iurent, se decretis ab hac Synodo editis obtemperaturos, nec iure salarij quicquam aliud accepturos, quàm quod fuerit taxatione præ-

(y) Guadix, tit. 8 à const. 15. Granat. de offic. Notarij, & fide instrum Milan. 1. tit de Notarijs, & scribis, & 1. fol. 60; cum seqq. & 4. 1. p. tit de foto Episcopali, & 5. tit de Cancellario, & Notarijs, & tit. quæ gratis in Cancellario.

32 CONCILIUM

præfinitum. In loco ad audiendum causas deputato, per tres ante meridiem horas, tresque alias post meridiem saltem assistant, ibique ipsimet per se negotia cum Iudicibus expediant: quoties statutis Curia diebus absint, pondo vno multentur: quòd si ex iusta causa adesse non possint, de ea Iudices certiores faciant.

§. II.

NOtarios, quos Vicarij in casibus suæ iurisdictionis, & commissio- num adhibere debent, ante ab Episcopo examine probentur, iuxta Concilij Tridentini (2) decretum: nec priusquam ab Episcopo inscriptis facultatem deferant, acta vlla recipiant: quòd si receperint, irrita sint, & nulla. Vicarius verò, qui huic decreto non steterit, quoties contraverit, pondo octo multetur, quorum tertia pars nunciatori applicetur, Notariusque inhabilis ad officij executionem efficiatur. Quæ omnia quantum fieri poterit observentur, & vt observari faciant, Episcoporum, Vicariorumque conscientia onerantur.

§. III.

A Prima petitione, & primis actis litis, processum in vnum colligant, eius-

(2) Sess. 22. c.
10. Mex. 1.
c 89. §. 1. &
Compostel.
act. 3. c. 26.

MEXICANUM.

93

Eiusque chartas consuant, & omnia in illis ordinatè disponant, petitionesque cum earum decretis, & quicquid circa eas provisum fuerit, inferant: acta omnia, nulla in charta lacunis interpositis, describant, & intiment; diem quoque, mensem, & annum apponant; & cum opus fuerit, ipsi, & Iudices se subscribant, & rubricis notent. Quæ omnia Notarij quotidie præstent, ne vnus causæ petitiones, & acta, cum alterius petitionibus, & actis involuta confundantur. Processus ordine dispositos semper habeant, & quæ fuerint à Iudicibus decreta, non in exceptorijs codicibus, siue manualibus, sed in ipsis processibus sint inserta. Si quid horum semel prætermiserint, duobus pondo multentur; si bis, duplo magis; & sic deinceps crescente contumacia, pœnæ quoque pecuniariæ accrescant, vsque ad officij suspensionem, quarum multarum tertia pars delatori tribuatur.

§. IV.

NE processum originale, eiusvè transumptum vllatenus litigatoribus tradant, sub pœna trium pondo quoties id fecerint; neque etiam procuratoribus, nisi de mandato Iudicum. Si verò

ne

94 **CONCILIUM**

ne tradatur, Iudices interdicant, eiusque copiam concedi oporteat; Notarij ad Advocatos processum deferant, contentaque in processu ipsi Advocatis legant, ac secum postea reportent. Idque in scripturis originalibus servetur sub eadem pœna.

§. V.

Processus procuratoribus minimè tradantur, nisi chirographo ab eis accepto, & foliorum numero in libro descripto. Quo stante chirographo, à procuratore processus repetendus est; si autem deletum sit, repetatur a Notario, aut damnum solvat, si processus denuò iterum fieri minimè possit; ob latamque petitionem Notarij ne recipiant, nisi allato processu, sub pœna pondo unius. Informatio verò summaria sine testium nominibus, aut chirographo tradi poterit, quæ tribui mandabitur in forma consuetata, hoc est, illius transumptum.

§. VI.

SI litteræ alicuius decreti, aut provisionis in favorem alterius litigantium expeditæ, fuerint amissæ; aliæ similes decreto, aut provisioni conformes, inde, vnde primæ emanarunt, transump-
tas,



MEXICANUM. 95

Etas, eidem litigatori tradant, quod tantum cum mandato Iudicis fiat, alias nullam fidem faciat. Si verò Notarius propria authoritate tradat, pœnam trium pondo incurrat.

§. VII.

NE mandatum executorium cuiusque summarie, nec decretum de immittendo in possessionem, nec mandata sequestri faciendi, pignora capiendi brachij sæcularis auxilium implorandi, sollicitatori, tabellioni, aut vlli cuiquam tradant; sed parti potenti, aut nostro executori, vel Iudici sæculari, in casibus per hæc decreta concessis: nec illi mandata huiusmodi scribant, sub pœna quatuor pondo ab utroque incurrenda, si semel perpetratum id fuerit; si verò bis, dupli pœna imponatur, & sic deinceps habito respectu pœnæ, vsque ad suspensionem augeantur.

§. VIII.

IN causis fiscalibus, alijsvè quibuscumque, libellos, nec articulos vllatenus recipiant, nisi à parte, vel à Iuriconsulto cognito subscripti sint, nec petitionem conclusionis in causa, nec vllam aliam, quæ negotium principale tangat, nisi sit

pe-

96 CONCILIUM

petitio termini, processusvè, aut actorum iudicij sub pœna vnus pondo, & damnum persolvant.

§. IX.

(a) C6c. Milan 3. f. 603. verb. Causæ quæ, & est lex regia 19 tit. 9. lib. 3. Recopil.

IN causis (a) decem pondo *de Tipuzæ* que non excedentibus sine processu, & figura iudicij procedatur; ac veritate summarie comperta, Iudices ad persolvendam debitores coerceant. Si quis à debitore receperit, quod sibi non debebatur, illud cum duplo reddat. Ijs verò in casibus petitio, condemnatio, aut absolutio in scriptum tantùm referantur, ne libelli admittantur, nec pro hac scriptura ultra duorum regalium mercedem Notarij exigere possint.

§. X.

Litteras Apostolicas, mandata, aliasvè quascumque originales scripturas à litigatoribus productas, & sententias Notarij apud se retineant; ac tantùm exempla cum originalibus collata in processu habeant, sub pœna vnus pondo, ad damnumque teneantur, casu quo huiusmodi documenta fuerint amissa.

§. XI.

Pro singulis chartis exemplorum, à litigatore scripturas has producente, stipendium exigat Notarius iuxta ta-

MEXICANUM. 97

xationem. Quòd si originales prædicti à parte producente reperantur , adversario non reclamante , productori tradantur, exemplo cum originali collato in processu prius relicto, & adversario etiam citato. Si verò scripturæ de falsitate arguantur, idque iure iurando affirmetur, Notarij unicuique partium, & earum procuratoribus, & Advocatis ostendant, eisque transumptum scripturarum dent cum die, mense, & anno, vt de iure suo allegare possint.

§. XII.

Informationes summarias originales ne tradant, nisi exemplum in publica forma cum originali collatum relinquatur, & prout in titulo *de Probationibus* continetur.

§. XIII.

NOtarij omnes, actorum, scripturarumque per eos receptarum protocollum habeant, acta, aut alia quævis instrumenta, sive iudicialiter, sive extraiudicialiter, in toto, vel in parte recipiant, charta alba, & inscripta remanente; sed omnia statim in scriptis compleant, & ad longum extensè scribant, sub pœna, si id semel commiserint, pondo trium;

98 **CONCILIUM**
si bis, duplum : & sub alijs præterea pœ-
nis Iudicum arbitrio infligendis.

§. XIV.

NE molestijs, aut favoribus litigato-
res impellant, vt illis morem ge-
rendi gratia, procuratores, aut Advoca-
tos, inviti deligant : sin minus pro quali-
tate delicti puniantur.

§. XV.

Sententias vsquequò proferantur, ne
revelent : eas ipsi propria manū
scribant : si contrà, à Iudicibus punian-
tur.

§. XVI.

TAm pro petitionibus, instrumentis,
processibus, & probationibus,
quàm pro scripturis, quæ ab eis confectæ,
vel coram eis productæ sunt, quicumque
aliud non accipiant, ultra id quod Iudi-
ce, vel à persona ad id deputata præfina-
tum sit, aut iuxta huius Synodi taxam
extimatum : & in actis, quod pro merce-
de acceperint conscribant, fidemque fa-
ciant, præsentem eo, qui persolvit, litiga-
tore, qui se subscribat; ipso verò nescien-
te subscriptionem facere, id eius procu-
rator præstet, sub pœna reddendi qua-
draj

MEXICANUM. 99

druplum, si semel secus fecerint: si bis, duplo multentur; ac multæ pars tertia nunciatori applicetur.

§. XVII.

NOtarij, circa dimissoriarum, seu testimonialium litterarum mercedem, sacri Concilij Tridentini (b) decretum servent. Sed quia ubi pro officio exercendo, nullum sibi est ab Episcopo salarium constitutum; idem Concilium (c) decimam tantum unius aurei partem accipiendi facultatem tribuit; hæc Synodus arbitratur, ut ratione huius decimæ partis, quatuor tomnes tantum in hac Provincia accipiant: si quid amplius, teneri in conscientia ad restitutionem decernit: præterea pœnis à iure statutis iuxta prædictum decretum punientur.

(b) Sess. 22
cap. 1.

(c) Concil.
Compof. 28.
3 c. 8. Mila-
nen. 3 f. 603.
verb. pro sin-
gul. & 4. tit.
de Benefic.
Collation. ac
provisione,
fol. 64. verb.
ut avaritiæ,
& Concil.
Vallifoleran-
lib. 1. tit. 5.
const. 3. fol.
49.

§. XVIII.

EXecutioni pœnarum, & pœnitentiarum solemnium ex delicto, Notarij principales, unâ cum executore Tribunalis Ecclesiastici præsentibus inter sint; ipsique, aut Parochi, in eorum præsentia, in Ecclesijs ubi huiusmodi fit executio, eius causam, & rationem populo denuncient, iuxta seriem sententiæ contra reos



100 CONCILIUM

Latæ , nec quemquam ad id in sui locum
substituant:quòd si semel contra fecerint;
pondo vno multentur ; si bis, duplo ma-
gis ; si ter , vsque ad privationem officij
arbitrio Iudicam pœna accrescat.

§. XIX.

(d)Lex regia
17 tit. 20.
lib. 10. Rec.

Nihil mercedis (d) pro custodiendis;
ordine disponendis , quærendisvè
processibus accipiant , aut eorum minis-
tros accipere permittant , sub pœna red-
dendi duplum , cuius tertia pars delato-
ri tribuatur , nisi processus, aut finiri iam
sint , aut adeò ab antiquo pendeant , vt
Iudicis arbitrio pro illis inveniendis
quicquam mercedis constituatur.

§. XX.

Pro scripturis , quæ in vulgarem lin-
guam transferentur, si pro ipsis an-
teâ stipendia soluta sunt , quamvis cum
interpretis iuramento denuò producun-
tur, nihil quicquam salarij accipiant, im-
mò ad effectum huiusmodi vtraque scrip-
tura , tempore productionis , & execu-
tionis vnà tantum sentiatur , sub pœna
quadrupli , cuius tertia pars nun-
ciatori applice-
tur.

MEXICANUM 107

§. XXI.

Notarij, quando scripturas ab ipsis confectas, signo suo munitas tradiderint, earum protocollum cum subscriptione partis apud se retineant, qua in re omnes seruent, quod Notarijs Regijs præceptum est, sub pœnis eisdem impositis, iuxta horum Regnorum leges, (e) protocollumque habeant annorum, ordine, & alphabeto distinctum, vt solent Notarij, sub pœna pondo viginti.

(e) Lex reg.
12. cum sequi
tit. 25. lib. 4.
Recopil.

§. XXII.

SI apud Notarios Ecclesiasticæ Curia incepta aliqua in visitatione negotia expediantur; exigant etiam visitatoris, & eius Notarij salaria, eisque intra diem; statim à reditu visitationis, persolvant, sub pœna dupli.

§. XXIII.

In negotijs, quæ à Vicarijs ad officiales deferuntur, Notarij in testimonialibus delationis, lrigatoribus concessis, taxationem expensarum describant, Vicarijs prædictis, eorumque Notarijs debitarum.



104 CONCILIUM

cialibus iniuncta sint: etiam ex comissionē
ne Vicariorum denunciations nullatenus
faciant, nec ab eis factæ admittantur.
Ipsi, aut alij per eos, in quacumque cau-
sa delatores esse non possint, probatio-
nes per eos factas, ante publicationem,
directè, vel indirectè, ne revelent; & si
in aliquo, huic decreto contravenerint,
pro semestri suspendantur: si bis, officio
priventur. Quando verò Visitatores ex-
tra, vel intra Cathedralē Ecclesiam vi-
sitaverint, receptores huiusmodi officium
Notarij vicissim exercere poterunt, ab
antiquiori incipiendo, nisi aliud Episco-
po videbitur. Eo tamen anno, quo offi-
cium hoc obierint, ratione salarij illud
accipiant, quod solent Notarij Visitato-
res, itidemque quod iuxta taxam sibi
constitutum est. Processus visitationis co-
ram eis confecti, cum primùm termina-
ti sint, Visitatoribus tradant, à quibus
iuxta ordinem titulo *de Visitationibus*
præscriptum, custodiantur. Notarij, &
Receptores, non solum ipsi per se, quan-
do sibi commissum fuerit, testes exami-
nent; sed etiam eorum dicta propria ma-
nu scribant; neque id per suos ministros,
aut coram eis faciant: quæ postquam
scripta sint, vsque ad publicationem clau-
sa

MEXICANUM. 105

ſa aſſervent. Si verò ipſi, abſentia, ſine-
tute, ægritudine, aut alias legitimè impe-
diantur, quominùs ſcribere poſſint; alius
ex Notarijs, vel Receptoribus à Iudice
cauſæ ad id deligatur, & depòtetur, ipſiſ
inter ſe circa ſua ſalaria convenientibus;
huiuſmodi autem dicta teſtium, ſic ſcrip-
ta Notario originario tradantur, vt ea ad
ſuprà ſcriptam formam cuſtodiat. Quòd
ſi id adimplere ſemel negligentia omiſe-
rit, pœna trium pondo ſubiaceat; ſi bis,
pondo ſex, & ſuſpenſionis per dies quin-
decim; ſi ter, pondo duodecim, ac ſuſ-
penſionis per bimēſtre.

§. XXX.

R eceptor aliquò ad probationem
recipiendum iturus, priùs ne mit-
tatur, quàm ante Notarium iuret, ſe be-
nè, & fidelitè acturum, & æquitatem in
ea commiſſione parti vtrique ſervaturum,
nihilque præter ſalarium, & quod
ſibi taxa conſtitutum eſt, accepturum, ad
idque moram tēporis opportunam tan-
tùm in ſumpturum, etiam ſi à tempore
cauſæ præſinito aliquod ſuperſit. Quod
re ipſa adimpleat, nec à litigatoribus
quicquam, etiam eſculentum accipiat, aut
ad eorum domus hoſpitij cauſa divertat:
ſi

106 CONCILIUM

si contravenerit, ultra periurij pœnam,
duplum restituat.

§. XXXI.

Pro recipiendis testibus intra civitates, vbi Curia Ecclesiastica residet, salarium ne accipiant, nisi talis causa sit, aut tot articuli, de quibus interrogandi sunt testes, vt in his laboriosissimam operam impendant: quo in casu, à Iudicibus pro laboris merito æstimetur, nihilque aliud exigant, quàm quod fuerit æstimatum, ac emolumenta sibi præfinita ex taxa, sub pœna reddendi duplum: æstimatio verò huiusmodi iuxta taxam fiat, quæ de hac re Notarijs est constituta.

§. XXXII.

(h) Lex reg.
10. tit 20
lib. 2. Recop.

Receptores, (h) aut Notarij, quum salaria à litigatoribus petierint, manifestè declarent quid sibi ab illis debeatur; nec pecunias aliquas postulent in partem plenariæ solutionis, aliàs graviter vsque ad suspensionem puniantur.

§. XXXIII.

Notarij, Receptoresvè mandatum, aut testis depositionem per notas sub compendio ne suscipiant. Nec hæc post-

MEXICANUM. 107

postquam testis semel fuerit examinatus, eius dictum extendant, sub pœna annuæ suspensionis ab officio, si id primò commiserint; si verò bis deliquerint, officio priventur.

§. XXXIV.

Notarij, aut eorum ministri, necnon Receptores, dona vlla, pecunias vè, aut gemmas, aut esculenta à litigatoribus ne accipiant, nec eorum, aut consanguineorum domus adeant hospitiij causa, nec eorum convictores sint. Si quid verò huiusmodi acceperint, in duplo reddant; eaque sit ad hoc sufficiens probatio, quæ ex constitutione legum (i) huius Regni recepta est.

§. XXXV.

Excommunicationum (k) litteras sine consensu Episcopi, aut ab eo expressam authoritatem habentis, Notarij signo suo ne communiant, aut se illis subscribant, sub pœna pondo decem expensis pro administratione iustitiæ, nunciatori, & pauperibus distribuendorum. Quando autem facultate (vt dictum est) præcedente, secundas denunciatorias dederint, primas monitorias recuperent; quando verò tertias contra participantes

(i) Lex reg.
6. tit. 9. lib.
3. & l. 7. tit.
2. lib. 7. Rec.
(k) Mex. 1.
c. 5. Granat.
tit. de iententia
excommunication.
n. 10.



108 CONCILIUM

expedierint , primæ , & secundæ similitèr apud se remaneant. Is porrò ordo seruetur in omnibus alijs litteris expediendis ; quarum nullæ apud litigatores remaneant , nisi aliud Episcopo videbitur , sub pœna quatuor pondo auri communis , sumptibus pro administranda iustitia applicandorum. Huiusmodi autem litteræ ad præscriptam ab hac Synodo formam expediantur.

§. XXXVI.

Quod ut executioni mandetur , post præsentium decretorum publicationem litteræ prædictæ impressæ evulgentur , eæque solum expediantur : ut autem registrum ordinarum diligentèr conficiatur , multisvè incommodis obviam fiat , quæ alias oriri possint ; Notarius , seu Secretarius ad id deputatus , omnes ad ordines promotos in registro scribat , in quo ordinarum nomina , parentes , oppidum , Diœcesim , Ecclesiam , ubi ordines celebrati sunt ; titulos præter ea , ad quos fuere promoti , cum testibus , die , mense , & anno describat , ipseque , & examinatores se subscribant. Hoc itidem registrum in archivo Cathedralis Ecclesiæ cum alijs eiusdem scripturis asserventur ; nullæque deinceps testimoniales lit-

MEXICANUM. 109

ferre dentur, nisi ab huiusmodi registro, ut præfertur subscripto, exemplum desumatur, sub pœna minarum pondoduum, quæ fabricæ Cathedralis, & accusatori æquè applicentur.

§. XXXVII.

Notarij omnes, tam Ordinarij, quàm Apostolici, ad mandata aliqua intimanda, seu ad publicandum censuras excommunicationis, interdicti, aut cessationis à divinis, à litigatoribus, vel à Iudice requisiti, prout eis iussum fuerit, id exequantur in calce mandati, intimatione, & publicatione cum testibus, necnon eorum subscriptione appositis. Quod si actorum huiusmodi sumptum petatur, illum dent totius ratione negotij, ac responsione in eo descriptis. Si secus fecerint, graviter usque ad suspensionem, & privationem officij, pœnas dabunt. Prædicta verò prædicatio è suggesto, seu alio commodiori loco, ut ab omnibus ibi præsentibus audiatur, inter Missarum solemniam tempore offertorij in Ecclesia fiat.

§. XXXVIII.

Si quis alteri in officio Notarij succedat, ei à prædecessore protocolla, registraque omnia scripturarum, & negotio-

110

CONCILIUM

tiorum, quæ apud se retinebat, adhibito inventario, in Episcopali archivo reponendo, tradantur: idque ita facturos esse, quum ad officium recipiuntur Notarij, iure iurando se adstringant. Secretarij tamen Episcopi eo nomine ab eis confecta scripturarum registra successori ne dent, sed in archivo Episcopali recondant.

LIBRI PRIMI

TITULUS VNDECIMUS.

DE OFFICIO EXECUTORIS

iuslitie. (1)

(1) Latè Synod Granat. D. Pet Guerzéro, ut de offic. executoris iussit.

decretorum

§. I.

ECclesiastici executores, nisi de mandato Episcopi, aut eius officialis, quemquam in Sacro Ordine constitutum ne capiant; si tale delictum non fuerit, ob quod iuxta iuris, & huius Synodi ~~decre-~~ ~~ta~~ formam infraganti capi possit. Notu totam civitatem, seu oppidum accurate perlustrant, explorentque, si qui Clerici vestiti indecenti vagantur, si arma gestant, aut musica instrumenta deferunt, si suspectas domos ingrediuntur. Quod si quemquam in aliquo horum crimine de-

de;

MEXICANUM. 214

deprehenderint; armis huiusmodi, instrumentis musicis, & indecenti vestitu sublatis, eum carcere includant. Si ipsa in die luce hæc evenerint, ante ingressum carceris ad officiales Episcopi captus deferatur. Si verò noctu, sequenti die officialibus id notum fiat, ut reus convenienti carceris custodia detineatur.

§. II.

QUOD adeò cautè, & absque scandalo fiat, ne inde infamia oriatur; vinculis sine mandato Iudicis non ligetur, sub pœna pondo sex, quorum tertia pars accusatori, reliquæ sumptibus pro administratione iustitiæ tribuantur. At si Clerici non capiantur, vi resistent, Iudicis arbitrio gravitèr pœnas luant: si autem executores huiusmodi eorum crimina dissimulaverint, officiorum inhabiles reddantur.

§. III.

SI quoquàm diverterint alicuius executionis faciendæ causa, ratione eius solitum emolumentum accipiant; si pro diebus singulis aliquod salarium eis constitutum non sit. In commissiõibus verò sibi factis, salarium, ac tempus præsumantur, atque exprimentur. In actis

117 CONCILIUM

autem , cum sua, & litigatoris suscriptione , si sciat scribere : si verò nesciat , cum Parochi, aut eo absente, sacristæ subscriptione scribant quicquid de re ipsa acciperint : si secùs fecerint, eius quod acciperunt iacturam faciant , quavis se recepisse negent ; si verò quid ampliùs acciperint , cum quadruplo reddant.

§. IV.

EXecutores quicumque , officij causa aliquò proficiscentes , etiam si varias executiones , & in diversis locis faciant , nihil ampliùs salarij ex adita , & redditu percipiant, quàm quod pro itinere vnus executionis debetur , idque pro rata in singulas executiones distribuant. Quod vt constare possit, in actis afferant, fidem distributionis per eos factæ , & apothecarum salarij iuxta supra scriptam formam. Si verò iustum salarium excesserint , id vt cum pœna persolvant , Iudex percipiat , & contra facientem quadruplum solvere coerceat.

§. V.

Mandata capiendi, & execuendi, & alia faciendi , quæ ad suum spectant officium, diligentèr adimpleant, parti-

MEXICANUM. 113

abus contra quas data sunt, nequaquam nunciantes, neque in aliquo excedant ipsa adimplentes, aliter enim pro qualitate excessus, arbitrio Iudicis punientur.

§. VI.

EXecutores Ecclesiastici ad iustitiæ executionem executores sæculares comites sibi non adiungant, etiam sub prætextu capiendi sæcularem Clerici complicem, nisi ad id expressam inscriptis mandatum à Iudicibus præscriptum præcedat: nec cum sæcularibus executoribus huiusmodi, Clericorum domos ingrediantur, aut inquirent. Si secus fecerint, Iudicum arbitrio severè plectantur.

§. VII.

NE dona, aut munera accipiant, nevé quos comprehenderit, aut comprehendere desiverint, vexent, aut molestent, neque ob aliquam aliam causam quæstum aliquem iniuria extorqueant: si minus, Iudices arbitrio suo, usque ad privationem officij, pro qualitate culpæ, de eis pœnas summant.

§. VIII.

IRe itidem teneantur ad refringendum mandata auxilij brachij sæcularis, à Iudicibus, & officialibus data, ad

114

CONCILIUM

eaque exequi faciendum, vnâ cum execu-
tore sæculari.

§. IX.

QUando ad hoc munus, recipiuntur,
iurent de eo benè , fidelitèrque
obeundo, & de observandis, quan-
tum in se est , decretis ab hac Synodo
constitutis.

LIBRI PRIMI

TITULUS XII.

DE OFFICIO CUSTODIS ; ET
custodia reorum. (m)

(m) Lat. Gra-
nat. Synod. vt
suprà, tit. de
officio custo-
dis, & custo-
dia reorum.

§. I.

CUSTOS carcerum Ecclesiasticorum
diligentèr curet , vt in ois hora
competenti , & decenti loco, Dominicis,
& festis Missa celebretur , quam omnes
audiant; ad idque officialis Episcopi Cap-
pellanum arbitrato suo deligat , cui ex
multis Camerae congrua eleemosyna
constituatur. Custos verò Sacerdotales
vestes in arca nitidas asservet.

§. II.

FÆminæ in carcere separatae à viris
sint , adeò, vt cum ullis conestium
non

MEXICANUM. 115
non habeant. Si quem verò in hoc custos
excesisse repererit, vinculis coerceat.

§. III.

A Rma offensiva, vel defensiva captis
non permittat: si quis habeat, eo-
rum iacturam faciat, & in usum paupe-
rum carceris divendantur. Quòd si, negli-
genter in hoc custos egerit, pro ratione
culpæ punietur.

§. IV.

C Arcerem clausum, & mundum à
spurcitijs teneat, & detentos in
carcere diligentè, quantum fieri poterit,
custodiat. Eò ingredi mulieres ne per-
mittat, nisi mater, soror, vxorvè alicuius
vincti sint: eæ autem in eius cubicula ne
intrent, sed cum eo extra cancellos fer-
reos colloquantur, nisi ægritudine, im-
pedimentovè teneretur, quominùs ad
cancellos huiusmodi descendere posset.
Nocte in carcere sæminæ ne remaneant,
nisi de officialis Episcopi licentia, gravi
urgente necessitate, sub pœna duorum
pondo quoties fecus fecerint. Custos verò
si semel mulier noctu in carcere dormiat,
tribus pondo mulctetur; si bis, pondo sex:
si ter, officio privetur. Itidemque hi qui
carcere iacclusi sunt, si decretum huiusmo-

TIT⁶ CONCILIUM

di semel violaverint , quatuor pondo : si bis, octo persolvant : si ter, strictiori carcere inclusi vinculis coerceantur.

§. V.

AD dies visitationi carceris in dictos custos ita se præparet, vt Camera in loco carceris magis publico sitam sternat, sella, mensaque vna, & scamnis paratam. Iudicem præterea eorum, qui iam diù, vel nuper in carcere detinentur, Iudici offerat, vt iuxta iudicem huiusmodi singulos ad se Iudex vocet. Si quis verò se se occultaverit, eum Notarij Iudici manifestent.

§. VI.

SI quis se in carcere constituat, vel comprehensus includatur; custos in libro describat, hanc sibi in custodiam tradi, & cuius rei causa, & ad cuius instantiam captus sit, notet: itidemque efficiat, si quis dum iam captus detinetur, sequestratus fuerit, quibus custos se describat, sub pœna pondo vnus cum dimidio, quoties in hoc negligentè egerit.

§. VII.

NE à captis dona, muneravè accipiat, neque eos vinculis iniuste coer-



MEXICANUM. 117

coerceat, nec à vinculis magis, minusve solvat, quàm mandato Iudicum sibi iniunctum sit: neque eis directè, aut indirectè molestias inferat, quas pecunijs, alijsve rebus redimant, sub pœna restituendi quadruplum, si quid sic iniuste extorserit, idque iuxta legum (n) horum Regnorum formulam probetur.

(n) Lex reg:
7. tit. 2. lib.
7. Recopil.

§. VIII.

Capti, qui à carcere liberari iubentur, pro salarijs, aut expensis ministrorum ne detineantur, si ipsi pauperes esse iuraverint, & Iudices ita aestimaverint; statimque dimittantur, nisi alijs de causis fuerint retenti: neque ab eis carceris custodes pignora capiant, sibi obligari faciant, aut fideiussores dari compellant, neque eos pro stipendijs huiusmodi vllatenus vexent, sub pœna pondotrium, quoties contrà fecerint: (o) idque servetur, etiam si ob crimina in carcere coniecti fuerint, de quibus Iudex, die visitationi carceris in dicto, inquirat.

(o) Lex reg:
20. & 21. tit.
12. lib. 1. Recopil.

§. IX.

IN publico carceris loco index aestimationis stipendiorum, quæ custodes à captis exigere debent, ubi commodè

118 CONCILIUM

ab omnibus legi possint, clarè, ac perspicuè conscriptus collocetur : idque omnimodò, sub pœna pondo sex, custodes adimpleant.

§. X.

Carceris vincula omnia diligenter custos asservet, & quum vnus obierit, inventario per antiquiorem Curia Notarium confecto, ea recipiat, eodemque etiam interveniente, cum munus peregerit, restituat. Fideijussores idoneos, spectataque fide probatos custos det, cum quibus ipse promittat se officio suo fideliter, & accuratè functurum : & si quid damni. carceri, vinculis, comprehensivè evenerit, reparaturum, aut si ratione officij in aliqua pecuniarem summa fuerit condemnatus, eam per soluturum. Ad hoc etiam, (p) & ad decreta huius Synodi servanda, iure iurando se obstringat. Interdicit quoque hæc Synodus, ne custos carceris, aut alius ex eius familia, captis aleas det, vt ab eis strenas, aliudvè simile exigat : si verò secus fecerit, vsque ad privationem officij, prout delictum postulerit, contra eum procedetur,

§. XI.

Admonentur præterea officiales, & Vicarij omnes, vt cum die Sabba-
ra

(p) Conson.
Milan. i. tit.
de carceris
custodibus.



MEXICANUM. 119

to carcerem visitaverint, de hoc decreto contentis diligentè inquirent, quodque custos cum vincētis agat, & ad hoc potissimum incumbant, vt ad Dei cultum, & honorem muneri suo satisfaciant.

LIBRI PRIM I

TITULUS XIII.

DE MAIORITATE, ET
obedientia.

§. I.

VT pace, & tranquillitate concordēs Ecclesiastici viri vnum opus consentent, nullisque desidijs inter se contendunt; vnicuique iuxta eam, qua eminent, dignitatem, aut iuxta munus, quo fungitur, honorem, locum, sedemque constitui maximè necessarium est, eam ob causam Sacrosanctum Tridentinum (q) Concilium de Episcopis in hunc modum decernit: Episcopis (r) præterea, vbique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par est, eique in choro & in capitulo, in processionibus, & alijs actibus publicis sit prima sedes, & locus quem ipsi elegerint, & præcipua omnium rerum agenda- rum autoritas. Qui si aliquid Canonice

(q) Sess. 25.

c. 6

(r) Conc Pro

vinc de Qui-

roga, act. 3.

c. 19.



120 CONCILIUM

ad deliberandum proponant, neque de re ad suum, vel suorum commodum spectante agatur; Episcopi ipsi capitulum convocent, vota exquirant, & iuxta ea concludant. Neque verò ob id à Concilio præbendatis, & capitularibus quicquam de sua dignitate detrahitur, aut de his facultatibus, quæ sibi de iure, & consuetudine competunt, & non adversantur Tridentino Concilio. Quò verò ad ea, quæ in capitulis Cathedralium decernenda sunt, recta, vnanimisque sit omnium conspiratio; iubet hæc Synodus, ut quum Episcopus, Decanusvè, aut is qui præesse debet, capitulum ad extraordinaria negotia convocaverit; in scheda vocationis, etiam ea capita contineantur, de quibus deliberandum est, quæ capita etiam ad Episcopum deferantur, nisi de re Episcopo, sive alicui ex Episcopi familiaribus competenti agendum erit. Tunc enim solùm capitulares convocandi sunt, & ad præscriptum huius decreti instruendi.

§. II.

Quoniam in frequenti congregatione, ubi Ecclesiastici, Sæculares, & Regulares conveniunt, nisi aliquis præsideat, cuius autoritate omnes in
olli-

MEXICANUM. 121

officio contineantur, dissidiorum, ac tumultuum posset occasio suboriri; sacrosancto Tridentino (f) Concilio hæc Synodus inhærens præcipit, ut quando in processionibus publicis, & in his quæ fiunt in tumultandis defunctorum corporibus, de quavis præcedentia controversiæ oriuntur, eas Episcopus (amota omni appellatione) componat, non obstantibus quibuscumque, prout eiusdem Concilij (r) decreto, & constitutione sanctæ memoriæ Gregorij XIII. hac de re editis, cautum est.

(f) Sess. 25.
c. 13.(r) Sess. 25.
c. 13.

§. III.

Statuit præterea, ac mandat hæc Synodus, ne ullus Clericus cuiuscumque conditionis, Baccalaureum, Licentiatum, Magistrum, Doctoremvè in aliqua facultate se nominet, aut suscribat in his locis ubi de eius gradu constare non potest, nisi prius Episcopo litteras testimoniales gradus huiusmodi ostendat, sub pœna pondo centum aurei, pijs operibus, iustitiæ sumptibus, & accusatori æquè applicandorum; pœnis contra hos à lege (v) Regni statutis in suo robore, & firmitate permanentibus.

(v) Lex reg.
tit 7. lib Re-
copil.

[122]

CONCILIIUM
LIBRI SECUNDI
TITULUS PRIMUS.

(x) Ex Grana-
nat. Synod.
tit. de Ordine
iudicior.

De Ordine Iudiciorum. (x)

§. I.

IN locis ad audiendum causas deputatis, silentium, ordo, & obedientia seruetur; in sedibus, & provisionibus ratione antiquitatis officij Notarijs, & Procuratoribus honor deferatur, ac inter omnes summa sit cum modestia consensus. Quòd si minus fecerint, Iudicum arbitrio molentur, & vsque ad suspensionem, & privationem officij puniantur.

§. II.

(y) Estilo vni-
forme de todos los Tri-
bunales.

NULLUS (y) Curiaë minister, litigator, aliusvè quicumque intra aulam, quo tempore audientia celebratur, arma quacumque secum habeat: & vt hoc seruetur, opportuno adhibito remedio, Iudex accuratè invigilet.

§. III.

ADvocatus, & Procurator deputantur, qui miserabilium personarum cau-



MEXICANUM. 123

causas defendant, & salarium quod sibi fuerit ab Episcopo constitutum, ex Camera percipiant. Hi verò illorum causas, quos vt pauperes, in eorum patrocinium Iudices tradiderunt, gratis defendere teneantur, nec ab eis quicquam accipiant, eorumvè operas ad suos vsus conterant, sub pœna reddendi duplum, cuius multæ dimidia pars miserabilibus personis applicetur. Admonetur etiam, vt in his pauperum causis accuratè studeant, & pro brevi earum expeditione laborent, cum omni charitatis, & mansuetudinis affectu, ne pauperes ius suum amittant. Quòd si opus fuerit Iudices verbo, aut scripto instruere, id præstent; si verò, ex eorum negligentia pauperibus damnum importetur, restituendi illud pœnæ subiaceant.

§. IV.

IN causis minorum, si ex eorum aspectu talis esse appareat, ipsis præsentibus, siuè adsint, siuè absint, cum speciali ad id mandato Curatores deputentur, qui iurent seminorum suorum causas defensores, omni diligentia, & consilio adhibitis. Confessio verò à minori ne petatur, nisi antequam præincipiat, curator præsens sit, aliter confessio invalida sit.

§. V.



§. V.

Publica instrumenta, & ea quæ *quæ* *rehtigia* dicuntur, & chirographa recognita, etiam non præcedente mandato, aut monitorio, executori mandentur, serventurque stylus, & forma sæcularium

(2) Lex 1. 2. Tribunalium, ac leges regię (2) de hoc & 3. tit. 21. sancitæ, tam quoad executionem, terminos, præconia, & fideiussores, quam quoad alia. Clericus autem, in quem executio facta est, carcere sit inclusus, donec tanquam pauper gaudere velit privilegio in favorem status Ecclesiastici à Gregorio Papa IX. concessõ in Decretali, quæ incipit: *Odoardus*. (a) Quam Papæ constitutionem Iudices, & officiales inviolabiliter observent, & adimpleant. Quando autem creditores chirographa, aliasvè privatas scripturas obtulerint, vt recognoscantur, Iudices id fieri mandent: quod si debitores Clerici id non fecerint; duabus, & non minus, nec aliter, nisi in proprias eorum personas contumacijs incusatis, chirographa, & instrumenta privata huiusmodi pro recognitis habeantur, & tanquam recognita executioni mandentur, servato ordine præmissõ in publicis instrumentis, quæ promptam habent executionem.

§. VI.

(2) Lex 1. 2.
& 3. tit. 21.
lib. 4. Recop.

(a) Cap. *Odo-*
ardus, de solu-
tionibus. Syn-
nodus de Of-
ma, tit. 34.
conf. 1. §. 5.
fol. 186. &
Syn. de Va-
lladolid, lib
3. tit. 8. conf.
1.

MEXICANUM: (125)

§. VI.

Qualibet declinatoria exceptio, aut incompetentiæ iurisdictionis, intra novem dies opponatur, à sine præfixi termini computandos, aut parte præfente à die, qua intimata fuerit citatio: quo termino elapso declinatoria huiusmodi exceptio allegata non fit, restitutio in integrum adversus eius temporis lapsum non concedatur, & si in alijs casibus concedenda esset: pro termino autem ad probandum viginti dies præscribuntur: quòd si exceptio declinatoria probatur, causæ principalis cognitio cesset, fin minus, in expensis, & damnis pro retardatione litis alteri parti illatis condemnatur; quæ statim solvere à Iudice reus compellatur. Si verò intra prædictum tempus pars non declinaverit, lis contestetur, reconventiones fiant, eisque intra terminum respondeatur, iuxta legum (b) Regni dispositionem, quarum usus, & observantia, quo ad hoc præcipitur. Brevisiori verò in termino definire, in potestate Iudicum fit, si ob iustas aliquas causas id fieri debere sibi videatur. Idem præcipitur observare in clarè, & apertè positionibus respondendo, iuxta leges (c) Regni circa hoc disponentes.

(b) Lex 1. &
2. tit. 5. lib. 4.
Recop.

(c) Lex 1. &
2. tit. 7. lib. 4.
Recop.

§. VII.

§. VII.

(d) Concil.
Mex. 1 c 83.
& Synod. de
Quir. const
112.

FInem (d) litibus cupiens hæc Synodus imponi, ne partes ultra modum grauentur dilationibus, & expensis; statuit, ac sancit, vt Ecclesiastici Iudices huius Provinciae, siuè Ordinarij, siuè speciali Episcopi commissione delegati, in causis leuibus, & parvi momenti nullos libellos admittant. In his verò, quæ maioris fuerint momenti, duo tantùm ab utroque litigatore libelli producantur, vsque ad primam conclusionem, & articulos ad probationes faciendas. Post publicationem verò à singulis litigatoribus produci, nisi vnus tantùm libellus non possit. Quòd si de facto plures quàm hoc decreto sancitum est, producantur, aut recipiantur; ij nulli decernantur, omnisque probatio eorum virtute facta invalida sit, nec fidem villo modo faciat. Qui libelli subscripti, signatique sint, ab Advocato probato, & gradu insignito, vel ab eadem parte, nec alitèr admittantur, nisi causæ qualitas Iudicis arbitrio aliud postulaverit. Si verò aliqua declinatoria exceptio opponatur, intra octo dies continuè à die oppositionis numerandos, probari debeat; ne parti ad probandum terminus

pro-



MEXICANUM. 127

prorogetur. Conclufa verò caufa ad pronun-
ciandum interlocutoriè dies ſex , ad
ferendam verò definitivam ſententiam
dies decem præſcribuntur, quibus elapſis,
ſi Iudices contrà fecerint; expenſas hac de
cauſa factas à die elapſi termini , vſque
ad ſententiarum huiusmodi pronuncia-
tionem , in duplo reddant.

§. VIII.

CUm partes ad ſuas probationes fa-
ciendas admiſſæ fuerint , ſi proba-
tiones non fecerint , neque litteras, quas
vocant receptorias extraxerint , & altera
pars ob non factam diligentiam à parte
adverſa, nec ab eadem litteras huiusmo-
di extractas petierit; terminum pro dene-
gato haberi ; & cauſam pro conclufa , &
definiendam eſſe ; altera pars citari man-
detur, & contumacijs incuſatis, providea-
tur , quòd ad tertiam diem receptorias
extrahat; ſi autem illas non extraxerit, ha-
beat cauſa pro conclufa , etiam termi-
no ad probandum nondum elapſo, vt hac
ratione lites breviùs expediantur.

§. IX.

QUando vna ex partibus litiganti-
bus factam probationem produ-
xerit , & ea non obſtante, pars al-



28 CONCILIUM

tera in causa concludi petierit ; pars probationem producens citetur, & super hoc articulo contumaciae inculsetur, & concludatur, antequam conclusio ultima fiat in causa : quod verò secus actum fuerit, sit in se nullum.

§. X.

SI publicatio petatur, & hæc eo quòd terminus duret, ab altera parte contradicatur, ad excusandum actorum examen, & alias de hoc dilationes ; præcipitur Iudicibus, vt sub conditione, si terminus elapsus sit, publicationem fieri provideant : quòd si terminus adhuc duraverit, declarent quòd duret, quod sic iubeant, quamvis decretum conditionale sit.

§. XI.

ELapso termino ad probandum, si probatione facta, publicationem fieri postuletur, aut probatione non facta, causam haberi pro conclusa petatur ; parte adversa citata, & non contradicente, contumaciaque inculsata, sine vlla alia dilatione causa pro conclusa haberi mandetur : si verò pars contradixerit, cognita a Iudicibus contradictionis causa, & actis, quod iustitiæ fuerit decernant.

§. XII

MEXICANUM 129

§. XII.

QUando capitula contra aliquam huius Provinciae personam datur, Fiscali tradantur. Quae si subscripta non sint, & à quo exhibita fuerint ignoretur, in eisque testes designati sint, ac in eis contenta adeò gravia provideantur, ut eorum remedium ad Dei cultum, & bonum commune spectet, factis prius de hac re certioribus Episcopis, seu Episcoporum officialibus, Fiscalis capitula huiusmodi prosequatur. Quòd si constet quis capitula obtulerit, praestitis idoneis fideijussoribus, promittat ille, qui ea dedit, expensas hac de causa faciendas, si capitula minimè probentur, per soluturum: itidemque puniatur, prout accusator calumniosus de iure venit puniendus.

§. XIII.

IN his qui matrimonio coniuncti, conjugalem vitam non ducere denunciabuntur, parochi testimonium in probationem admittatur, quatenus ad matrimonium, & non cohabitationem: & sic comparere praecipiantur, & de hoc interrogentur. Quòd si negaverint, Fiscalis citeatur, qui quatenus, opus fuerit, amplio-

130 **CONCILIUM**

plio rem faciat probationem, & ratificatis
testibus, prout iuris sit, in causa decerna-
tur.

§. XIV.

IN causis criminalibus binarum nup-
tiarum, vivente primo coniuge, rei
inclusi carcere teneantur, dum lis agitur,
eosque sic detineri Iudices procurent,
etiam si à sententijs per eos latis rei hu-
iusmodi appellaverint, ut sic finis his cau-
sis imponatur. Quando verò Fiscalis accu-
saverit, illæ partes, quarum interest, citen-
tur, eæque citationes fiant ex pecunia ius-
titia sumptibus applicata.

§. XV.

Quando Iudicibus expedire videbi-
tur, in causis criminalibus parti
præsenti actorum sumptum concedere, ut
se se defendat, fuerintque alij rei, & com-
plices absentes, Notarij Advocato huius
partis, suppressis nominibus, processum
legant: & id usque ad publicationem di-
ligenter servetur. Si verò nullum sit iuris
impedimentum, etiam cum nominibus
huiusmodi sumptum concedatur.

§. XVI.

IN causis immunitatum, restitutionum,
ad Ecclesias confugientium, & alijs
quibuscumque, in quibus Iudices proce-
dunt

MEXICANUM. 131

dunt aggravando censuras ; antequam
censuræ huiusmodi aggraventur , præce-
dat intimatio anterioris censuræ iam de-
cretæ , de cuius intimatione fidem faciat
Notarius. Præcedat quoque invocationis
brachij sæcularis informatio: quo ordine,
& non aliter ad Ecclesiasticum interdic-
tum procedatur.

§. XVII.

IN clandestinis coniugijs, quicquid cir-
ca ea à partibus peratur , Fiscalis op-
positio, & accusatio admittatur. Acta , &
probata à partibus exhibita pro informa-
tione summaria recipiantur. Deinde testi-
bus à partibus productis per Fiscalem ra-
tificatis , iterumque habita partium con-
fessione, per Iudices nostros hac in re de-
cerni , & definiri potest, iuxta dispositio-
nem Sacrosancti Concilij Tridentini.

§. XVIII.

QUANDO vxor proprium maritum
de adulterio, concubinatuvè accu-
saverit , Iudex efficiat, vè Fiscalis,
aut executor iustitiæ in iudicio denun-
tiet, & causam prosequatur, adhibita cau-
tela, ne maritus à propria vxore delatum
fuisse Iudice sentiat.

I 3 §. XIX.

§. XIX.

A Misera bilibus personis litigantibus nihil quicquam pecuniæ accipia tur ratione litis : eaque misera bilis perso na reputetur , quæ in bonis movilibus , & immobilibus quinquaginta pondo valo rem non habuerit : probatio verò quoad hoc per Notarium fiat , ex qua si officia libus constiterit de paupertate personæ li tigantis , eiusdem causas semotis dilatio nibus expediri , & in omnibus subveniri iubeant.

§. XX.

A Ccusationes criminales contra Cle ricos in Sacris Ordinibus consti tutos illatæ , cum omni secreto , prout Sacerdotalem personam decet , tracten tur , & definiantur.

§. XXI.

Q Uamvis delinquentes plures sint de eodem crimine accusati, vnus tan tum processus conficiatur, nec ra tione actorum processus aliquid aliud exigatur , quàm quæ sunt in indice taxæ constituta. Nam si in eadem causa tres complices sint , tamquam ab vno solo sa laría , & expensæ exigendæ sunt.

§. XXII.



MEXICANUM. 133

§. XXII.

VT molestijs, quas accusatores inferre solent, occurratur; mandat hæc Synodus, vt Iudices, Ordinarij, Visitatores, Vicarij, & alij quicumque, quibus summarie informationes super partium querelis committentur, querelantibus præcipiant, facta in forma citatione per Notarium informationem recepturum, quatenus intra tres dies, postquam reus partem se constituerit; compareant personaliter ad accusandum eum coram dictis iudicibus: sin minus, perpetuum eis silentium ad id imponetur. Si verò duabus conrumacijs inculpatis, non comparuerint, nec accusaverint amplius, ne audiantur, eorumque vices, & voces Fiscalis obtineat: qui tam in hoc casu, quam in criminalibus cæteris ad se pertinentibus, accusationem dare intra tres dies teneatur, postquam se reus in carcere constituerit; Iudicibus autem, & officialibus iubetur, (e) vt conclusis iam processibus, quo citius fieri poterit, dictas criminales causas definiant; ita vt quantumvis processus prolixus sit, intra tredecim dies a die conclusionis, aut breviori tempore, si fieri potuerit, diffinitivam senten-

(e) Conc. Mexican. 1. cap. 77. & Gran. tit. de Ordine iudicij, n. 26.

134

CONCILIUM

tiam ferant, in quo officialium conscientia onerantur, ne sumptus, & expensæ ex nimia retardatione accrescant.

LIBRI SECUNDI

TITUUS SECUNDUS.

De Procuratoribus. (f)

(f) Ex Synodo Gran. tit. de procur.

§. I.

Procuratores causis, quas susceperint, omnem operam præstent, in eisque cum omni veritate agant, & quod suis partibus utile sit, diligenter gerant, ac sine vlla collusione, falsitate, prævaricatione, aut prævaricationis specie odio, aut amore sui principalis, aut partis adversæ, quicquam postulent, aut postulare negligant, quod convenienti causæ expeditioni necessarium sit. Neque hac de causa dona aliqua, aut promissiones, muneravè, aut alia huiusmodi iniuste à parte contraria accipiant, sub pœna reddendi quadruplum; ac præterea Iudicium arbitrio puniantur.

§. II.

Moderatam mercedem pro opera sua accipiant. Quòd si in hoc excess-



MEXICANUM. 135

cesserint, directè, vel indirectè litigatores
vexaverint, yt ab eis iniusta salaria, mu-
neravè, aut alia huiusmodi extorqueant;
Iudices pro merito laborum mercedem
taxent, & districtè præcipiant quòd reli-
quum restituant, necnon Iudicum arbi-
trio pœnas dent.

§. III.

PROcuratores, qui in Tribunalibus
Ecclesiasticis negotia Ecclesiastica
administraverint, cum fœminis, quarum,
vel contra quas susceperint, inhonestè ne
conversentur, neque eas in concubinas
accipiant. Quòd si contrà fecerint, præ-
ter pœnas iuxta horum decretorum for-
mam eis impostas, in causis Ecclesiasticis
officiorum exercitio per tres menses sus-
pendantur. Itidemque præcipitur, ne per
trium mensium huiusmodi spatium, Iu-
dices, aut Notarij petitiones ab eis obla-
tas recipiant, aut alios actus,
sub eadem pœna,

(S)

136

CONCILIUM
LIBRI SECUNDI
TITULUS TERTIUS.*De Festis. (g)*

(g) Mex. r.
c 12. & Lim.
3. act. 1. c.
40. & act. 4.
6-9.

§. I.

VT debitum cultum, & honorem Deo Creatori nostro, eiusque Sanctis impenderemus, dies aliqui in Ecclesia semper decreti sunt, ut in eis ab omni servili opere cessantes, nos cultui divino vacaremus. Eam ob causam, ut huius Archiepiscopatus, & Provinciae fidelibus dies hi festi noti sint, in eisque cultui divino satisfaciant; hæc Synodus decernit omnes horum Regnorum fideles, exceptis Indis, de quibus alio in loco tractatur, teneri sub pœna peccati mortalis sequentia festa venerari.

FESTA EX PRÆCEPTO
observanda.*Imprimis dies Dominici totius anni,*

FESTA IANUARIJ.

Circumcisio Domini nostri Iesu
Christi,

Epi:



MEXICANUM.

137

Epiphania Domini.

Ss. Fabianus, & Sebastianus.

FESTA FEBRUARIJ.

Purificatio Beatæ Mariæ Virginis.

S. Mathias Apostolus.

FESTA MARTIJ.

S. Thomas Aquinas.

S. Iosephus, Beatæ Mariæ Sponsus.

Annunciatio Beatæ Mariæ Virginis.

FESTA APRILIS.

S. Marcus Evangelista.

FESTA MAIJ.

Ss. Philippus, & Iacobus Apostoli.

Inventio Sanctæ Crucis.

FESTA IUNIJ.

S. Barnabas Apostolus.

Nativitas Sancti Ioannis Baptistæ.

Ss. Apostoli Petrus, & Paulus.

FESTA IULIJ.

Visitatio Beatæ Mariæ Virginis.

S. Maria Magdalena.

S. Iacobus Apostolus.

S. Anna Mater Virginis Mariæ.

FES-



138

CONCILIUM

FESTA AUGUSTI.

S. Dominicus.

Transfiguratio Domini.

S. Laurentius Martyr.

S. Hippolytus in Civitate Mexicana
tantum.

Assumptio Beatæ Mariæ Virginis.

S. Bartholomæus Apostolus.

S. Augustinus.

FESTA SEPTEMBRIS.

Nativitas Beatæ Mariæ Virginis.

S. Mathæus Apostolus, & Evangelista.

Dedicatio S. Michaelis Archangeli.

FESTA OCTOBRIS.

S. Franciscus.

S. Lucas Evangelista.

Ss. Apostoli Simon, & Iudas.

FESTA NOVEMBRIS.

Festum Omnium Sanctorum.

Sancta Catharina Virgo, & Martyr.

S. Andreas Apostolus.

FESTA DECEMBRIS.

Conceptio Beatæ Mariæ Virginis.

Expectatio partus B. Mariæ Virginis.

S.

MEXICANUM. 139

- S. Thomas Apostolus.
 Nativitas Domini nostri Iesu Christi.
 S. Stephanus Protomartyr.
 S. Ioannes Apostolus, & Evangelista.

Item Festa movilia sequentia.

Dominica Resurrectionis cum duabus diebus sequentibus.

Ascensio Domini.

Dominica Pentecostes cum duabus diebus sequentibus.

Festum Corporis Christi.

Coli (h) etiam iubentur festa Sanctorum Patronorum Ecclesiarum Cathedralium, & locorum ubi Hispani degunt in eisdem Ecclesijs, & locis.

(h) Mex 10
 c. 18. & 1 im.
 3. act. 3. c. 10.
 & act. 4. c. 9.
 Mex. 1. c. 18.
 §. 1.

§. II.

PORRÒ quia singularis fuit in Beatum Ioseph, Sacratissimæ Virginis Mariæ Sponsum, huius Provinciæ devotio ob cuius Sancti merita, & intercessionem piè credi potest novam Hispaniam singularibus Dei beneficijs donari; Provincialis Synodus anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto celebrata Sanctum Ioseph in generalem huius Archiepiscopatus, & Provinciæ Patro-



140 CONCILIUM

tronum elegit, eiusque festum coli mandavit. Hæc quoque Synodus idem renovans, & confirmans statuit, vt festum huiusmodi in hac provincia cum octava celebretur. Si verò octava in hebdomadam maiorem inciderit; de ea vsque ad feriam quartam eiusdem hebdomadæ inclusivè commemoratio fiat. Festum Sancti Iacobi Apostoli, quia præcipuus, & generalis Hispaniæ Patronus is est, cum octava celebrari mandatur. Quando verò ad vespervas, & matutinum suffragia Sanctorum dicuntur; eius commemoratio, quia antiquior Patronus est, commemorationi Sancti Iosephi præcedat. In die verò tricesima Decembris, qua translatio Sancti Iacobi facta est, de eius translatione officium recitetur.

§. III.

ET si ante celebrationem huius Synodi, festum Sancti Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici, ex præcepto non colebatur; attendens tamen hæc Synodus à scelicis recordationis Papa Pio V. (i) propter singularem sanctitatem, & mirabilem doctrinam, de quibus is Sanctus, hæresibus refutatis, Christianæ reipublicæ scholis magnas opes attulit, & prop-

(i) Pij V. motus proprius in Bullario ipsius Bulla 41. fol. 59. text.

MEXICANUM. 141

propter eruditionis splendorem, quo in Ecclesia Dei eluxit, eius festum per uniuersum Neapolis Regnum coli, & per uniuersam Ecclesiam officio Doctoris celebrari præceptum esse: attendensque instantissimè à Decano, & capitulo huius Metropolitanæ Ecclesiæ, magistratibus Civitatis Mexici, à Rectore, & Uniuersitate regia, tum etiam ab ordine Sancti Dominici, cuius institutum Sanctus Thomas professus est, efflagitatum fuisse; hæc Synodus præcipit, vt Sancti Thomæ festum colatur, & Cathalogo eorum quæ ex præcepto in hac Provincia colantur, adscribatur.

text. in cap. unico de Reliquijs, & uenerat. Sanct. lib. 6. fundatur ex c. fin. de Ferijs, & in cap. 1. de consecr. dist. 3. Conc. Trident. sess. 25. c. 12 de Regul. verbo *Dies.*

§. IV.

QUæ quidem (k) festa ab omnibus coli debent (indis exceptis): hæc Synodus decernit, in quibus ab omni seruilis opere cessandum est à media nocte uigiliæ usque ad mediam noctem sequentem, quo tempore festum terminatur: in eisque Missam integrè audire omnes tenentur, ad quam, & ad uerbum Dei audiendum, ubi commodè fieri potest, in suis Parochijs omnes interfint, vt est à Sacro Concilio Tridentino (*) iniunctum. Quòd si alioqui in diebus festis huiusmodi integram Missam non audie-

(k) Mil. 4. tit. de S. Ambr. fol. 616. & s. etiam Mil. f. 710. verbo: *Quos dies festos.*

(*) Sess. 24. cap. 4. de Reformat.

rint,

(l) Conc. Milan. 3 f. 84. verſ. *Neque verò excuſantur.*

(m) Bulla Pij V. in Bullario, fol. 53. 2. col. verò. *Uti igitur.* Conc. Mex. 1. c. 19. §. 3. & Guadix, tit. 6. conſt. 16. & Mil. 1. f. 39. verò *Vidua*, & fol. 119. verò *Episcopi ne patiantur*, & Milan. 3. fol. 84. verſ. *Neque verò excuſantur* Guadix, tit. 6. conſt. 21. 22. 23. & 24. & Gran. tit. de Ferijs, n. 45. & 6. & Syn. de Quiroga, conſt. 97. 98. 99. & 100. & *Enchiridion*, 3. act. 3. cap. 40. & act.

rint, arbitrio Ordinarij pleſtantur. Qui verò tempore quo Miſſa Conventualis celebratur, & ſacra concio habetur, in ludis occupati apprehenſi fuerint, iuxta formam iuris pœnas luanr.

§. V.

Monet etiam hæc Synodus patres, (l) matresque omnes, vt ſuos filios, & filias quantumvis minimè ætatis ſint, ad Miſſam audiendam ſecum deferant. Præcipit etiam heris, vt ſamulos, & ſervos ſuos omnibus feſtis colendis Miſſam audire faciant, in quo eorum conſcientiæ onerantur.

§. VI.

VT introducta iam corruptela ſunditus tollatur, qua relictæ viduæ, (m) per multos dies ab obitu maritorum Miſſam non audiebant, Eccleſiæ præceptum tranſgredientes; iubet hæc Synodus, vt viduæ, elapſo præſertim menſe poſt mortem mariti, à Iudicibus Eccleſiaſticis per cenſuras, & alias pœnas ad ſacrum audiendum compellantur: idemque ſeruetur cum mulieribus coniugatis, quæ ob virorum abſentiam per longum tempus Miſſam non audiunt.

§. VII.



MEXICANUM. 143

§. VII.

Quo verò servilia opera, à quibus in diebus festis vacandum est, omnibus innotescant; hæc Synodus statuit, ac decernit, vt in eis mercatum, nundinæ, licitationes minimè fiant: tabernæ etiam vbi merces, vel alia diuenduntur, & emuntur, saltem dum Missa Conventualis celebratur, ne aperiantur.

§. VIII.

A Sono verò campanæ, quæ populus ad Conventualem Missam vocat, vsque ad finem Missæ, esculenta publicè vernalia ne exponantur: Operarij per totam festi diem iumentis suis sarcinas vehementes, nisi victualia eo tempore populo necessaria apportauerint. Tonsores per totum festi diem ne detondeant, furni ne ardeant, instrumenta, & machinæ minarum cessent, nec in eis vlli occupentur. Si qui verò hoc decretum violauerint, severe ab Ecclesiasticis Iudicibus punientur. Non tamen interdicitur Chirurgis, & aromatarijs ne in his diebus officia sua exercent, quantum ægrotorum salutè conueniet. Itidemque permittitur in temporibus mettendi, rigandi, pin-

act 4. c. 9. &
Mil. 7. tit de
Festarú die:
rum cultu,
fol. 583.



144

CONCILIUM

pinfendi, aut vermes sericos nutriendi, & alia huiusmodi terrenorum fructuum ratione faciendi, in festis diebus post auditam Missam, de licentia Officialium, & Vicariorum, rebus huiusmodi operam impendere, ut nisi necessitati occurrerint, earum iactura fiant.

§. IX.

(n) Bul. Pauli III con-
cessa in fa-
vorem In-
dor Mex. I
c. 18. §. 4. &
Lim. 3. act. 4.
c. 9.

FÆlicis recordationis Paulus Papat III. (n) Indorum paupertati prospiciens, eos tam stricto vinculo, ut Hispanos ad festorum observationem devincire noluit, ac ob eam causam illorum commoditati consulens, sequentia festa Indis deputavit, ad quæ sola observanda excepto tenerentur.

FESTA INDORUM

*Dies omnes Dominici in anno
occurrentes.*

Nativitas Domini sine duabus diebus sequentibus.

(o) Mex. 1.
c. 18. §. 5. &
Lim. 3. act.
4. c. 9.

Circumcisio (o) Domini.

Epiphania Domini.

Dominica Resurrectionis sine duabus diebus sequentibus.

Ascensio Domini,

Do

MEXICANUM. 145

Dominica Pentecostes absque duabus diebus sequentibus.

Festum Corporis Christi.

Nativitas Beatæ Mariæ.

Annunciatio Beatæ Mariæ.

Festum Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.

Assumptio Beatæ Mariæ Virginis.

Festum Apostolorum Petri, & Pauli.

Aliorum festorum observatio voluntarij Indorum devotioni relinquitur. Ne verò Hispani per se, aut servos tuos in festis diebus servilia opera exercendi ex hoc occasionem arripiant, quòd Indi ab eis minimè cellent; decernitur ne Indi hæc festis in Hispanorum prædijs, aut alijs facultatibus, nisi de licentia Ordinarij, serviliter se se exercent.

§. X.

I Tidem interdicitur, (p) ne in diebus Dominicis, & festis quorum observatio ad Indos pertinet, mercatum fiat, ut ratione hac tunc laborandi, & Missam non audiendi, ab Indis auferatur occasio. Si verò in aliquo Indorum oppido mercatum die Dominico indictum sit; alius hebdomadæ dies, in quo id fiat, designetur.

(p) Mex. r.
cap. 70.



§. XI.

Medicis quoque prohibetur, ne ægrotis medicamenta applicent, ita ut eis impedimento esse possint, quominus festis diebus Missam audiant; si tamen talis ægrotus est, quæ ægrotum Missam audire non impediat, & cuius medicina in aliud tempus deferri possit.

LIBRI SECUNDI

TITULUS QUARTUS.

DE DOLO, ET CONTUMACIA

§. I.

Præsens in illis locis, in quibus Ecclesiasticum Tribunal existit, in iudicium vocatus citari non possit, (q) nisi de vno die in alium: aliter autem citatione facta, etiam si citatus non compareat, contumax reputari nequeat, (r) neque absens pro contumaci habeatur, si nuncius fidem non fecerit, ipsum citasse in personam propriam, uxoris, filiorum, aut famulorum: nec sufficiet citatio ad hospites, vicinos, aut alias extraneas personas facta: contumaciæ verò coram Iudicibus

(q) Lex reg.
9. tit. 8 l. 2.
Récopil.

(r) Synod
Gran. tit. de
Dol. & con-
tumacia.

MEXICANUM. 147

incusabuntur, & quicquid aliter factum sit, denuò fiat.

§. II.

CUm de contumacia cuiusque partis constet, in expensis condemnetur contumax, quas antequam ulterius procedatur, compellatur solvere, nisi præfens maluerit id in finem litis reservare, & in alterius partis contumacia ulterius procedi; aut remedium missionis in possessionem elegerit: quod si fiat, regula de hoc in legibus horum Regnorum (1) præscripta servetur.

(1) Lex 1. &
2. tit. 1. lib.
4. Recop.

§. III.

IN litteris citationum, & monitorijs præcipiatur, ut ad aliquem diem certum citati, hora audientiae compareant. Quod si reus, vel actor minimè comparuerit, & non comparentis contumacia fuerit incusata; contumax reputetur. Si autem intra dictum diem venerit, & iam secundæ litteræ expeditæ sint; illarum expensas solvat: qua solutione contumaciam purget, & in causa principali audiat. Nullatenus verò secundæ litteræ expediantur, nisi toto elapso die, in quo

148 **CONCILIUM**

terminus in primis litteris præfixus finitur, neque reus, vel actor contumax reputetur, usquequo Consistorium dimissum sit.

§. IV.

SI actor intra terminum in litteris expressum contumaciam non inculpaverit, reus contumax non reputetur: nec litteræ illæ iterum legantur, nec virtute illarum contumacia inculcari possit: sed litteræ conditionales æstimentur, veluti si expressæ sub conditione hac essent expressæ. Si actor contumaciam inculpaverit, in dicto termino: si autem reus comparuerit actore non comparente, actor in expensis condemnetur, si id reus petierit. Quod si elapso dicto termino actor contumaciam inculpaverit, & reus non comparuerit; Iudices eum iterum in iudicium vocari mandent, nisi iustis de causis sibi visam fuerit reum posse legitime reputari contumacem. Si verò iustæ causæ adsint, in decreto declarent: litteræ tamen receptoræ personaliter intimantur, si citatio prima personaliter facta non fuerit: aliter enim reus nullam sententiam, nec contumaciam incurrit.

MEXICANUM. 149

LIBRI SECUNDI

TITULUS QUINTUS.

De testibus, & probationibus. (t)(t) *Gran. Synod. tit. de probat.*

§. I.

IN causis, in quibus ex officio proceditur, testes contra reos procedendi expensis Camerae, & pecunijs iustitiæ sumptibus applicatis ad ferendum testimonium adducantur: quæ impensæ condemnatione expensarum subsecuta, & non alias, Camerae, & sumptibus iustitiæ persolvantur, ne inde rei occasionem arripiant præveniendi, aut subornandi testes.

§. II.

IN omnibus causis criminalibus, in quibus pœna corporalis, sive exilij, aut publica pœnitentia imponenda sit, testes in summario iudicio recepti, in plenario ratificentur; non obstante quòd pro ratificatis à reo habeantur. Quibus in casibus, nec minori vlli, nec Fiscalis restitutio in integrum ad accusandum, aut ad probandum concedatur. Probatio vero, quæ per restitutionem huiusmodi fiet,

150 . CONCI LIUM
nulla sit , immò à processu deleatur.

§. III.

(v) Mex. 1.
c. 42. & Gra-
natenf. tit. de
Testib. n. 3.

Iudices (v) per se ipsos in causis ma-
trimonialibus dicta testium reci-
pian, neque probationes à solis Notarijs,
etiam principalibus, fieri in causis crimi-
nalibus, aut civilibus magni momenti
permittant, nisi ipsismet Iudicibus præ-
sentibus; aut si iusta ex causa Iudices ab-
sint, de speciali eorum commissione; quæ
quidem specialis commissio à Iudicibus
subscripta in principio probationis hu-
iusmodi collocetur, & in processu descri-
batur. Commissiones verò nullatenus
concedant in casibus prædictis ad reci-
piendum testes, alijs ministris, quàm re-
ceptoribus ab Episcopo deputatis; neque
in suis Tribunalibus Notarios quoscum-
que, aut officiales admittant ad petiti-
ones dandum, ad acta gerendum, neque
ad testes in summario recipiendum; aut
eis quodvis aliud receptionis genus com-
mittant, neque eos ad testes, aut testium
ratificationes, neque ad recipiendas cau-
tiones in iudicio faciendas, neque ad
aliud quicquam, quod ad iudicium per-
tineat, adhibeant, nisi fuerint ipsimet No-
tarij Tribunalis, aut receptores præ-
dic-

MEXICANUM. 151

dicti, & eis absentibus, ministri ad id ab Episcopo, vel iussu Episcopi approbati, qui specialem provisionem ad id obtineant. Probationes autem, & acta iudicialia aliter confecta nulla fiunt.

§. IV.

QUando testes ad instantiam partis extra Civitatem ratificandi sunt, eorum dicta in summario iudicio habita ne tradantur originalia, nisi prius exemplum publicum, aut authenticum, quod fidem faciat, penes Notarium remaneat; nec tunc tradatur parti, contra quam ratificatio fieri debet. Quod si Notarius quisquam secus fecerit, iudicum arbitrio pro qualitate criminis punietur. Probationes verò summarie huiusmodi receptoribus dentur, præstato ab eis iuramento, & obligatione de secreto servando usque ad publicationem, & de eisdem restituendo intra dies duos post elapsum terminum.

§. V.

QUotiescumque Iudicibus visum fuerit convenire, ut testes personaliter deducantur, id eius impensis fiat, qui testes produxerit. Iudices autem prius æstimato, quod ratione itin-

172 · CONCILIUM

ris testes habere debent, illud testibus
persolvi faciant, antequam inde disce-
dant.

§. VI.

Testium probationes in secunda in-
stantia ne fiant per eosdem articu-
los, neque per directè contrarios, nisi in
casibus, & eo modo, quo est à iure con-
cessum. Ut autem hoc evitetur, præcipi-
tur, articulos in secunda instantia pro-
ducendos, præter Advocatorum: a Procu-
ratoribus etiam debere esse subscriptos,
à quibus itidem examinentur, sint ne
ijdem articuli, an contrarij: & si secus
fiat probatio, a processu deletur & Pro-
curator in hac negligens, pondo vnum
persolvat.

§. VII.

In causis criminalibus contra minis-
tros ab Episcopo deputatos tractan-
dis, ob dona, munera, pecuniasvè inius-
tè acceptas, aut collationes factas qui-
bus dona, sivè huiusmodi munera acci-
pere ab hac Synodo prohibutum est: ea
sit sufficiens ad condemnationem proba-
tio, quæ in legibus (x) novæ compilatio-
nis horum Regnorum decreta est, iuxta
quas leges in his casibus decidendum
præcipitur.

(x) Lex 6 tit.
9. lib 1 Rec
& lex 7 tit.
7. lib 7. Re-
copil.

MEXICANUM. 153

§. VIII.

Probationes quæ earum qualitate at-
tenta committi possunt, Receptoribus committantur. Quòd si visum fue-
rit exoedire præcipiatur, quòd Vicarij,
aut alij Sacerdotes loco iudicum vna
cum Receptoribus huiusmodi probatio-
nibus faciendis assistant.

§. IX.

Cupiens hæc Synodus effrænatam eor-
um audaciam reprimere, qui
quum testes producantur in Iudicijs Ec-
clesiasticis huius Provinciæ, non sine gra-
vi Dei Omnipotentis offensa, ac iustitiæ
contemptu, suarumque animarum detri-
mento, & litigatorum præ iudicio falsum
dicunt testimonium; statuit ac præcipit,
(y) ut si quis coram quocumque ex offi-
cialibus, Iudicibus, aut alijs Ministris per-
iurij reatum commiserit; si Clericus
(quod absit) fuerit de periurio convictus,
solvere parti compellatur, in cuius dam-
num hoc crimen admisit, id omne quod
ob tacitam veritatem, vel expressam fal-
sitate, in præiudicium, & detrimentum
dictæ partis cesserit: ac propterea con-
denunetur in medietate fructuum vnius
anni

(y) Mex. t. 6.
86. & Guad.
tit. 5. const.
22.



154 CONCILIUM

anni præbendæ seu Beneficij ab eo obtenti, & etiam in medietate fructuum omnium, quos percipit toto eo tempore, quo in periurio perseveraverit. Cuius multæ pars vna fabrice Ecclesiæ Cathedralis, vbi id evenerit applicetur: altera verò pijs operibus ab Episcopo designandis: tertia denique accusatori: & præter hanc pœnam, in carcere tam diu detineatur, quam diu officiali videbitur. Si autem periurus huiusmodi, Beneficijs seu Præbendæ expertus sit: iubetur, vt ultra satisfactionem partii, cui præiudicium irrogavit faciendam, in pondo minarum quinquaginta condemnentur, quæ ad nuper præscriptam formam distribuantur; & reus in carcere, vt dictum est, inclusus maneat per tempus Iudicis arbitrio deputandum. Quod si is ad eò pauper sit, vt prædictam pœnam solvere nequeat, pecuniaria pœna commutetur in corporalem, pœna carceris aggravata, ac si periurus sæcularis sit, satisfacere partii, cui periurio nocuit, compellatur; & præterea pastomide eius linguam obstringenti in valvis Ecclesiæ per diem vnum publicè detineatur, nisi eius fuerit conditionis, vt hæc pœna commutanda sit: quæ casu delinquens in exilium mittatur, aut graviori pœna Iudicis punientis arbitrio plecta.

MEXICANUM. 155

plēctatur. Quòd si causa in qua periurium commissit, matrimonialis sit, ob iniuriam Sacramento illatam, præter iam dictam pœnam, & alia Iudicis arbitrio imponatur. Qui verò ad suæ causæ probationem testem falsum produxerit, quem ad dicendum falsum testimonium induxerit, eadem pœna puniatur, qua testem periurum puniri sancitum est.

§. X.

Sacerdotum (2) honori, quibus Indorum cura imminet, prospicere volens hæc Synodus, ne eo magis falsis accusationibus agitentur, quo studiosius subditorum indigenarum vicijs, aut Hispanorum avaritiæ modum imponere conantur: perpendensque quam proni sint ad periuria Indi, quamque facile ad id inducantur; statuit ac præcipit imprimis, ne ullus Sacerdos à districtu Indorum, cui ministrat, expellatur, quamvis graves querelæ contra eum deant, nisi prius per Iudicem Ordinarium, aut Delegatum ibi Inquisitio fiat, vbi crimen admissum à Sacerdote dicitur. Si enim Iudex Ecclesiasticus (a) ibi præsens assistat, de omnibus plenè instructus, quæ, & quanta fides testibus sit adhibenda facilius agnos-

(2) Conc. Li-
men. 3. c. 4.
c. 6.

(a) Tex. in c.
fin. 3. q. 6.

356 **CONCILIUM**

et. Infideles nullatenus in testes admittantur, ut sacris est Canonibus constitutum; nec etiam illi qui suspecti sunt, (b) quamvis Christiani, Indi, vel Hispani sint; sed solum timoratae conscientiae homines, minimeque suspecti. Neophytos ad iurandum nequaquam Iudex compellat, nisi causa sit gravis, & cuius veritas aliter elucidari non possit. Quo in casu moneantur primum neophyti, quam grave malum periurium sit. Si autem falso aliqui iurasse comperti sint eos, ut ceteri metu poenae terreantur, & cautiores evadant, publice flagellari Iudex praecipiat; & ut maiori ignominia afficiantur, detonderi faciat. Denique in causis quae ex testimonio Indorum dependet accurate Iudex animadvertat, quae, & quanta fides testibus adhibenda sit, praesertim cum manifesta sit omnibus Indorum ad periuriam propensio. Quae omnia Christianae Iudicum prudentiae haec Synodus commendat.

(S)

MEXICANUM 157

LIBRI SECUNDI
TITULUS SEXTUS.*De Sententia, & Re Iudicata. (c)*(c) Syn. Gran
tit. de Sent. &
Re Iudic.

§. I.

IN sententijs, quæ super matrimonijs clandestinis feruntur, semper ius petendi quicquid expedierit Fiscali reservetur, idemque observetur in sententijs quæ super binis nuptijs, & criminibus alijs inter partes proferuntur. Notarius verò reservationem huiusmodi Fiscali intimet, actaque intra tertium diem tradat, ut graves contra delinquentes pœnas postulet.

§. II.

Sententiæ, quas Iudices, & Vicarij tulerint, iuri, & his Decretis conformes sint, quarum postquam late fuerint, nisi in casibus à iure permissis, nulla sit dispensatio. Decreta verò in scriptis fiant, ita ut semper de his constare possit. Quamvis autem in aliquibus summarie profferant; ad id exceptiones legitimas, & partium necessarias probationes, in forma à iure concessa admittere ne recusent.

1298 CONCILIUM

(d) Mex. i. c.
76.*appellando*

§. III. **Q**uoniam (d) semper contingit, ut Clerici, & Sæculares huius Provincia nonnulli, parte, vel Fiscale Instantibus, ob aliqua commissa crimina in pœnis pecuniarijs condemnantur: qui à sententijs cum se gravatos sentiant, provocantes, etiam si pecuniariam pœnam deponant, & de representando cautionem præsentent; à Iudicibus minime, è carcere liberantur, immo sæpe sepiùs eoque quod appellant, novis vinculis constringuntur. Idemque fit quum accusatores affigendi reos causa, & eosdem in carcere detinendi, à sententijs etiam iustè latis appellant. Ob eam causam, ne deinceps his molestijs capti afficiantur; statuit hæc Synodus, ut pecuniaria multa in depositum data, & cautione præstita de representando: condemnatis huiusmodi Civitas, aut oppidum à Iudicibus, & officialibus pro carcere constituarur, pœna interposita non obstante.

MEXICANUM. 159

LIBRI SECUNDI

TITULUS SEPTIMUS.

De Appellationibus, & Recusationibus (e) SynGran.
Judicum. (e) tit. de Sent. &
Re Iudic.

§. I.

PROcuratores delinquentium qui appellaverint, in gradu appellationis minimè audiantur, nisi testimonio adhibito, quo constet delinquentes in carcere detineri, aut eos antequam Iudex, à quo provocatum est, sententiam ferret, præstita cautione, fuisse liberatos,

§. II.

IN causis criminalibus, quando aliquis se in gradu appellationis coram Iudice ad quem personaliter constituerit; ne audiatur, donec testimonium ostendat, à Iudice inferiori carcere detentum non fuisse: deinde verò in carcere se præsentet, cui postea literæ citatoriæ, & compulsoriæ ad testimonium huiusmodi, & processum deferendum, concedantur. Ne ob eam causam quòd se coram Iudice superiori constituerit, contra eius bona,

&



260 CONCILIUM

& fideiuforis procedatur. Quòd si confiterit, cum non effracto carcere ad Superiorem Iudicem contugisse, nullaque damna inde subsecuta, & id eius causa paciatur; convenienti præstita cautione, alia carceris custodia eidem poterit assignari, servatis in his quæ a iure Pontificio statuta sunt, & ab his Decretis sancita.

§. III.

CUM quis se coram iudicibus appellatio num contituerit, & causa non inter partes, sed ex officio ventilata est, nec appellatum est a sententia definitiva in casibus a iure, & huius Synodi Decretis permisis; antequam admittatur, aut eidem literæ inhibitoriæ concedantur, constet appellantem captum detineri, siue in carcere Iudicis à quo, siue Iudicis ad quem, & eo sic detento, præcipiatur Iudici, ut si ad instantiam partium processit eas nomet, & ut citentur, citatorium expediatur. Quod si ex officio causas, & rationes mittat, quibus adductus in causa processerit; itidemque compulsoriæ literæ concedantur, ut acta, & processus ad Superiorem Iudicem transmittantur, quibus transmissis, quod iuris fuerit provideat. Ut vero hoc melius fiat,

Fili

MEXICANUM. 387

Fiscalis citeatur, qui in causa te opponere
teneatur, eique tamquam Advocato sa-
laria ob id constituantur.

§. IV.

Iudices à quo ne inhi-beantur à Iudiciis
bùs superioribus, neque ab eis inhi-
bitoria, aut suppressoria littera conceda-
dantur, nisi actis processus prius perspeca-
tis, & examinatis; neque executio impe-
diatur in causis, in quibus ex iure, &
decretis Concilij Tridentini (f) per appella-
tionem non suspenditur executio sen-
tentia, aut decreti: Quòd si secus fiat, in-
hibitiones, processus, decreta, & alia in-
de sequuta, & acta invalida sint, & nullius
effectus; ut est ab eodem Concilio (g) dis-
positum: ac præterea in visitationibus,
& syndicatibus, Iudicum excessus huius-
modi corrigantur. In Concilijs quoque
Provincialibus horum excessuum, si pu-
niti non fuerint, ratio petatur: In appella-
tionibus verò à sententijs interlocuto-
rijs, sive reparari possunt; sive non, per
sententiam definitivam officialis, & Iudi-
cis observent, quòd est a Conci-
lio Tridentino (h) decre-
tum.

(f) Sess. 13.
c. 1. & sess. 4.
c. 20. de Re-
form.

(g) Sess. 22.
cap. 7.

(h) Concil.
Trid ubi sa-
pra d. sess. 3.
& 24.

162 . CONCILIUM

§. V.

(i) Text. in
cap § Offic.
aurem, de
Offic. Ordin.
lib. 6.

I Tidem (i) interdicitur ne officiales, & Iudices Metropolitanorum, & excommunicationis, suspensionis, & interdicti censuras decernant contra Episcopos suffraganeos, iuxta constitutionem Innocentij Papæ IV. quæ incipit: *Romana Ecclesia.*

§. VI.

I N causis concubinitus quorumcumque, sive Ecclesiasticorum, sive secularium, si hi, aut eorum concubinæ appellaverint; à carcere per Iudicem inferiorem, aut superiorem ante ne liberentur, quam causa terminetur, nisi ob iustas valde, & necessarias causas Iudicibus videbitur, quorum conscientia in hoc operantur.

§. VII.

I N gradu appellationis, partes ad probandum ne recipiantur, si se ad probandum non obtulerint; quod si fecerint, poena eis imposta si non probaverint, ad probandum admittantur.

§. VIII.

S I appellans causam appellationis non prosequatur, & concessis sibi com-
puls

MEXICANUM. 163

Pulsorijis litteris acta non transporter, appellatōnisque desertio à parte adversa petatur; in hoc servetur, quod est iure Pontificio constitutum. Si verò desertionem non petat, sed prosequi causam velit; mandetur appellanti, ut suis impensis acta, vna cum causa, & ratione, quibus motus Iudex, à quo sententiam tulit, aut in causa processit, deferat, termino ei ad hoc competente præfixo. Quod si appellans non effecerit, parti adversæ facultas detur, ut appellantis sumptibus processum vna cum alijs iam dictis afferat, si eà appellatōni alterius partis appellantis non adhæsit: si verò adhæserit, omnibus vtriusque partis sumptibus id fiat.

§. IX.

Quando aliquis ex officialibus fuerit recusatus, recusans recusationis causas coram Iudice recusato proponat, qui causas huiusmodi ad Episcopum deferat. Episcopus verò causam principalem decernendam suscipiet, partesque audiet in articulo recusationis, ad præscriptū constitutionis Bonifacii VIII, quæ incipit: *Si contra unum*; (K) eamque servari, & adimpleri hæc Synodus iungit.

(k) Lex in c. Si contra unum, de Officio Deleg. lib 6.

164

CONCILIUM

LIBRI TERTIJ

TITULUS PRIMUS.

DE OFFICIO EPISCOPORUM, & vite puritate.

De his, quæ ad propriam Episcopi personam pertinent.

(1) Cóc. Trident. sess. 6. c. 1. de Reformat. Milan. b. tit. de vita, & honestate Episc. à fol. 60 & Comp. Cóc. act. 3. c. 1. cù seq. & Tolet. act. 2. à cap. 1. cum seq. Provinc. de Quirog. act. 2. Dec. 3. & 5. & Lim. 3. act. 3. c. 1. & 2. optimè Concil. Mil. 4. p. 3. tit. de Episc. cum seq.

§. I.

A Ccingere se vovens Sacrosanctæ œcumenicæ Tridentinæ (1) Synodus ad colapsam admodum Ecclesiasticam disciplinam, iuvante Domino, restituendum, ac depravatos in Clero populoque Christiano mores emendandos, spem in Episcoporum integritate summam collocavit, his verbis: Integritas præsentium salus est subditorum, & verus Ecclesiasticæ hierarchiæ scopus præcipuus is est, ut Episcopum instruat omnibus numeris absolutum, Sancto Dionysio Areopagita dicente: *Pontificum ordo sacratus is est, divina speculantium ordinum, qui summus est, & ultimus. Sicut enim hierarchiam omnem in Iesu terminari conspiciamus, ita unamquamque*

funct

MEXICANUM. 185

functionem in suum Pontificem. Ex qua-
ous facillè colligere est, qua puritate vitæ,
morumque integritate prædictus is esse
debeat, quem divina gratia, & assidua
virtutum exercitatio, ad statum perfectio-
nis evexerit: qua humilitate, qua benigni-
tate, qua mansuetudine, qua charitate,
pro vitæ exemplo, & ut vno verbo om-
nia, qua sanctitate præluceat in
Ecclesia Dei. Eam ob causam Dominus
præcipiebat, strictam cum mitra vitæ
hyacinthina laminam sacræ venerationis
de auro purissimo, in qua gemmarum ope-
re sanctum Domini esset nomen inscrip-
tum, à Summo Sacerdote fronte gestan-
dam. Quo ad eò sanctitate præstantes
oportere esse Episcopos significaretur, &
eamdem fronte descriptam alijs ad imi-
tandum proponerent.

§. II.

ID igitur perpendens optimè Mexica-
na hæc Provincialis Synodus, toto
quo potest conatu, Episcopos in Domi-
no cohortatur, ut dignitatis suæ semper
memores, sic vitam instituant, ut decet
ministros Christi, & successores Aposto-
lorum: ad quorum exemplum in ardenti-
bus, salutis animarum zelo se componen-

1766 CONCILIUM

tes, assidue Deum pro ovibus deprecantur : eos verbi Dei prædicatione pascant, & tamquam Angeli custodes populo sibi commisso invigilent, eique prospiciant: ac denique veluti boni pastores, ea, quam maiorem nemo habet, charitate sint accenti. ut animam suam pro ovibus periculant. (m) Quod humeris etiam Angelicis formidandum onus, & humanis omnino impar, quia proprijs viribus sustinere non possunt, à Deo petant auxilium, & orationi frequenter vacent statutis sibi horis, ut mente illuminentur, & ad Dei honorem, & populique salutem dirigantur.

(m) Concil.
Mil 4. p. 3.
rit. de Episc.
fol. 66 f. ver-
bo *In oratio-
ne.*

§. III.

Sed ut frequenti orationis usu ad munus quo funguntur obeundum, salutare fructus percipiant; unius horæ spatium singulis diebus orationi impendere monentur, in quo alta mentis contemplatione perpendant quid pro animarum salute Christus Summus Pastor effecerit, quidvè perpeffus fuerit: ut hac consideratione excitati, spirituale animarum commodum ardentiori zelo anhelent, & quod ad id opus est, divinæ gratiæ auxilium vehementius implerent. Ad hæc, singulis quoque noctibus, illius Aposto-

MEXICANUM. 167

li (n) sententiæ memores, *si nos ipsos di-* (n) D. Paul.
iudicaremus, non utique iudicemur; 1. Cor. c. 11.
per aliquod temporis intervallum cons-
cientias proprias diligenti examine per-
scrutentur, & quicquid eo die deliquerint,
quicquid negligentè omiserint pro pec-
catis subditorum abolendis, gravi dolo-
re defleant; (o) & emendent: sic enim (o) Concil.
iram Dei in die tremendi iudicij fugient, Mil. 4. d. fol.
qua sanguis pereuntium ovium de ma- 665. verbo
nu pastorum negligentium requirendus *Confessar.*
est.

§. IV.

VT Episcopus (p) vitæ sanctitate, & (p) D. Conc.
morû integritate roboratus con- 4. Mil. d. fol.
sistat, populoque in hac re maximè satisf- 665. verbo
faciat; Confessarium Sacerdotem sibi de- *Confess.*
ligat ætate gravem, vita probatum, doc-
trina insignem, per quem Deus Omni-
potens in rerum difficultatibus suo lumi-
ne Episcopum illustret, & dirigat ad ea,
quæ divinæ suæ gloriæ, populique ædifi-
cationi magis sint consentanea.

De cura subditorum, & propria familia.

§. I.

EPiscopi, ut pastorale officium postu-
lat, benigni, ac mansueti sint, lan-



1768 - CONCILIUM

gubernandis, ac pauperum miseris, & ijs sollevandis, cum omni pio, ac paterno zelo prospiciant; talesque se se praebeant, ut subditorum molestias in omni patientia supportantes, eis aditum faciant, ne haereant trepidi, sed cum omni fiducia ad Episcopos confugiant, ab eisque in labore solatium, in paupertate auxilium in morbo medicinam petant,

§. II.

Parochios singulis hebdomadis ad se vocent, ab eisque sciscitentur de subditorum statu, de temporalibus, & spiritualibus populi ærumnis, de remedio peccatis publicis adhibendo, ut his omnibus accuratè succurrant,

§. III.

Quoniam qui domum suam regere nescit, ex sententia Apostoli, nec Ecclesiam Dei rectè gubernavit; hæc Synodus Episcopos monet, ut non solum ipsi vitæ exemplo subditos ædificent, sed eos etiam familiares sibi delignant, qui honestate vitæ, & morum integritate comprobentur; ne si populo scandalo sint, Episcopi ministerium vituperentur, Oneri suo Episcopi satisficient, si

Coni

MEXICANUM. 169

Conciliij Tridentini decreta, in quorum executione Cleri populique Christiani reformatio consistit, assiduè legant, attentè meditentur, diligenter exequantur.

De Doctrina Cura.

§. I.

PRæcipua Episcoporum cura in docendo populum Evangelium Dei sita esse debet: (q) atque, quod iam ritu- (q) Concil.
lo *De summa Trinitate, & Fide Catholica* Trid sess 24.
decretum est, ad eam rem maximè incumbant oportet, ut Parochi, & Ecclesiastici c. 4 supr. lib
viri sua munera, & ministeria in hoc ad 1. c. 1. §. 2.
impleant, quo subditi; præsertim rudes, salutari Verbi Dei doctrina pascantur. Si verò (quod absit) prædicator errores, aut scandala in populum disseminaverit, etiam si regularis sit, ei Episcopus auctoritatem Conciliij Tridentini (r) sequutus, (r) Sess. 7. c. 2.
prædicationem interdicit.

§. II.

Volens Tridentina (s) Synodus doctis (s) Sess. 23. c.
beneque instructis Ministris adhibitis populum Christianum omni salutari doctrina abundare; decrevit, ut in singulis diœcesibus Collegium erigeretur, ubi pue-

170 CONCILIUM

pueri Religiosè educarentur, & omnibus Ecclesiasticis disciplinis imbuerentur, ita vt Collegium hoc Ministrorum Dei perpetuum esset Seminarium. Quod (t) cum ob rerum incommoditatem, in hac Provincia sortiri effectum hactenus non potuerit, ne tam sanctum opus (& in his partibus, vbi melis quidem multa est, sed operari pauci) maximè necessarium, labente tempore oblivioni traderetur; hæc Synodus statuit, vt Episcopi, quo citius fieri possit, Concilij Decretum exequentes, pro cuiusque diœcesis facultate Seminarijs huiusmodi instituendis eam operam navent, vt semel instituta permanent.

§. III.

NE desit numerus Confessariorum, qui scientia periti sint, & in administratione Sacramentorum versari, atque vt errores, & damna quæ ex Ministrorum ignorantia sæpè proveniunt, vitentur, statuit ac præcipit hæc Synodus, vt in ea diœcesi, vbi conscientia casus, & Sacramenta nullus legendo interpretatur, aliquem ad id Episcopi constituent, & vbi iam constitutus est, vt in eo munere perseveret procurent. Clericos verò omnes si residentes compellant; nisi in Theo-

(t) Concil.
Lim. 3. act. 2.
c. 44. & Mil.
5. tit. de Semin.
à f. 759
ipseque Sact.
Card Borromæus.
Arch. Med. piè, &
Sanctè docet
in actibus huj.
Eccl. c. 2 p. f.
act. f. 947.

MEXICANUM. 171.

logia, vel Decretis gradum obtineant, & Episcopo probati sint, ut hos audiant Magistros, quos si audire neglexerint; neque ad Ordines, neque ad Beneficium, neque ad Sacramentorum administrationem recipiantur.

§. IV.

Sacerdotum Ministrorumque Ecclesiarum ignorantiam ex eo oriri certum est, quod in his examinandis Episcopi negligenter agant. Quare ad præscriptum Concilij Tridentini (v) iubentur, ne quemquam, sive sæcularem, sive regularem, sine diligenti examine, regulis huius Synodi servatis, ad ordines recipiant, neque ad audiendum confessiones sæcularium, etiam si Sacerdotes sint, nisi præcedenti examine, iuxta dictas regulas, idoneus repertus, ab Episcopo facultatem obtineat. Hanc autem facultatem Episcopi cautè concedant, eorum sufficientia ponderata, de quibus periculum fecerunt, ad certos personarum status eam limitantes. Semel autem examinati, & probati ad confessiones audiendas, ab eodem Episcopo non examinentur, nisi no-

va causa supervenerit.

§. V.

272

CONCILIUM

§. V.

CUM dolendum sit valde de quorundam negligentia Sacerdotum, qui quamvis ex officio Christianis documentis Indos instruere teneantur, subditorum linguam ediscere negligunt, sine qua fidei Christianæ mysteria, nec vim Sacramentorum animæ salutarem docere possunt; hæc Synodus Episcopos monet ac si opus est, eisdem mandat, ut intra sex menses ab horum Decretorum publicatione computandos, Clericos in regionibus Indorum Beneficia cum onere obtinentes in materna earundem regionum lingua examinent, & quos repererint linguæ huiusmodi ignaros, sex mensium spatio præfinito ad discendam linguam compellant, admonentes eos, quatenus elapso termino, si linguam huiusmodi non didicerint, Beneficium quod obtinent, ipso facto vocabit, & alteri de eo fiet provisio. Quod si ob nimiam idiomatis obscuritatem, vel ob aliam iustam causam id fieri non licuerit; possit tunc Episcopus alios sex menses peremptoriè præscribere, (x) in omni spe amplius prorogandi semota, in quo, & in regula decima octava cancellariæ Apostolicæ adimplenda conscientia Episcoporum onerantur.

(x) Tex in c. Quoniam in plebisque De Offic. Ord. & Reg. 20. Cancellariæ.

§. VI.

MEXICANUM. 173

§. VI.

NE Indorum instructio (y) vnquam intermittatur ; Ministris Ecclesiasticis Indorum exeundi à suis regionibus, nisi ex vrgenti causa , facultatem Episcopi non concedant. Quando verò alicui concesserint, in eius absentia idoneum Sacerdotem sufficiant.

(y) Facit
Conc. Lim.
3. act. 2. c. 4. 2.

De Visitatione propriae Provinciae.

§. I.

Nihil est ad salutem gregis accommodatius, quam praesentia Pastoris : sed quia vniversam diocesim oculis perlustrare, eique omni Episcopus assistere non potest ; visitatio ordinaria adhibenda est. Quamobrem iuxta Concilij Tridentini (z) Decreta hæc Synodus statuit, vt Episcopi quot annis, vel saltem singulis biennijs, propriam diocesim per se ipsos visitent ; aut si legitimè impediuntur, Visitatores deligant sapientia, & vitæ exemplo probatos, ab omni cupiditate alienos, ac denique tales, à quibus Cleri populique reformatio, & executio formulæ titulo *de Visitoribus* ab hac Synodo præscriptæ, in omnibus speranda sit.

(z) Sess. 24.
cap. de Re-
form. 2 Mex.
1. c. 5 2. Mil.
1 tit. de Visi-
tatione, &
Tol. act. 2. c.
2. & Lim. 3.
act. 4. c. 1. 2.
& 4. & Conc.
Mil. 4. 3. p.
tit. de Visitat.

§. II.

§. II.

(a) Sess 24.
c. 1 de Re-
form.

AD morum emendationem non mi-
noris utilitatis est temperantiæ, ac
modestix Christianæ exemplo subditos
ædificare, quàm de eorum delictis inquirere,
eademque corrigere; quod ut sibi
animo proponant, dum Episcopi suas
Dioceses visitant, hæc Synodus vehe-
menter exoptat. Quamobrem authorita-
te Concilij Tridentini, (a) susulta Episco-
pis mandat, ne cum suam Diocesim vi-
sitaverint, inutilibus sumptibus cuiquam
graves, onerosive sint; neve ipsi, aut quis-
quam suorum, quicquam procurationis
causa, pro visitatione etiam testamento-
rum ad pios usus præter id quod ex relic-
tis pijs iure debetur, aut alio quovis no-
mine; nec pecuniam, neque munus quod-
cumque sit, etiam qualitercumque offerat-
tur, accipiant, non obstante quacumque
consuetudine, etiam immemorabili; ex-
ceptis tamen victualibus, quæ sibi, & suis
frugaliter, moderatèque pro temporis
tantum necessitate, & non ultra, erunt
ministranda. Quod si quisquã (quod absit)
aliquid amplius in supradietis omnibus
casibus accipere præsumpserit; is præter
dupli restitutionem intra mensem facien-
dam,

MEXICANUM. 175

dam, alijs etiam pœnis, iuxta constitutionem Concilij Generalis Lugdunensis, quæ incipit: (b) *Exigit*; necnon alijs pœnis in Synodo Provinciali, arbitrio Synodi, sine exceptione multentur: ne integritas, quæ in visitatione servari debet, vilatenus detrimentum accipiat.

(b) Text. in cap. *Exigit*, de sensibus, lib. 6.

§. III.

Visitent (c) Episcopi Ecclesias, & quas *doctrinas* vocant, seu *conditiones*, vbi Religiosi conmorantur, ibique Eucharistiæ Sacramentum, fontem baptismalem, fabricam Ecclesiæ, & elemosynas Ecclesiæ erogatas, ac reliqua omnia ad Ecclesias, & divinum cultum spectantia. Quoad visitationem verò fabricæ Ecclesiæ; illæ domus intelliguntur exceptæ, quæ ab ipsis regularibus proprijs sumptibus sunt ædificatæ. Visitent etiam Religiosos in prædictis doctrinis, seu conditionibus degentes, quo ad animarum curam, quam exercent, eosque paterno zelo corrigant, eorum honori, & bonæ famæ prospiciant, atque id omne præstent, quod ad effectum huiusmodi necessarium sit, iuxta decretum Sacrosancti Concilij Tridentini, (d) vt in titulo *de Regularibus* mentio fit.

(c) Concil. Trid. sess. 23, c. 11. de Regulari Cedula Real de su Magestad de Barcelona, à primero de Junio de 1585.

(d) Sess. 25, c. 14.

§. IV.

§. IV.

(e) Fundatur
in lege 4 tit.
7. lib. 3. Re-
cop. & Conc.
Compof. aét.
3 cap. 19. &
Tolet. aét. 2.
c. 17 Synod.
de Quiroga,
conf. 123. &
Provinc. eiuſ-
dem Quiro-
ga, aét. 3. c.
2. & Mil. 7.
f. 204 verb.
Quotannis.
Conc. Tolet.
aét. 2 c. 17.
verb. *Sed ſi,*
prædict. &
approbat. in
Concil. Pro-
vin. celebra-
to ab eodem
Quirog. aét.
3 Decret. 1.
Mexic. 1. c.
35. cum §. 2.

VT in omnibus (e) Ecclesiasticis Tri-
bunalibus purè, rectèque agatur,
Metropolitanus, cæterique Episcopi per
ſe, vel per deputatam perſonam, ſaltem
quolibet triennio, officiales, Vicarios, Vi-
ſitatores, Fificales, Notarios, alioſque iuſ-
titiaæ miniſtros viſitent, ab eiſque grava-
mina illata reſarciant, ac pro qualitate
criminum, uſque ad officij privationem
eoſdem puniant. Si verò horum aliquis,
ex quacumque cauſa ante triennium offi-
cium dimittere debeat; per dies triginta
inquiratur, & officium eo tempore non
exerceat. Quando autem per Episcopi
obitum officia vacaverint; ab alio officia-
les ne inquirentur, quam ab Episcopi
ſucceſſore, præſentis Sede vacante fidei-
juſſoribus, de ratione officiorum poſtea
reddenda, & de ſtando rei iudicatur.

§. V.

IN viſitatione Episcopi accuratè præ-
videant, ut Eccleſiæ eo cultu tenean-
tur, qui decet domum Dei. Si quas verò
Eccleſias eo quo oportet cultu, ſine gra-
vi indigenarum moleſtia teneri non poſ-
ſe, eaſque minimè neceſſarias, immò ſu-
per

MEXICANUM. 177

per vacaneas repererint, deijci iubeant. Quæ autem necessaria iudicabuntur, reparari faciant, & convenienti cultu ornari. Facultatem denuò ædificandi Ecclesiis, aut Eremitoria sine vrgenti causa ne concedant. Si verò facultas detur, curent, ut Ecclesiæ, & Eremitoria huiusmodi in situ, & loco impartientiæ doctrinæ Indis magis commodo, quam ministrorum commoditatibus opportuno, iuxta Regiæ Maiestatis schedam erigantur.

§. VI.

Singulis quoque mensibus (f) semel Episcopi visitent carceres Ecclesiasticos, & in eis inclusos, dentque operam, ut capti, qui, vel Ecclesiastico, vel sæculari carcere detinentur, Missam, & quandoque verbi Dei prædicationem, audiant.

§. VII.

Ad tolendos abusos, & stirpandas superstitiones, quæ imprudenti quorundam pietate erga Sanctorum Reliquias, & Indulgentias irrepere solent; Episcopi Concilij Tridentini decretum exequentes, quam primùm Sanctorum Reliquias, quas in sua Dicecesi comperegerint, tam in Ecclesijs, & Monasterijs, quam

(f) Mexic. 12
cap. 68. &
Compos. aët.
1. cap. 2. &
Tolet. aët. 2.
c. 3. & Gran.
tit. de Offic.
Rectoris, n.
12. & Mil. 5.
fol. 604. ver-
bo: Episcop.
non solum,
ses. 25 in de-
creto de pu-
ro tit. de in-
vocat & ve-
nerat & re-
liq. Sancti Li-
menf. 3. aët.
1. cap. 10.
Compos. aët.
2. decret. 8.
& Mil. 1. tit.
de Sancti. re-
liq. venerat.
& Mil. 4. tit.
de Sacris re-
liquijs.



178 CONCILIUM

in potestate particularium personarum; cuiuscumque status, & conditionis, examinent, & recognoscant. Quæ si authentico testimonio non probentur, deferri, aut in loco publico venerandas proponi, nullatenus permittant. De Indulgentiis etiam iniungitur, ne scilicet eas publicari consentiant, nisi litteris Apostolicis, aut earum testimonijs optimè discussis, authenticisque repertis. Solet enim fidelibus esse occasio, ut eorum devotio erga authenticas, & veritatis testimonio comprobatas Reliquias, aut Indulgentias tepescat, si hæ, quæ authentico testimonio carent, in veneratione habentur, ac frequentantur. Deinceps autem indulgentiarum tabellæ, nisi ab Episcopo, sive eius officiali subscriptæ, ac Notarij fide roboratæ, in Ecclesijs non affigantur. Quòd si secus factum fuerit, severè corrigatur excessus.

§. VIII.

(g) Mexic. 1. c. 36. & Syn. de Quiroga, consil. 66. **V**T à rebus sacris (g) omnis simonia occasio funditus tollatur; Calices, aut vestes Ecclesiasticas Episcopus ne consecret, aut benedicat, priusquam diligenter inquirat, an eò consecrari, aut benedici petantur, ut venundentur. Quòd si huius rei causa fit, ob incommoda quæ

MEXICANUM. 179

inde oriri possint, evitanda, consecratio,
& benedictio huiusmodi concedenda non
est.

§. IX.

Nihil quicquam pecuniæ, (h) ac pretij
Episcopi accipiant, aut eorum iudices
accipere permittant, pro Collatione
Ordinum, Beneficiorum, Præbendarum,
Capellaniarum, aut earum institutione,
nec pro litteris dimissorijs, aut testimo-
nialibus, nec pro sigillo, aut alia quacum-
que de causa ad res huiusmodi spectante,
nec pro dispensationibus, quæ eis com-
mittentur, ut est à Concilio Tridentino
(i) sancitum, sub pœnis ab eo statutis.

§. X.

Maximè oportet iustitiæ officia be-
nemeritis personis conferri gra-
tis, ut cum omni integritate, & fidelita-
te exerceantur: pretium enim quo emun-
tur, in causa esse solet, ut iusto stipen-
dio officiales contenti non sint. Eam ob
causam interdicit hæc Synodus, ne Epif-
copi vendant, aut locent officia Notarij,
Fiscalis, Executoris, seu Licetoris suorum
Tribunalium; nec illi quibus conferun-
tur, vendere, locarevè possint. Quòd si
secus fiat, venditiones, seu locationes hu-

(h) Concil.
Basil. sess. 21.
in princ. to-
mo 4. Conc.
& Tarrac.
Cone in cap.
Loqui, de
offic. Vicar.
& Compos.
act 1. c. 8. &
Lim 3. act.
1 c. 6. & Mi-
lan 4. tit. de
Benefic Col-
lat ac provi-
sio verb. Ve
avaritia.

(i) Sess. 24.
c. 14. & sess.
25. cap. 18.
Compos. act.
3. cap. 24. &
Tolet. act. 1.
c. 15. Lim 3.
act 3. cap. 8.
Conc. Mil. s.
fol 785 ver-
bo: De emo-
lum. & Syn-
de Oliva, tit.
52.

180 CONCILIUM

iusmodi nullæ sint; emptor autem, & cui locatum officium fuerit, eius iacturam faciat: venditor verò, & locator quicquid huius rei causa pecuniarum acceperit, fabricæ Ecclesiæ Cathedralis restituat. Porro, ut quod per Concilium Tridentinum (k) Sess. 22. cap. 10. (K) expositum est, executioni mandetur, Episcopi Notarios hoc tempore officium exercentes examinent, eisque idoneis minimè repertis, exercendi officij usum interdican: nemine inque in posterum Notarij officium, nisi de eorum consensu, & approbatione exercere permittant. Notarios verò latinæ linguæ ignaros, in causis latinæ scriptis se interponere minimè patiantur.

§. XI.

Dispensationes, quæ de iure ex commissione Summi Pontificis ad Episcopos pertinent, ipsi per se exequantur, nec eas suis officialibus committant; idemque servetur in concedendis litteris dimissorijs ad ordines, si Episcopi sint in Provincia.

§. XII.

Quia æquum est, ut qui altari deservit, de altari pascatur; non æquum tamen, si nullo constituto stipendio, quicquid pro ratione ministerij exi-

MEXICANUM. 187

gere velit, ministri relinquatur arbitrio; hæc Synodus Episcopis mandat, (l) vt (l) **Conc. Li-**
cum nulla generalis regula terris adeò di- **mens. 3. act.**
versis præscribi possit; singuli quo bre- **4. cap. 15.**
viùs fieri poterit, in suis Diœcesibus sti-
pendium ministris Ecclesiæ pro cuiusque
ratione ministerij, & regionis conditione
ad victum congruum æqua æstimatione
constituant.

§. XIII.

Frustrâ conderentur leges, si ijs ob-
servandis vigilans, cura non adhi-
beretur, & de earum observatione nulla
ratio peteretur. Quare constitutionem
Concilij Lateranensis, quæ incipit: (m)
Sicut olim; hæc Synodus sequuta, decer-
nit, ac præcipit, vt Episcopi per suas Dice-
ceses viros statuunt doctrina, & vitæ
exemplo probatos, qui sollicitè investi-
gent, an, & quomodo Sacri Canones,
& huius Synodi decreta seruentur, & tes-
tium Synodaliũ officio fungentes, in
prima futura Provinciali Synodo de sua
diligentia, aut negligentia rationem
reddant.

§. XIV.

Singuli quoque Episcopi libros duos
habeant, in quorum vno Parochia-
les Ecclesias omnes suarum Diœcesum

(m) **Tex in**
c. Sicut olim
de accusat. &
in cap. Epis-
copus in Sy-
nod. 35. q. 6.
& Tolet. act.
3. cap. 28 &
Syn. de Qui-
rog ad finem
fol. 78 & 79.
& Prov eius-
dem Quiro-
gæ, act. 1. c.
32 & Lim. 3.
act. 4. c. 23.
& Mil 3. fol.
604. verbo
Episcop. in
vrbe sua, &
43. p. tit. de
testibus Sy-
nod.



describant, Rectoresque earum annotent, etiam si per se ipsos, vel per Vicarios Parochijs ministrant: causam etiam, ob quam qui Vicarios adhibent, in Ecclesia non resident, aut ad residendum non fuerint compulsi. In altero verò libro visitationes scribantur per Episcopos, vel per Visitatores factas, quas ipsi, eorumque Notarij subscribant, ut in Provinciali Synodo constare possit, quas Ecclesias visitaverint, quasvè non. Hoc enim veluti stimulo excitabuntur Episcopi, & Visitatores ad ea implenda, quæ sibi ex munere incumbunt, aut si minus fecerint, de opportuno remedio providebitur.

§. XV.

ET si de omnibus, quæ ad cultum divinum pertinent, Episcopos sollicitos esse oportet, ut Ministri Ecclesiastici iniuncto sibi muneri perfecte satisficiant in eam præcipuè curam incumbere admoventur, ut Sacerdotes Sanctissimam Eucharistiã venerentur, & colant, ad quam conficiendam, & omni cultu prosequendam sacris fuerunt ordinibus initiati, quam ob causam curent Episcopi, ut in ipso institutionis Sanctissimi huius Sacramenti die, feria videlicet quinta in Coena Domini, Sa-
cet:



MEXICANUM. 183

Sacerdotes aliqui una cum secularibus eo tempore in Ecclesia commorari solitis, Corpori Dominico assistant; (n) quando verò Sanctissima Eucharistia ad infirmos ducitur, eam Sacerdotes superpelliceis induti devotè committentur, ut eorum exemplo devotio secularium ferventior sit, & ab omnibus Christo Domino verus honor, verusque cultus exhibeatur.

(n) Concil.
Mil. 3 f. 590.
verb. Sacer-
doti.

§. XVI.

Sicut oportuit (o) in Ecclesia Dei gravissimorum quorundam peccatorum casus Episcopis reservari; ita conveniens est, ut in foro exteriori causæ graviores, & quæ maiori indigent speculatione, & authoritate, eisdem quoque referrentur. Quia verò matrimoniales causæ, ubi de divortio, & separatione, quoad thorum, & vinculum agitur, in populo Christiano gravissimæ sunt; de eis tantum Episcopos cognoscere posse, hæc Synodus statuit, ac iubet.

(o) Concil.
Trid. sess. 14.
cap. 7. de ca-
sum reserv.
Conc. Trid.
sess. 14 c. 20.
verb. ad hæc,
Conc. Lim.
1. oct. 2. cap.
35.

§. XVII.

Quod si in aliquo caso Episcopis videatur, causam suis officialibus, quo ad processum conficiendum submittant, decisione causæ libi ipsis re-

184 **CONCILIUM**
renta. Quando verò ad hoc officiales de-
legari, contigerit, ipsi quemquam alium
subdelegare non possint; præsertim ad
testes examinandos, & eorum testimonia
suscipienda.

§. XVIII.

QUoniam ob locorum distantiam
notitia personarum, quibus causæ
mandantur, à Summo Pontifice
plene haberi non potest; & ex huiusmodi
delegatione causarum multa incommo-
da possunt oriri: Sacrosanctum Triden-
tinum (p) Concilium renovans Bonifacii
VIII. constitutionem, quæ incipit: (q)
Statutum; decrevit à Metropolitanis, &
Diocesanis singulis in suis Diocæsi-
bus quatuor saltem personas ad id aptas de-
signari, quibus causæ delegandæ commit-
tentur, quam designationem Episcopi ad
Summum Pontificem transmitterent; ic-
circo Episcopi omnes huius Mexicanae
Provinciae in Synodo Provinciali con-
gregati, personas huiusmodi depu-
tarunt in hunc, qui sequitur,
modum.

(p) Sess. 25.
cap. 10.

(q) Tex in
c. Statut de
refor. lib. 6

MEXICANUM. 185

*Personæ in Archiepiscopatu Mexicano
ab Illustrissimo Metropolitano
designatæ.*

Doctor Ioannes Zurnero, Ecclesiæ Mexi-
canæ Archidiaconus.

Doctor Sancius Sanchez de Muñon, eius-
dem Ecclesiæ Scholasticus.

Baccalaureus Petrus Garcés, eiusdem
Ecclesiæ Thesaurarius.

Baccalaureus Alphonsus Lopez de Car-
denas.

Doctor Melchior de la Cadena.

Baccalaureus Alphonsus de Ecija, Cano-
nici eiusdem Ecclesiæ.

*Personæ à Reverendissimo Episcopo
Guatemalensi in suo Episcopatu
designatæ.*

Petrus de Liebana, Decanus Ecclesiæ
Guatemalensis.

Didacus de Carvajal, Archidiaconus eius-
dem Ecclesiæ.

Licentiatus Franciscus González, Scho-
lasticus eiusdem Ecclesiæ.

Baccalaureus Gundisalvus de Alarcon,
Thesaurarius eiusdem Ecclesiæ,

Per



186 CONCILIUM

*Persona à Reverendissimo Mechuanen-
si in suo Episcopato deputata.*

Licentiatuſ Alphonſuſ de la Mota & de
Scovar, Decanuſ Eccleſiæ Mechua-
nenſis.

Baccalaureuſ Didacuſ de Orduña, Scho-
laſticuſ eiuſdem Eccleſiæ.

Doctõr Alphonſuſ Ruiz, Canonicuſ ei-
dem Eccleſiæ.

*Persona deputata in ſuo Episcopatu à
Reverendissimo Episcopo Teax-
callenſi.*

Thomas de la Plaza, Decanuſ Eccleſiæ
Teaxcallenſis.

Baccalaureuſ Ferdinanduſ Pacheco, Ar-
chidiaconuſ eiuſdem Eccleſiæ.

Baccalaureuſ Alphonſuſ Perez de Andra-
de, Cantõr eiuſdem Eccleſiæ.

Franciſcuſ de Beteta, Scholaſticuſ ei-
dem Eccleſiæ.

Doctõr Ioanneſ de Cervanteſ, Theſaur-
ariuſ eiuſdem Eccleſiæ.

Baccalaureuſ Garcia Rodriguez Maldo-
nado, Canonicuſ eiuſdem Eccleſiæ.

MEXICANUM. 187

*Personæ deputatæ in suo Episcopatu à
Reverendissimo Episcopo Yuca-
tanensi.*

Baccalaureus Franciscus de Quintana;
Archidiaconus Yucatanensis.

Leonardus González de Sequera, The-
saurarius eiusdem Ecclesiæ.

*Personæ deputatæ in suo Episcopatu à
Reverendissimo Episcopo Xalif-
conensi.*

Licentiatus Martinus de Spes, Decanus
Ecclesiæ Xalifconensis.

Licentiatus Franciscus de Segura, Can-
tor eiusdem Ecclesiæ.

Franciscus de Morales, Thesaurarius eius-
dem Ecclesiæ.

Licentiatus Melchior Gomez de Soria;
Canonicus eiusdem Ecclesiæ.

*Personæ deputatæ in suo Episcopatu à
Reverendissimo Episcopo Gua-
xacanensi.*

Doctor Sancius de Atzoris, Decanus
Ecclesiæ Guaxacanensis.

Baccalaureus Petrus de Alaves, Archi-
diaconus eiusdem Ecclesiæ.

Bac;

188

CONCILIUM

Baccalaureus Balthasar de Villoa, Scho-
lasticus eiusdem Ecclesiz.Franciscus de Covarrubias, Canonicus
eiusdem Ecclesiz.

LIBRI TERTIJ.

TITULUS SECUNDUS.

DE OFFICIO RECTORIS, ET
Plebani.

(r) De hoc *De Officio Parochi, & doctrina cura.* (r)
 titulo in ge-
 nere ben. lo-
 quit in Con-
 cil. 1. Milan.
 par. 2. De his
 que ad Sacr.
 Administrat.
 pertinent, &
 Gran. tit. De
 offic. Recto-
 ris, & Synod.
 de Quinq. à
 const. 4. v.
 que ad cons.
 47.

§. I.

Animarum curam gerere, earum
 morbis mederi, & eas ad Deum
 ducere, in quibus omnis curatorum offi-
 cij ratio versatur, ars artium, & scientia
 scientiarum est. Sed quia in re tanti pon-
 deris, & momenti, ubi de animarum sa-
 lute agitur, qualibet negligentia valde
 periculosa est, Parochos omnes, tam Sæ-
 culares, quam Regulares, hæc Synodus
 quantum potest, in Domino cohortatur,
 eisque præcipit, ut impositum suis hume-
 ris onus attentè considerent, & eis qui
 spirituali subditorum utilitati consulant,
 promissum præmium animadvertant; ac

ne-

MEXICANUM. 189

negligentèr agentibus statutum supplicium ob oculos ponant: divinaque, adiuvante gratia, ad id toto pectore incumbant, vt in suo munere obeuando omnem operam præstent. Quò verò officij sui rationes Parochis magis notæ sint, in decretorum huius Synodi, eorum præsertim, quæ ad suum munus pertinent, assiduâ lectione versentur, librumque decretorum huiusmodi post sex menses à die publicationis eorum computandos emanat, (f) & secum habeant; sin minus, pondo (f) Vide supra decem multentur, quorum partes duæ tit. de Cont. fabricæ Ecclesiæ, cuius exercent curam, §. 3^o tribuantur; tertia verò accusatori, aut eo deficiente, Iudici, à quo officio id fuerit iudicatum.

§. II.

Cum prædicatione verbi Dei, ac Doctrinæ Christianæ documentis maximè subditorum mentes illuminentur, & ad Deum dirigantur; præcipit hæc Synodus, vt huic rei Curati potissimum invigilent, eo tempore, & ordine, quibus titulo *de Summa Trinitate*, &

Fide Catholica præscribitur. (c)

(c) Supr. lib.
1 tit. 1. §. 2^o

De

De Administratione Sacramentorum

§. I.

Perpendant Parochi, dispensationem Sacramentorum, quæ cibus, & medicina animarum sunt, à Domino sibi creditam; & quam sint Deo rationem reddituri, si in pascendo grege minus sollicitè egerint. Quamobrem tamquam servi fideles ministerium impleant, petentibusque, & indigentibus spirituales cibum ne denegent, sed ita se gerant, ne in Curia, aut negligentia, administrationem Sacramentorum omittant.

§. II.

Vocati ad alicuius infirmi peccata audiendum, eò sine mora festinent, scientes ægroti salutem spiritualem à proprio eorum adventu pendere posse. Quoties verò secus fecerint; pondo quinquaginta multentur, fabricæ Ecclesiæ, pauperibus, & accusatori æquè distribuendis; & ab officio, ac Beneficio per bimestre suspensi sint. Si verò quilibet alius Sacerdos, absente Parocho, in casu necessitatis ad audiendum peccata vocatus ire recuserit, Episcopi arbitrato puniatur.

Quòd

MEXICANUM. 1791

Quòd si Parochus, aut Sacerdos huiusmodi ægroti idioma non noverit, interpretem adhibeat, vt ægrotum incoerentem consoletur, & exhortetur. Si autem se ad id non teneri, valdè tamen animæ salutis utile esse admonitus, per interpretem peccata sua ægrotus confiteri voluerit, & interpretes spectatæ fidei sit ea Sacerdos, audire poterit. Curati quoque omnes (v) subditis suis in mortis articulo constitutis assistant, eosque exhortentur, ad formam in Cathecismo ab hac Synodo probato contentam.

(v) Vide supra lib. 1. tit. 1. §. 10. & 11.

§. III.

Cum Sanctissimæ Eucharistiæ, quæ cibus, & vita animæ est, ac peregrinantium in hoc sæculo fortitudo, iam usque à renascente Ecclesia cum fructu animarum vberissimo frequens sit usus; cumque optet Sacrosancta Tridentina, (x) Synodus, vt in singulis Missis fideles assantes, non solum spiritali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicent; quorundam nihilominus adeò imprudens zelus sit, vt Indos, & servos, qui tamquam parvuli recens in Christiana fide nati, tam salutari indigent alimento, ab Eucharistiæ perceptione arceri velint. Quamobrem Pa-

(x) Sess. 22; cap. 6.

195 CONCIĪIUM

rochos omnes hæc Synodus hortatur, eis-
que iubet, vt Indos, ac seruos huiusmo-
di accuratè edocèant vim, & rationem
tanti Sacramenti, puritatem quoque
conscientiæ, & animi reverentiam, qui-
bus dignè se præparent ad Eucharistiæ
sumptionem. Quos verò hac animi præ-
paratione dispositos noverint, eis (præ-
sertim si infirmi sint) nullatenùs Eucha-
ristiam denegari patiantur, ne sine tanto
Viatico, & sine Extremæ-Vnctionis Sa-
cramentis, vt est titulo *de Sacra vnctio-
ne* sancitum, (y) ex hac vita discedant.

(y) Supr. lib.

1. tit. 6 §. 3.

(z) Mex. 1.

c. 6. & 7. de

Materia hu-

nus § cum

leqq. loqui-

tur Guadix,

tit. 2. const.

35. 12. 33.

34. & 35.

Syn. de Qui-

roga, const.

11. & Gran.

tit. de Pœn.

& remiss. n.

20. 21. 22. &

23. Mex. 2.

c. 24. Conc.

Milan. 5. tit.

Quæ ad Sa-

cram. Peni-

tentiæ perti-

nent, in prin-

cipio.

*De vigilantia, & cura circa subditos,
præsertim in Sacramentorum
receptione. (z)*

§. I.

VT Parochi sæculares, & Regulares
votiuum vultum cognoscant, &
vtriusque sexus fideles sibi commissi, in
sua quique Parochia, statutis ab Ecclesia
temporibus peccata confiteantur, & Eu-
charistiæ Sacramentum suscipiant; Paro-
chiales suos vtriusque sexus, Hispanos,
mixtos, Æthiopes, & ex altero parente
Æthiope ortos, & Indos, decem anno-
rum ætate maiores, coniugatos, & cæli-

bes.

MEXICANUM. 193.

des, suis nominibus in indice describant, exprimendo familiæ capita, virum, & uxorem, filios, famulos, servos, nec non pastorum, agricolarum, & aliorum in agris commorantium sibi subditorum in eodem indice mentionem faciant; ut personarum numero, quarum peccata audire debent, Parochis hoc modo constet. Indices verò huiusmodi singulo quoque anno conficiant à principio Quadragesimæ in Hispanorum locis: à Septuagesimâ autem, vel antea (si Episcopo visum fuerit) in oppidis seu pagis Indorum.

§. II.

MOneant quoque Parochi à Dominica Septuagesimæ Parochiales sibi subditos, ne vsque ad Quadragesimæ finem peccatorum confessionem differant: sed potius ita se ad eam præparent, ut ante maiorem hebdomadam peccata confessi tempore ab Ecclesia præfinito sacrosanctam Eucharistiam percipiant.

§. III.

Parochi Hispanorum Dominica *Quasimodo* inter Missarum solennia, tempore offertorij publice in sua
N
quis

194 CONCILIUM

quique Parochia denuntient Hispanos omnes, mixtos, Æthiopes, & ex altero parente Æthiope natos, qui nondum eo tempore peccata confessi sunt, nec Eucharistiam sumpserunt, Ecclesiæ præceptum transgressos fuisse, & gravem in Deum offensam commisisse. Ad cuius culpe emendationem eos moneant, quatenus præfinito tempore, usque ad Dominicam sequentem inclusive peccata confiteantur, & Eucharistiam sumant; sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam omnes (servis exceptis) incuriant.

§. IV.

Qui vero sic denuntiati, tempore præfixo confiteri peccata, & Eucharistiam sumere neglexerint, sequenti festo, vel Dominica publicè declarentur excommunicati, & à divinis arceantur officijs nisi de confessorij consilio ad Eucharistiam non accesserint: sic autem excommunicati, ab alio, quam à proprio Parocho absolvi non possint. Hispani verò, & mixti, prius quam absolvantur, pondo vno multentur, Æthiope editi iam liberti, pondo dimidio, ad usus fabricæ Ecclesiæ, cuius fuerint Parochialis; pro servis



MEXICANUM. 195

verò pondo demidium heri persolvant, eo quòd negligenter servos ad peccatorum confessionem monuerint. Quas quidem multas Parochi non recipiant, sed ipsis præsentibus in arca recondantur, ad effectum huiusmodi in qualibet Ecclesia deputanda.

§. V.

CUM publice excommunicatis hæc ratio habeatur, vt si quarta Dominica post Resurrectionem emendati non paruerint, cum participantibus excommunicentur. Si verò Dominica quinta adhuc peccata confessi non sint, nec Eucharistiam susceperint, anathemate feriantur. Quibus sic gestis, indices sive libellos suos Parochi clausos deferant, aut per providam personam adeò opportune ad Officiales Episcoporum transmittant, vt ad diem Pentecostes prædictis officialibus tradantur; sin minus, pondo decem multentur fabricæ Ecclesiæ cuius Parochi fuerint, & pijs operibus æquè distribuendis. Cum autem servi decreti huius censuras non incurrant, decernitur, vt pœna pecuniaria heris impossita augeatur iuxta servorum retardationem in peccatis confitendis.



196 CONCILIUM

Si verò (quod absit) aliqui ex huiusmodi excommunicatis, adeò pertinaces, & obstinati sint, vt nõndum in die Pentecostes Ecclesiæ præceptum adimpleverint; eorum absolutio ordinario reserveatur, qui eos absolvendi facultatem nulli tribuat, vt ipsi verecundia cõfusi iterum non delinquant, & alij metu pœnæ cautiore evadant.

§. VI.

Indorum etiam Parochi, tam sæculari res, quàm regulares, Dominica *Quasimodo* eos admoneant, teneri semel in anno peccata sua confiteri: quos verò repererint eo tempore non satisfacisse præcepto, graviter reprehendant, eisque tempus ad confitendum præfiant. Quòd si non patuerint, pro ratione dilationis puniantur. Ad Dominicam autem Pentecostes officiali Episcopi indices seu libellos mittant, quibus describantur eorumque confessi sunt, ingenium, & Christiani mores, & hi etiam qui sumunt Eucharistiam, nec non illi qui peccata confessi non sunt, quod Parochi exequantur sub pœna pondo decem, ad Ecclesiæ fabricam,

& pios usus.

§. VII.

MEXICANUM. 197

§. VII.

PRO populo sibi commisso orationes, & sacrificia Deo offerre Parochi debent: ob idque hæc Synodus dæcernit, ut omnibus diebus Dominicis (a) & festis colendis Missam de Officio occurrenti celebrent; nec non primas, & secundas Vesperas solemniter cantent: quibus quoties ipsimet non intersint, pondo vnum ad fabricæ Ecclesiæ usum persolvant.

(a) Guadix, c. 3. conf. 10. & Synod. 2. de Quiroga 92.

§. VIII.

OMnibus (b) diebus Dominicis inter Missarum solemnia tempore offerentorij subditis annuntient festa colenda, ac dies ieiunij ex præcepto, quæ in sequentem hebdomadam inciderint, sub pœna pondo quatuor accusatori, & pijs operibus distribuendis: vigilias, etiam Beatæ Mariæ Virginis, quæ non ieiunantur dies itidem (c) rogationum evulgent, moneantque subditos, ut his diebus ieiunandi, & ab essu carnum abstinendi, laudabilem fidelium consuetudinem servent, prout titulo. *De observatione ieiuniorum* decretum est: nec non indulgentias ob id sibi concessas, eisdem notas faciant.

(b) Mex. v. c. 37. & Milan. 3. tit. de Parochis. verb. Dominicis diebus.

(c) Lux à Conc. Aurel. 2. c. 25. tom. 2. Conc. General. Referitur in cap. Rogationes de Contacr. dist. 3 & vide infra lib 3. t. 21. §. 3. ex Granat. tit. de Offic. Rectoris.



198 CONCILIUM

§. IX.

Singulis octo diebus sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum renovent, consecrantes ostiam eo die, vel pridie eius diei confectam; corporalia singulis quindecim diebus lavare curent, quæ cum ad labandum dederint, attentè respiciant, ne particula vlla in eis remaneat; purificatoria eidem singulis quoque octo diebus mudentur. Quoties autem in aliquo horum negligentegerint, pondo quatuor multentur, sumptibus lampadis coram Dominici Corporis Sacramento ardentis aplicandis.

§. X.

(d) Sess 24. c.
2. de Reform.
Matrim. & in-
frà tit de Bap-
tism. §. 5.

Parochi, iuxta Concilij Tridentini (d) decretum, antequam ad conferendum Baptismum accedant, diligenter ab his ad quos spectat sciscitentur, quem, vel quos elegerint; ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eum, vel eos tantum ad illum suscipiendum admittant; doceantque eos quam cognitionem contraxerint, atque solum eorum nomina in libro describant, quamvis alij ultra designatos, baptizatum tetigerint.

§. XI.

§. XI.

AD vitanda (e) incommoda quæ labente tempore ex rerum oblivione nascuntur, in Sacramentis præsertim iterandis, & matrimonijs ex cognationis ignorantia in gradibus prohibitis contrahendis; mandat hæc Synodus, ut Parochi singuli tres libros habeant in quorum vno baptizatorum, eorumque parentum, & compatrum, baptizantis quoque nomina, describant. In secundi verò libri parte vnâ eos qui matrimonium contraxerunt, parentes quoque eorum, & patriam, testes etiam matrimonio assistentes annotent, ac suo proprio nomine muniant. In altera verò parte defunctorum nomina, cum die mense, anno, & Ecclesia, in qua sepulti sunt, scribant. In tertio denique libro, eorum qui sancto Chrismate deliniti sunt, parentum quoque, compatrum, ac Confirmantis nomina apponantur, hi porrò libri ad formam ab Episcopo præscriptam asserventur: quibus, & in eis scriptis, ac Parochi nomine subscriptis, tam in iudicio, quam extra fides adhibeatur.

(e) Ex Conc. Trid Sess. 24. c. 2 de Refor. matr & Mex. 1. c. 32 & Milanens 1. tit. Quæ pertinet ad baptismi administrationem, verb. Parochus, ex Concil. Trid. sess 24 c. 1 de Refor matr. & Mil 1 part. 7. tit. Quæ ad Sacramentum Matrim pertinent Gran. tit. de Offic. Rector n 24. Milan. n. partit. Quæ pertinent ad Sacram Confirmationis ad ministratiõem, Syn de Quir. conl. 6. & 8.

§. XII.

NUllum extraneum matrimonio coniungant, si prius per diligentem inquisitionem non constet, cum nullo legitimo teneri impedimento; ac preterea ab Episcopo contrahendi facultatem inscriptis habeat, iuxta Concilij Tridentini (f) decretum, sub pœna pondo quatuor ad usum fabricæ, & accusatoris, seu accusatorè deficiente, iudicis id iudicantis.

(f) Sess. 24. c. 7. de Reform. matr vide supra, lib 1. tit. de Officio Iudicis Ordinarij, § 23. ex Gran. vbi supra in princip. huius tituli.

§. XIII.

PAROCHI statim ac fuerint requisiti; interdicta, & censuras, prout sibi fuerit à Iudicibus Ecclesiasticis iniunctum, annuncient ac promulgent, sub pœna pondo decem ad usum fabricæ, & piorum operum: si autem Paroquialis aliquis cum participantibus excommunicatus, vel anathemate percussus reperitur; cum Parochi admoneant, ut vel se domi contineat, vel è Civitate aut oppido egrediatur, ne colloquio suo alios contamineat, quod si horum monito parere noluerit, auxilium implorent sæcularium Magistratum, quos hæc Synodus exhortatur, ut in re tam iusta Eccle-

MEXICANUM. 207

fix opem ferant, quo excommunicati huiusmodi citius absolutionis remedium perquirant.

§. XIV.

Curent (g) diligenter, ne in Ecclesijs (g) Gran. vb i quicquam desit quod ad earum ^{suprà.} nitorem, & ornatum, ac Divinum cultum pertineat. Si verò ad id re aliqua opus sit; Episcopum certiozem faciant, vt opportunè providere possit.

§. XV.

Quo melius in Sacramentorum administratione dirigantur, Parochi omnes directorium confessoriorum ab hac Synodo designatum, & approbatum secum habeant, eiusque regulas servent. Qui verò eo caruerit; pro suæ ratione contumaciæ, vsque ad officij privationem plectetur.

De Sollicitudine præstanda vt peccatis remedium adbibeatur.(h)

(h) Gran. de Offic. rect. n. 9

§. I.

Inter alia curatorum præcipua munera, vnum illud est, vt peccatis publicis, quibus ira Dei in populum irritatur,

202 **CONCILIUM**
remedium afferant , viasque vitiorum
omnium intercludant.

§. II.

Quamobrem Parochis præcipitur,
vt in suis Parochijs diligenter
sciscitentur, sint ne malefici ho-
mines, sortilegi, benefici, concubinarij,
fœminæ impudicæ, lenæ, publici aleato-
rum susceptores , diversoria vbi in ho-
nestæ fœminæ commorentur, aut alia pu-
blica huiusmodi peccata : quibus si ali-
quos irretitos invenerint , eos benignè
moneant , & ad culpæ emendationem
horrentur : Quòd si minimè resipuerint,
eos suis in libellis describant , & officia-
libus denuntient, vt pœnis , & alijs con-
venientioribus remedijs coerceantur : si
verò ex his peccata aliqua adeò publica
non sint , contra quæ de iure procedi
non possit immo magis Episcopi horta-
tu corrigi posse videantur ; ea Episcopo
clam nota faciant , vt salutare his
malis, applicet medica-
mentum.

MEXICANUM. 203

§. III.

Sciscitentur (i) iidem in regionibus sibi subditis an aliqui mercatorum prætextu ab vxoribus separati vagentur, & in adulterio vivant: inquirent quoque inter muliones, veredarios, & alios huiusmodi vectores, an aliqui huius generis sint; quos cum repererint, ab adulterio, si in eo sunt, revocari, ad vitam conjugalem compellantur. Quòd si aliquos hinas exercentes nuptias invenerint, Episcopo nuncient, ut quemadmodum oportet, graviter eos puniat.

(i) Mex 1. c.
71.

§. IV.

Eleemosinas (k) in suis Parochijs, & regionibus ab his peti ne patiantur, qui extranei sunt, sine Episcopi licentia inscriptis, id tamen de Religiosis personis mendicantium ordinum, Superiorum permissa, eleemosinas ad victum Monasteriorum quærantibus ne intelligatur, nec de ægrotis quorum inopia manifesta est, dummodo schedam ostendant, qua constet præterita Quadragesima peccata fuisse confessos, aut intra tres dies ea confiteantur: virum autem, & mulierem simul mendicare non permit-

(k) Granar de
Offic Rector.
n. 14.



304 . CONCILIUM
mittant, nisi se coniuges esse sufficienti
probennt testimonio.

*De his quæ ad Parochos Indorum
attinent.*

§. I.

(1) Mexic. r. c. 12. **C**Upiens hæc Synodus, (1) ne Ministri
Ecclesiæ Indos exactionibus ve-
rent, neve Indi licibus, quas ipsi movere
solent, Ministros exagitent; statuit ac
præcipit, vt Parochi nihil quicquam sti-
pendij, vel victus ab Indis petant, neve
ampliùs accipiant, quàm quod sibi fue-
rit constitutum. Quando verò id acce-
perint, in libro cum die, mense, & anno
describant, ipsique ac procuratores loci
seu oppidi subscribant, vt huius rei mo-
numentum extet, falsisque testimonijs,
& calumnijs aditus intercludatur. Cùm
autem ad oppidum aliquod visitandum
diverterint, ibique ei eibus suppeditabi-
tur, ab oppido vbi resident, victus no-
mine nihil accipiant, nec quum in duo-
bus locis Missas celebraverint, ab vtro-
que ad victum stipendium
petant.

MEXICANUM. 105

§. II.

Non solum ad omni cupiditate, & avaritia, sed iuxta Apostoli præceptum, ab omni earum specie Ecclesiasticos viros ab horrere oportet. Quapropter sæculares, & regulares Indorum Ministri festi alicuius celebrandi gratia, loca iurisdictionis suæ ne adeant, nisi infra octavam festi commemoratione verò omnium fidelium defunctorum celebritatem ultra decimum quintum diem mensis Decembris ne protrahant. Porrò à Feria quarta Cinerum, (m) vsque ad Dominicam primam Quadragesimæ tantum, hominum capita cinere spargant, locum ad id deligentes, in quem omnes suarum regionum homines commode huius rei gratia convenire possint.

(m) Concil.
Mil. s. t. Quæ
ad Sacramen-
ta, &c. verb.
Sacror. Ciner.

§. III.

Nihil Indis sibi subditis, per se, aut interpositam personam ad Ecclesiarum ornatum, & cultus Divini usum vendant. Si verò factis fecerint, rei venditæ iacturam faciant, & Episcopi arbitrati puniantur.

§. IV.

206 CONCILIUM :

§. IV.

(n) Mex. 1. c. 59. §. 1. **I**N suis regionibus duos tantummodo equos habeant, (n) ne si plures habuerint. Indis onerosi sint, & sumptibus ad alendum equos molesti; nisi pro ratione regiones Episcopus aliter iudicaverit; tunc enim de eius licentia plures quam duos habere poterunt. Canes ad venandum ne alant, neque cum ab vno oppido in aliud visitandi gratia diverterint, venando per ambulent, sed ex gravitate, quæ Patres spirituales in eo officio exercendo decet, incedant.

§. V.

(o) Mex. 1. c. 59. §. 4. **V**agos homines, (o) aleatores, & eos quorum suspecta fama est, hospitatione recipiant: hi enim Indis perniciosi sunt, & eis offendiculum parant, sin minus fecerint; graviter usque ad officij privationem plectantur, hoc tamen decreto non prohibetur, ne hospitales sint erga viatores, sine Indorum incommodo iter agentes.

§. VI.

(p) Limen. 3. act. 3. c. 3. ad finem.

Quia Indi timidi sunt, & pusillanimes (p) oportet Parochos cum
cis

MEXICANUM. 207

eis mansuetè ac benignè agere, nec eos minis deterrere, sic enim fit, vt languescentes animo peccata sua confiteri non audeant, ac salutari pœnitentiæ remedio destituantur.

§. VII.

Quamobrem præcipit hæc Synodus, ne Parochi per se in Indos animadvertant (q) sed per Fideles, & Iustitiæ Ministros ad id deputatos: in quibus corrigendis modus adhibeatur, nec correctionis forma ab Episcopo præscripta excedatur.

(q) Mex. r. c. 60 § 1. & Guadix, tit. 5. Const. 11. & Limen. 3. aët. 4. c. 8.

§. VIII.

Indos (r) cum periculo mortis ægrotantes, peccata confitendi, & Eucharistiam sumendi causa, ad Ecclesias seu Monasteria deferri nullatenus permittant, vt est titulo: *De Sacra Unctione* sancitum.

(r) Suprà lib. 1. c. 6.

§. IX.

Quo facilius (s) ac promptiùs subditis in tribulatione possitis Parochi succurrant, & subditi ad ea de quibus opus habent Parochos inueniant; ij prope Ecclesias commorentur. Si verò domus habitationis Pa-

(s) Mex. 1. c. 39 §. 2. & Mex. 2. cap. 6. Syn. de Quir. const. 39 ad finem, & Mil. 3. tit. de Parochis verb. Siquis Parochus.



208 CONCILIUM

fochi intra Ecclesiam contineatur, ad cultum domus pro honestate, & reverentia loci mulieres ne adhibeat, eademque de causa, nec confessions domi audiat, nec matrimonia discutiatur; sed tantum in Ecclesia, sub pœna pondo sex quoties contra fecerit, accusatori, & sumptibus iustitiæ distribuendorum. Cum verò alicuius rei gratia, quæ ad officium pertineat, Indorum domus intraverit; eos sibi comites adiungat, à quibus omnis pravæ suspicionis occasio, omnino aliena sit.

§. X.

(t) Mex. 2. o.
8. & 9.

Devotionem subditorum augere strenuè procurent: (t) diebus quoque singulis, quibus Missam audire præceptum non est, eam manè celebrent, & campane sono Indi vocentur eo tempore, quo sine impedimento negotiorum, aut operarum Missam audire possint. In diebus verò, in quibus ex præcepto Missa audienda est, si subisti longè absint à loco ubi celebratur, eamque in viciniore Ecclesia audire possunt; ne prohibeantur in aliena Parochia sacrum audire, in oppido eis ab Episcopo designato,

MEXICANUM. 209

§. XI.

Indos carcere inclusos singula quaque hebdomada, semel visitent, (v) eosque in tribulatione afflictos consolentur, & impeditos quominus doctrinæ Christianæ documenta audire possint, paterno zelo eadem doceant, Iudicesque adeant, eosque pro causæ expeditione, & libertate detentorum huiusmodi deprecantur.

(v) Mex. 1. c. 68
Synod de Quir. constit. 47.

§. XII.

Experientia comprobatur, eam esse Indorum naturam, ut facile quæ docti sunt obliviscantur, si eis instituentis assidua diligentia non adhibeatur, ideo Parochis præcipitur, (x) ut bis saltem in anno Parochias, & districtus suos visitent, quo Christianam doctrinam Indos doceant: & quos doctrinæ Christianæ ignaros repererint, annotent, & scribant, eosque ad capesendam iuvent. Quod ut præstent, Indos aliquos bene instructos, quorum fides spectata sit, adhibeant: ijque coram Beneficiato, cui hæc cura incumbit, Christianam doctrinam alios edoceant, & de illa ab eis rationem querant, Idemque faciat Minister,

(x) Mex. 1. c. 65.

210 **CONCILIUM.**

nister, seu Beneficiatus huiusmodi, né si Sacerdos huic rei operam non navat, eaque cura Indis committitur, contemnatur hoc ministerium.

§. XIII.

NE verò hæc quæ hoc titulo decreta sunt, difficultate aliqua involuta sint; declarat hæc Synodus, nomine Curatorum regularium Indorum oppidis comprehendi Priorem, Guardianum, Vicarium, aut Praefectum Monasteriorum, quibus Indi subditi sunt. In Civitatibus verò aut oppidis Hispanorum, Religiosam personam, cui à Superioribus administrationis Indorum cura demandata est. Idemque exponit, (y) in omnibus quæ præcipiuntur curatis per decreta huius Synodi, comprehendi curatos regulares, qui non ex voto charitatis, sed ex officio hoc munus exercere debent; si illud in se suscipiant. Quo ad pœnas verò designatas aliter non comprehenduntur, quàm ut titulo:

De pœnis expressum est.

(y) Ea Real
Cedula de
Barcelona
por Junio,
año 1585.
Iuse. lib. 5. 3. 9



MEXICANUM. 211

LIBRI TERTII
TITULUS TERTIUS.*DE BENEFICIATIS CATHE-
dralium Parochialium, & eorum
officijs.**De assistentia Beneficiatorum Divinis
officijs debita.*

§. I.

Populi Christiani devotio, ea re ma-
ximè conservatur, quòd mirabilis
ordo in cultu Divino cernitur, ob varietatem officiorum, & ministeriorum, ex quibus Militantis Ecclesiæ ornatæ varietate pulcritudo mirifica cernitur. Quod eam ob causam diligenter curandum est, ne Divina hæc harmonia vllatenus disonet; immo Præbendati, & Beneficiati omnes plenè id totum adimpleant, quod sibi incumbit ex officio, cuius ratione Beneficium confertur.

212 · CONCILIUM

§. II.

(2) Conc. Mil.
4. tit. Quæ per
tinent ad Ca-
pitula Cathedra-
dralium,

QUOD ut fiat, hæc Synodus imprimis præcipit (2) Dignitatibus, Canonicis, Præbendatis, Beneficiariis, & Ministris omnibus Ecclesiarum Cathedralium, ut in omnibus, & per omnia institutiones dignitatum, Canonicatum, & Beneficiorum huiusmodi observent: Rituale quoque, statuta, decretaque huius Synodi, sub pœnis in eis contentis, adimpleant.

§. III.

(2) Tol. 2. c. 3.
c. 10.

QUANDO Episcopus (2) Præbendam aliquem in carcerem coniecerit, eundemvè suspenderit, excommunicaverit, aut distributionibus privaverit; ne multæ huiusmodi frustentur, Præbendati cæteri, huic remittere non poterunt quod ex absentia, vel condemnatione amisserit, nec tantumdem quantum perdiderit, aut aliquam partem in compensationem, aut alias eidem condonare. Quod si secus fecerint; actus, & contractus huiusmodi irriti sint, totumque id quod remisserunt, in foro conscientie solverere teneantur fabricæ Cathedralis Ecclesiæ.

MEXICANUM. 213

§. IV.

AD Divini cultus augmentum, sanctum Concilium Tridentinum (b) interdixit, ne ullus duo Beneficia obtineret: cuius auctoritatem sequuta ^{(b) Sess. 14. c. 17.} Synodus decernit, ut Cappellæ in Cathedralibus Ecclesijs, seu Parochialibus institutæ, si à primæva sua institutione Dignitati alicui, Canonicali, seu Beneficio annexæ non sint; nequaquam capitulari alicui, seu Beneficiato conferantur, sed Clericis alijs, qui eis inserviant: sicque fiet, ut Ministrorum numerus, & Ecclesiarum cultus accrescat.

§. V.

Prabendati (c) omnes, cuiuscumque conditionis sint, sermonibus qui ad populum inter Missarum solemnias habentur, præsentibus adfuit in Cathedrali Ecclesia, aut ubi Decanus, & Capitulum in forma Capituli intervenerit, sub pœna amittendi distributiones eo die percipiendas ratione Missæ Conventualis, & Processionis. Ne autem Divinis officijs, & prædicationi verbi Dei intersint, ob quamcumque Ecclesiæ rerum administrationem sibi iniunctam, nullatenus excusentur.

(c) Tal. act. 3. c. 4. & Comp. post act. 2. c. 22. & Provinc. de Quir. act. 3. decr. 15. & Mil. 2. tit. decr. 27.

§. VI.

(d) Compost. act. 2. c. 25. & facit Tol. act. 3. c. 6. & Mil. 3. f. 595. verb. Feria quinta Compost. act. 2. c. 26. & Mil. 2. p. 2. tit. de Procession. & supplic. & Milan. 4. tit. de Procession. in princip. & Conc. Dioces. de Osma, tit. 2. const. 5. §. 26.

Idem (d) Præbendati, Beneficiati, & Ministri omnes Cathedralis Ecclesiæ, etiam si Sacerdotes sint, Feria quinta in Cæna Domini in ipsa Missa Conventuali communicent. Si verò quis secus fecerit; distributiones illius hebdomadæ amittat. Quò verò debitus cultus, & reverentia Cruci adhibeatur, in qua Christus crucifixus nostræ salutis misterium operatus est; præcipitur Præbendatis omnibus, Beneficiatis, & curatis Cathedralis, & cæterarum Ecclesiarum, ut in Processionibus publicis, seu in humandatis defunctis Crucem committentur ab exitu eius Ecclesiæ à qua profecti sunt, usque ad reditum in eandem, in forma Processionis; ne populus Sacerdotibus avaritiæ notam inurat, si deposito funere Crucem postea non committentur: immò potius, ea in Crucem reverentia, & devotio eluceat in Ecclesiasticis, ut ædificationi potius sint quam scandalo. Quod si quis in hoc deliquerit; distributiones, & obventiones ex Processione aut extumulando mortuo, sibi provenientes amittat: in quo exequendo, eius qui in Choro præsidet, conf.



MEXICANUM. 215

conscientia operator: sin minus, contra
cum severè, vt oportuerit, procedatur.

LIBRI TERTIJ.

TITULUS QUARTUS.

De Officio Sacristæ.

§. I.

Templorum ornatus, & exterior
cultus, ac Divinorum officiorum
celebratio, ex cura, & diligentia, quam
Sacristæ maiores, & minores officio suo
impendunt, non mediocriter dependet.
Quare eis iniungitur, vt omnipotentis
illius Domini Maiestatem, cuius domui
inserviunt, contemplantes, & sententiam
Hieremiæ Prophetæ (e) quæ maledictum
illum appellat, qui opus Dei negligenter
facit ob oculos sibi ponentes, toto
pectore incumbant, vt Ecclesiæ cum ni-
tore, & ornatu teneantur, & indumenta
sacra, & alia quæque ornamenta conser-
ventur. Missis etiam, & Divinis officijs
celebrandis totum id quod opus fuerit,
tribuatur. In quibus, & in alijs similibus,
quod in Rituali, & decretis huius Syno-
di Sacristis iniunctum est, inviolabiliter

(e) Hierem. c.
48 Gran. tit.
de offic. Sa-
crist & Syn.
de Quir const.
55 & 56 &
Mil. 4. tit. de
Sacristia.



316 CONCILIUM

(f) *Gran. de*
Offic. Sacrist.
n. 1 & Syn. de
Quir. const.
84 & Mil. 4.
fol. 649 verb
Clericus. verb
Hostias.

observent. Hostias (f) ipsi per se conficiant, aut saltem in his conficiendis presentes adsint: nec patiantur ut Indi ipsis non videntibus, eas conficiant, nec in suis domibus venales habeant. Quod si secus fecerint, pro sua negligentia in re tanti momenti, & quæ ad sanctum Missæ sacrificium spectat, graviter punientur.

§. II.

Quando fuerint requisiti, vel ob notarij defectum, vel quod is impediatur, Ecclesiastica edicta partibus nuntiabunt, & censuras publicabunt, denuntiationesque, & publicationes quas fecerint, Indorso edictorum huiusmodi, cum die, mense, anno, & restibus describant, ut ea de re publicum extet monumentum.

§. III.

(g) *Synod. de*
Quir. const.
86.

Punctatorum etiam officium exerceant (g) annotentque Beneficiarios, & Capellanos, qui Missas quas debent non celebraverint, aut qui anniversarijs, & festis Capellarum, ubi Ecclesijs suis intervere debent, non interfuerint: Episcopumque, aut Visitatorem Sacristæ huius rei certiore faciant, ut punitis



MEXICANUM. 217

negligentijs, voluntas eorum qui Capelas fundarunt, integrè adimpleatur.

L I R R I T E R T I J .

TITULUS QUINTUS.

DE VITA , ET HONESTATE
Clericorum.

*De Clericorum habitu , & cultu
externo. (h)*

§. I.

QUoniam Clerici , alijs omnibus tamquam exemplum propositi sunt ad imitandum, adeo ut illa Domini sententia , qua Discipulos suos lucem mundi appellavit , de eis non incongrue intelligatur ; oportet maxime , ut non solum interiùs se componant , sed ut exteriori habitu honestatem , & modestiam præferant , ne hominibus de externis solum iudicantibus scandalo sint, eorumque status , & ministerium incontemptrum veniant. Ic circò in executionem Concilij Tridentini hæc Synodus statuit ac præcipit , ut exterior habitus Clericorum omnium sacro Ordine ini-

(h) Mex. r. c. 48. & Mex. 2. c. 22. Guad r. 5. Tarr Conc. t de Vita , & honest. Cler. Mil 1. p. 2. tit. de Cler. vestitu, & Gran. de Vita , & honest. Cler. & Syn. de Quir. const. 36. 17 & 38. & Provinc. eiusdem Quir. act. 3. c. 35. & Lim. act. 3. c. 15. & 16. & Mil 4. 3. p. tit. de Vita, & honest. Cler. sess. 14. c. 6 de Reform. Granat. dict. tit. de Vita , & honest. Cleric. n. 2. Prov. de Quir. act. 3. c. 16 & Mil. 5. 1. Quæ ad Cler. hont. attinent Gran. t. de Vit & honest. Cler. n. 2. & synod. de Quir. cõ. l. 38

218 CONCILIUM.

tiatorum virtutem, honestatem, morumque gravitatem ostendat, prout decet Clericalem statum, quod ut melius fiat, sequentes regulas observabunt.

§. II.

Imprimis Clericali tonsura insigni sint ad eam formam, quam ratio vnius cuiusque ordinis postulabit: comam non nutriant, barbam novacula radant, vel ita recidant, ut nihil sæculare remaneat, quod populo ludibrio esse possit, habitum honestum deferant, tunicas clausas, aut alterius generis, cum pallio quod *mantellum* vocant, ad talos usque dimittant, & in omni vestitu non alium, quam nigrum colorem adhibeant. Verumtamen si iter faciendum sit, contractiori habitu, & ad iter accommodato, nigri tamen coloris, & parum infragenu demisso, eis uti liceat; ut ex habitu Clericos, & Ecclesiasticos Ministros esse, ubique appareat.

§. III.

Holoferico vestimento, undulatove, subserico, aut opere gorvarano ex Castela, aut ex China allato, ne utantur: Prebendati tamen, aut Licentiati
in

MEXICANUM. 219

in Theologia, vel decreteris per probatam Universitatem rogas subserici tafetano opere, aut gorvarani intertexti domi gestare poterunt; foris verò sine pallio, mantello nuncupato, ne incedant. Manicas serici rasi, calceos, aut crepidas holoserici villosi, caligas sericas, turgidas, & dissectas ne deferant, vestitu simbriato, clavis sericis, phrygijsve, aut segmentis ornato, ne vtantur; sed segmenta rasi serici, aut tafetani, (h) quæ dporum aut trium digitorum latitudinem non excedant in extremitate pallij, seu mantelli gestare poterunt. Galerum (i) acummatum, seu id genuspilei, quod Hispani *montera*, aut *gorra* appellant, aut sericum pileum, ne deferant; sed tantùm lanceo galero, & ea forma confecto vtantur, qua gravitatem sui status profiteantur.

(h) Prov. de Quir & Lim. vbi supr.

(i) Provinc de Quir. act. 3. c. 33.

§. IV.

Amifias ad collum, (f) & ad manum crispas, vel artificio elaboratas, in sacro ordine constituti reijciant. Zonas sericas auro, vel argento cælatas, cothurnos albos argenteo aliove colore elaboratos ne deferant. Chirothecas odoribus conditas, aut dissectas, colore ali-

(f) Lim. 3. act. 3. c. 16.

220 CONCILIUM

aliquo tinctas ne ferant. Annulos non induant. (k) nisi quibus propter officij munus, aut honoris gradum, sint iure concessi. Qui verò secus fecerint, annulos amittant, eorumque pretium in usum piorum operum erogetur. Cuius rei executio Iudicibus, & Ministris Ecclesiasticis iniungitur.

§. V.

QUoniam verò alij in alio extremo versantes, Clericali statui dederunt, quoniam abiectione vestibus, sordidis, & pannosis utuntur; præcipit hæc Synodus, ut si quando officiales vestibus huiusmodi indutum quemquam compererint; eum in publicum prodire ne patiantur, donec decenti habitu (si potest) ipse se induat, aut ei, si pauper sit, vestitus provideatur.

§. VI.

Lugubres vestes Clericis interduntur, nisi pro morte patris, aut matris, quas tunc admodum secularium ne gestent, nec aperto capite incedant, aut barbam huius rei causa relaxent, neque his vestibus amplius quam per duos menses utantur.

§. VII.

(k) Gran. vbi sup n 3 Mex. 1 c. 18 § 1 in fine Guad 1 § const 2. Mil. 1. p 2. tit de Cleric. vestit. & reliqua vira modera: io. ne verb An- nulum, & Gran- nat de Vita, & honest. Cler. n 3. Prov. de Quir act 3. c. 35. Mil. 4. 3. p tit. de Vita, & hon. Cler. f. 60-68 verb. Nulli Sacer- doti Gran. vbi sup. n. 8. Gran. vbi supr. n 9. Syn. de Quir. const 16 Mil. Conc. § f 766 verb Cler. qui amictu. Prov. de Quir. act. 3. c. 35.

MEXICANUM. 231

§. VII.

Super pellicea rete aliove eleganti
artificio elaborata, aut ad eò con-
tracta, vt infra genu non dimittantur,
ne induant.

§. VIII.

Equo ne vehantur, nisi iter fecerint:
si verò mulis vehuntur, eas ne or-
nent, neque ornatum * gualdrapium eis * Hoc est lu-
adhibeant, nisi Præbendati sint, aut Li-
teras.
centiati, vel Doctores in Theologia, vel
Decretis, qui hoc ornatu (saneò tamén)
vti poterunt, sericis verò alijs ornamen-
tis, franis, stapyis, aut calcaribus deau-
ratis (l) aut argento laboratis nequa-
quam vtantur.

(l) Granat vbi
supr n. 4. Syn.
de Quir. const.
36.

§. IX.

OMnes huius Provinciæ Clerici Sa-
cris initiati, cuiusque status, &
conditionis sint, quod hoc Decreto eis
iubetur diligenter observent, rebusque
in eo prohibitis ne vtantur; quod si se-
cus fecerint; & in habitu sæculari inces-
serint; vestes amittant, earumque pre-
tium executori Iustitiæ, aut accusatori,
& Iudici à quo sententia lata fuerit,
quis

222 CONCILIUM

æquis partibus distribuatur. Qui verò rebus alijs hoc Decreto sancitis contravenit, quoties id commiserint, pœnam pondo octo incurrant, quæ pijs operibus & ludici ex officio contra eos sententiam ferenti, si accusator non adfit, æquè applicentur. Cavetur autem, ut vestibus, quas ante hoc Decretum ferre licebat, per octo menses, & non amplius, uti liceat.

§. X.

QUI verò hoc Decreto prohibita attentaverit, aut quæ de cætero Episcopus, quo ad Clericalem habitum publico edicto vetuerit, præter pœnas contra eos hic statutas iuxta formam Concilij Tridentini; (m) gravioribus alijs pœnis punientur, usque ad suspensionem, & officijs ac Beneficij privationem, si id eorum contumacia postulaverit: ne quis de eorum exteriori habitu observare contemnat, quod ad populi Christiani ædificationem, & bonæ vitæ exemplum non mediocriter confert.

(m) Sess. 4 c. 6 & sess. 24 c. 12 ver. Vestiturum insuper, & sess. 22 c. 1. Reform sunt alia Concilia quæ refert Ioannes Trullo in Exposit. Regulæ Canonice. Regulatium, lib. 2. c. 30. a. n. 2.



MEXICANUM. 243

De evitandis spectaculis vanis, & actionibus profanis.

§. I.

VT multorum interitus, vulnera, aliaque damna, quæ ex taurorum spectaculis proveniebant vitarentur; felicis recordationis Pius Papa V. motu proprio, (n) Principibus rebus publicisque sub pœna excommunicationis lata sententiæ præcipit, ne taurorum spectacula fieri in suis iurisdictionibus consentirent. Interdixit itidem, ne Clerici regulares, & sæculares sacro Ordine initiati, vel Ecclesiasticum Beneficium obtinentes, spectaculis huiusmodi, sub pœna excommunicationis assisterent. Postea verò felicis recordationis Gregorius Papa XIII. suo Apostolico (o) Brevi concessit taurorum spectacula; his tamen conditionibus, si ea festo die ne fiant, si Governatores, aut Magistratus quantum fieri poterit, diligenter caveant ne ob hanc causam alicuius mors eveniat. Necnon censuras, & pœnas, quo ad sæculares personas, & Militarium Ordinum milites in sacro Ordine minimè consuetus suspendit. Quare iuxta hanc consue-

(n) Motus proprius Pij V. in Bullario Apostolico. Mex. 1. c. 48. §. 3. Guad. tit. 1. const. 14. Gran de Vita, & hon. Cler. n. 18. Tol. act. 1 c. 26. & Syn. de Quir. const. 37. in fine, & sunt alia Concil. Prov. quæ refert Ioann. Garcia Gallego, tractat. de Expensis, & meliorationibus, c. 28 n. 29 (o) Greg. XIII in 2. p. Bullar. Apostol. Tex. in cap. unic. de Vit. & honest. Cleric. lib. 6. Mex. 1. c. 48. §. 1. Gran. vbi supra, n. 13. & Tolet. act. 2. c. 21. in fine, & Lim. 3. act. 3. c. 20.



224 CONCILIUM

constitutionem Pontificis, quorundam Clericorum licentiam hæc Synodus animadvertens, statuit ac præcipit, ne ullus Clericus in sacro Ordine constitutus, aut Beneficiatus, taurorum spectaculis intersit, sub pœna in Apostolicis literis statuta, ac gravioribus alijs, quibus, ut huic malo occurratur, contra eos procedatur.

§. II.

Interdicit etiam hæc Synodus, ne Clericus ullus sacro Ordine initiatus, personatus, aut larvatus incedat; neque in comedijs personam agat, etiam in festo Corporis Christi, neque cum thoro, aut caligis, quantumvis permittis, sine tunica talari per vias, & plateas deambulet, neque alijs utatur varij coloris profanis ornamentis, sub pœna pondo viginti, si semel id commiserit: si bis, duplum persolvat: idque insumptus iustitiæ, accusatorem, & pia opera conferatur. Si verò ter, eum Episcopus per duos menses ab officio, & beneficio suspendat.

)(§)(

MEXICANUM. 225

§. III.

NE cantiunculas (p) inhonestas, aut profanas cantent, neve in novis Missis, nuptijs, aut alijs festis saltent, scurrilia verba ne proferant, aut citharædos referant, neque iocosa in hominum congressu prædicent, sub eadem poena. Indorum etiam Ministri, ad domus eorum, qui inter Indos proceres sunt, aut aliorum Indorum, convivandi gratia, ne accedant; sed ad hospitium Clericis designatum. Evenire enim solet, ut ex nimia cum eis familiaritate Indi Ministris reverentiam non exhibeant, doctrinæque interesse, & ea obire quæ suarum salutis animarum maxime sunt necessaria audacter contemnant.

(p) *Mex. 16 da*
48. §. 3. & in
princ. *Guadix*
c. 5. cont. 16.
& *Gran ibi, n.*
13. *Synod. de*
Quir. const. 7.
& *Conc. Mil.*
4. 3 p. tit. de
Vita & hon.
Cleric. f. 668.
verb. In omni
ni item verſ.
Quamobrem
* *Albeyteria*

§. IV.

Quia sacrorum Canonum constitutionibus prohibitum est Clericis, ne vili, & ignobili aliqua arte utantur; interdicit quoque hæc Synodus, ne ullus Clericus veterinarij * artem exercent, nec mularum (q) aut equorum domitor sit. Quòd si fecerit, graviter punietur. In hoc verò ordinarij conscientiz maxime in iungi-

* *Albeyteria:*
(q) *lucat. tex.*
in c. unico de
Vit & honest.
Cler. lib. 6. &
tex. in Clem.
1. ver. *Adver-*
sus verò alios
codem tit. de
Vit & honest.
Cleric.

226 CONCILIUM

tur, vt tam infimam, tamque indecoram
artem ab Ecclesiasticis viris procul ar-
ceat.

§. V.

(r) Mexic. r. c.
60. §. 1. &
Guad. tit. 6.
const. 11. &
Lim. 3. act. 4.
c. 8.

NULLUS Clericus (r) propter immi-
nens periculum, seruum, famu-
lum, aliamve personam per se corrigendi
punit; nisi moderata sit punitio, &
qua magis proximi correctio procure-
tur, quam de eo sumatur vindicta, quæ
ab his longè ab esse debet, qui morbis
medentur animarum.

§. VI.

(f) Mex. r. c.
55. & Guad. t.
5. const. 12. &
Mil. 1. 2. p. tit.
de Armis, la-
dis, spectaculis,
& eiusmodi à Clerico
vitandis, &
Gran. de Vit.
& hon. Cler.
n. 10. & Syn.
de Quir. const.
36. & Lim. 3.
act. 3. c. 16.

NE Clerici arma (f) cuiusvis gene-
ris, ad offensionem, vel defensionem,
die, aut nocte, in Civitate, aut
oppido ferant, neve in habitu seculari
cum musicis instrumentis noctu ince-
dant, nec suspectas domos ingrediantur:
sin minus pœna amittendi arma, instru-
menta musica, & habitum indecentem,
nec non solvendi pondo decem incur-
rant, quæ in piorum operum, & execu-
toris iustitiæ usum æquè erogentur, si
verò executori iustitiæ, aut Fiscali vio-
lenter resisterint; in carcerem conijcian-
tur, arbitrioque Episcopi severius

puniantur.

§. VII.



MEXICANUM. 227

§. VII.

Archabusio, (t) etiam dum iter faciunt, aut in venationibus, vel in alijs actionibus, ne utantur, sin minus, archabusium amittant, & pondus decem accusatori, vel si is non adsit, iudici, pijs operibus, & iustitiæ sumptibus æque persolvant, illi tamen qui per regiones vbi bellum geritur iter faciunt, aut ob aliam iustam causam, archabusio alijsve armis vti poterunt, scripto impetrata venia ab Episcopo, cuius conscientia hæc Synodus iniungit, vt in re bene explorata, causisq; vrgentibus solum permittat.

(t) Mexic. r. c. 55. §. 1. & Milan. r. vbi supra & Synod. de Quirog. const. 36.

§. VIII.

Indignum est (v) & Ecclesiastico honori valde indecorum, vt Clerici, qui in sortem Domini vocati sunt, & Divino cultui addicti, præcursores, sive affecta, æconomi, aut famuli sint sæcularium personarum, præsertim mulierum. Quare, vt hæc macula a Clero prorsus deleatur; mandat hæc Synodus, ne vllus sacro Ordine initiatus, cuiuscumque dignitatis, & qualitatis, præcursor, aut affecta fœminarum, etiam matris, & so-

(v) Mex. r. c. 55. & Guad. t. 5. const. 17. Mil. r. 2 p. tit. de Negotijs sæcularibus à Clerico fugiendis vers. Neve præcursor, & Tolet. act. 2. c. 22. & act. 1. c. 19. Gran t de Vir. & hon. Cler. n. 19.

228 · CONCILIUM

roris, vllatenus sit, sub pœna excommu-
nicationis, quam Clericus, & femina cui
is obsequium huiusmodi præstitit, incur-
rant. Interdicit etiam, ne vllus Clericus
in sacris constitutus, famulus, procura-
tor, æconomusve sit alicuius personæ
sæcularis, aut eius negotia, vel faculta-
tes tractet, sub eadem pœna. Non ta-
men prohibetur, ne (Clericalis status
decore servato) liberos personarum sæ-
cularium erudiendos Clerici suscipiant,
eorumque sint Magistri, & Præceptores.
Nullus præterea (x) Clericus Indam sã-
minam, aut ancillam suam dorso equi,
aut mulæ vehat. Ministri quoque Indo-
rum: cum ex vno oppido in aliud, aut ex
vno districtu in alium diverterint, In-
dam aliquam fœminam secum ne defe-
rant, eo prætextu, quòd sibi inservire
debeat: sin minus, Episcopi arbitrarij
severè puniantur.

(x) Synod. de
Quir. constit.
136. in fine, &
Provinc. de
Quir. act. 1. c.
136. & Lim 3.
act 1. c. 18. &
Mil. 5. f. 767.
verb. Quæ in
Conc. & Syn.
de Osmã, t. 8.
const. 1. §. 8.

§. IX.

Perpendens hæc Synodus, quantum
à Sacerdote, qui sacrum frequen-
tans hospitium Christo Domino præbet,
abhorrere debeat ebrietas (y) qua ratio-
nis vsus amittitur, sensusque, & corpo-
rales facultates debilitatæ languescunt,

(y) Mex. 1.
c. 48 § 2. in
fine, & Gran.
de Vit & bon.
Cler. p. 14.



MEXICANUM. 129

tam fuerit sui oblitus, tamque intemperatus, ut vino enebrietur: Si is Beneficium obtinuerit, ab administratione Sacramentorum pro prima vice per quatuor menses suspendatur; pro secunda, per annum; pro tertia Beneficio privetur, & inhabilis ad aliud obtinendum efficiatur. Si verò Beneficium non obtineat, & semel hoc crimen commiserit, ad inclusionem carceris per duos menses damnetur; si bis in id incidere, per quatuor menses detineatur; si ter, à diceclesi tamdiu relegetur, quamdiu videbitur Episcopo.

De ludis Clericis prohibitis. (z)

§. I.

Cuiusvis generis ludus hominibus maximo nocumento est, Clericis præsertim, quibus ratione Clericalis officij, in sanctè, & laudabiliter agendo tempus ferendum esset, ab eisque redditus Ecclesiastici pijs operibus essent impendendi. Eam ob causam hæc Synodus decernit ac iubet, ne ullus sacro Ordine initiatus, aut Beneficiatus huius Archiepiscopatus, & Provinciæ, clari, aut publicè, per se, vel interpositam

(z) *Tex in c. Cler. devit. & hon. Cler. & text. in cap. Interdilectos 1. p. de Excelsibus Prælatorum, Cõcil. Trid. sess. 22. cap. 1. de Reform.*

336 CONCILIUM

personam ludum prohibitum exerceat, veluti alexæ, telerarum, ac talorum, quæ ludorum genera regijs (a) sanctionibus prohibentur, nec in ludo pecuniæ, gemmæ, aut alia quæ pecunia æstimari possunt intercedant, sub pœna restituendi totum id quod ludendo lucrati fuerint: & pro prima vice pœnam pondo triginta, in vsus fabricæ Cathedralis, aut Parochialis eius Civitatis, vel oppidi, ubi id evenerit, & in vsus accusatoris: pro secunda vice pœna duplicetur: pro tertia ultra dictam pœnam alijs gravioribus, arbitrato Episcopi puniantur. Nec solum ludere Clerici interdiciuntur, sed ne spectatores ludorum sint, hæc Synodus statuit. In domibus itidem suis Clerici ludum, ne permittant, nec aleas porrigant, nec pro aleis pretium extorqueant, nec mutuo pecunias ad ludendum dent, aut pro quoquam in ludo spondeant. Sin minus, contra Clericos huiusmodi aleatorum susceptores procedatur; & ita coerceantur, vt populus ædificetur, & tam turpis corruptela, ac Ministris Dei prorsus indigna, funditus extirpetur. In quo hæc Synodus Episcoporum, & ludicum conscientias vehementer onerat: ac præterea Clerici, hu-

(a) Ex tit. 7 lib. 8. Recop. & lex 3. t. 7. eodem lib. 8. Recop Mex. 2. cap. 10. & Guadix, t. 5. constit. 5. & Milan. 1. 2. p. dict. t. de Armis, ludis, &c. & Gran. de Vit. & honest. Cler. n. 21. & Syn. de Quirog. conf. 137. & Lim 3. act. 3. c. 17.



MEXICANUM. 231

iufmodi partibus, fi petierint, intra novem dies folvere compellantur totum id damnum quod in ludo intercefsit. Quòd fi partes difsimulaverint; Fifcalis, aut Executor Iuftitiæ Ecclefiafticus, intra duos menses petere poffit, idque in accufatoris, piorum operum, & Iudicis vsum æquis partibus erogetur. Si autem Fifcales huiufmodi rei confcij, in accufando negligentes fint; pro fua contumacia, & negligentia, etiam, vſque ad officij privationem, arbitrato ordinario- rum puniantur,

§. II.

PRæterea, vt omnem gravitatem, & modeltiam (prout decet Clericalem ſtatum) Clerici profiteantur; eis publicè pila ludere prohibetur, (b) & privatum quoque cum fæcularibus, vel coram fæcularibus perſonis, globos ligneos publicè ludendo ne impellant, ſub pœnis ſtatutis: præter quas, amittant, etiam veſtes, quibus ad globorum ludum exercendum, dum exviti fuerint: hæ-

verò veſtes per tertias partes applicentur, vt conſtitutum eſt.

(b) Mex. l. c.
 10 §. 1. Guad.
 t. 5. conſt. 5. &
 Gran de Vita,
 & hon. Cler.
 n. 1. & Syn.
 de Quir. conſt.
 37. Exviti



§. III.

* Axedres ex
supra notatis
fundatur. Sca-
chis.

SAchia * itidem , aut alijs ludis per-
missis ne ludant in locis publicis,
aut in domibus , quò ad id multitudo
hominum convenit , veluti in domibus
aromatariorum , aut conforum. Si au-
tem in occulto ludos licitos huiusmodi
exercuerint ; numerosa pecunia in eis
non intercedat: aliter enim pro qualitate
excessus corrigentur.

§. IV.

VT autem incommoda , & scanda-
la , quæ quotidie in his partibus
audiuntur , evitentur ; nequaquam pu-
blicè , aut privatim Clerici cum mulie-
ribus , etiam consanguineis , ludant , si
verò secus fiat , Episcoporum conscien-
tijs hæc Synodus iniungit , quatenus
adeò gravibus pœnis delinquentes coer-
ceant . vt depravata hæc consuetudo,
& in omnes partes pernitiola
refecetur.

(S)

MEXICANUM. 233

§. V.

HIS verò non obstantibus, quæ hoc decreto constituta, & decreta sunt; declarat hæc Synodus, (c) ut recreandi animi causa, extra tempus Adventus, & Quadragesimæ ludi liciti Clericis permittantur, summa duorum pondorum tantum intercedente, dummodo id rarò, sine scandalo, & cum personis honestis fiat. Qui verò summam pecuniæ huiusmodi exceßerint, in foro conscientiae restituere tenebuntur quicquid amplius fuerint lucrati, quia hoc decreto maioris pecuniæ lucrum interdicitur. Pecunia verò, quæ præscriptam summam in ludo exceßerit, fabricæ Cathedralis Ecclesiæ, aut Parochialis eius Civitatis, vel oppidi, ubi id contigerit, applicetur; si is, cui petierit, liberè de ea pecuniæ summa disponere possit, restitutio ei fiat, ad quem verè pertinet.

(c) Ex leg regia 10. 11. tit. 7. l. 8. Recop. Mex. 1. c. 50. & Guadix tit. 5. constitut. 5. & Milan. 1. 2. p. tit de Ar. mis, & ludis, & Gran tit de Vit. & honestate Clericor. n. 51. & Lim. 1. act 3 c. 7. & facit reg. Ordin. Milit. S. Iacobi. tit. 22. c. 20. Y en los establecimientos eiusdem Ordinis S. Iacobi, tit. 8. c. 3.

De usu frequenti Eucharistiæ.

§. L

VT Diaconi, & Subdiaconi eò magis ad dignè celebrandum se præparent, quò magis ad sacrum Presby-

234 CONCILIUM

(d) Sess. 23. c.
23. Mex. 1. c.
52 & Tolet.
act 3. c. 6 &
Gran tit de
celebr Miss.
n. 28 Milan.
y p. 2. tit. de
frequent. di-
vini Sacrificij
oblatione. &
Mediol. 2 tit.
2. decret. 26.

byteratus ordinem accedunt; Sacrosanctum Concilium Tridentinum (d) maxime decere constituit, ut saltem hi, diebus Dominicis, & solemnibus cum Altari ministraverint, Sacram Communionem percipiant. Cuius auctoritatem sequuta hæc Synodus, Diaconis, & Subdiaconis huius Provinciæ in virtute sanctæ obedientiæ præcipit, ut in diebus Nativitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, Festi Corporis Christi, Assumptionis Beatæ Mariæ, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Festi Omnium Sanctorum, in prima quoque Dominica Adventus, & Quadragesimæ peccata sua confessi in Missa solemniter communi-cent, quo populus hoc exemplo, & continuatione ædificetur. Ut verò his temporibus peccata confiteantur, in facultate eorum sit eligere Confessarium, quem maluerint, ex approbatis per Ordinariû, qui Confessarius eos absolvere possit ab omnibus peccatis, etiam Ordinario reservatis.

§. II.

Quia maiori vinculo tenentur Presbyteri, tum ad propriam, tum ad Ecclesiæ spiritualem utilitatem, frequentè Sacram celebrare; Con-
cl-

MEXICANUM. 235

cilij Tridentini, (e) autoritate inixa hæc Synodus præcipit, vt hi Dominicis diebus, & festis solemnibus, die Commemorationis Defunctorum, & quotidie in Quadragesima Missas celebrent: qui, vt ^{sa} animi puritate, & deuotione, quibus opus est, ad tantum Sacrificium accedant; eis iniungitur, vt etiam si alicuius peccati mortalis conscij non sint, singulis octo diebus, aut crebrius, ad confessionem se præparent, eligantque sibi Confessarium ex idoneis, & ab Ordinario facultatem habentibus.

(e) Sess. 25. c. 14. & Syn. de Quirog. conf. 20.

LIBRI TERTIJ

TITULUS SEXTUS.

De Clericis non residentibus.

§. I.

Quia non potest non magno esse subditis detrimento, eorum absentia, quibus animarum cura incumbit; hæc Synodus in executionem Concilij Tridentini (f) præcipit, ne vllus Vicarius, Curatus, aut Beneficiatus ex sua Parochia, iurisdictione, & districtu, aliò diuertat sine facultate Episcopi, causa expressa, & approbata, & pro eo tempo-

(f) Sess. 6. c. 2. de Reformat. supra tit. de offic. Episc. §. 14.

236 CONCILIUM

(g) Conc. Lim.
men. 1. c. 2.
c. 41. Guadix.
tit. 1. conf. 14.
& Tolit. act.
2 c. 25 & 26.
& act. 1. c. 23.
& Synod. de
Quirog. conf.
35. & Mil. 4.
tit. de Cleric.
ad festor. dier.
Conc. Lim. 2.
c. 72. & Conc.
1. act. 3. c. 26.
& 28.

pore; quod in facultate huiusmodi fuerit praefinitum, sub poena pondo viginti, (g) quae in usus Ecclesiae, cuius curam gerit, accusatoris, aut eo deficiente, Iudicis pronunciantis aequè erogentur. Quando verò hæc facultate obtenta, ad Civitatem ubi sedes Episcopalis residet, pervenerint; intra viginti quatuor horarum spatium, coram Episcopo, aut eius officiali praesentes se constituant: si verò impediti fuerint, de adventu suo per interpositam personam intra praefixum terminum rationem reddent: si minus, pondo decem accusatoris, & iustitiae sumptibus aequè distribuendorum, poenam incurrant.

§. II.

T Ametsi iuxta erectiones huius Archiepiscopatus, & Provinciae, nullum tempus Praebendatis ad requiem constitutum est cum tota massa ex quotidianis distributionibus pendeat; nihilominus perpendens hæc Synodus, usus, & consuetudines Cathedralium Ecclesiarum harum partium variari, quo fit, ut nulla consuetudo vim legis habere videatur; cumque assiduis laboribus aliquot temporis intervallum ad requiem intermittendum sit, permittit, ut Praeben-

MEXICANUM. 237

Præbendati sexaginta diebus ad requiem potiantur, (h) quos etiam ipsi eligere poterunt : quibus diebus à punctatoribus non annotentur illi, quovsque aliter fuerit à Sanctis. Domino nostro Papa constitutum : extra hos autem dies absentia à Divinis Officijs, etiam cum consensu habito, sine iusta ægritudinis causa, & multæ, quas ob hanc causam incurrerint, Præbendatis ne remittantur. (i) Quod si aliter fiat, qui multas huiusmodi remississent, tantundem fabricæ Cathedralis restituere teneantur, quantum remississent.

(h) Declarat. Cardin. refert Nicol. Garc. tom. 1. de Benefic. 1. p. c. 2. §. 1. n. 3 11. & 3 12.

(i) Conc. Limen. 2. c. 66. ad fin.

§. III.

VT constet manifestè, qui Præbendati sacras horas, & divina Officia non obierint; singulis Cathedralibus Ecclesijs probatæ fidei sacerdos in punctatorem creetur, (k) qui coram Episcopo, aut eius officiali iuret, se in officio suo obeundo fidem, & diligentiam præstiturum, & librum punctationum accuratè asservaturum, illumque cuiquam minimè ostenturum, neque antea capitulo redditurum, quam officii sui rationem reddiderit : deinde liber punctationum in archivo Ecclesiæ reponatur. Si verò punctator absit, alius substituatur, qui

(k) Concil. Compost. act. 2 c. 27. Conc. Lim. 2 c. 25. & Mil. 1. 2 p. tit. de Offic. punctator. & 4 Mil. à p. tit. de Distribut. verbo : Quod de punctator.

238 CONCILIUM

qui præstito iuramento, altero in libro omnes nolet, qui divinis Officijs non eo interfuerint tempore, quo punctator abfuit. Punctatori verò reddeunti huius rei rationem reddat, vt punctationes in eius absentia notatas, in librum suum transcribat: officium autem punctatoris nullus, nisi Sacerdos exerceat, neque ab eo sine iusta causa removeatur.

§. IV.

(l) Conc. Trident. sess. 23, cap. 2. verb. Omnes verò.

(m) Conc. Milan. 4. tit. de Paroch. verb. Vsu compert. est.

(*) Corr. locus legend. arbitrator, ipsi. que solum funus committentur.

CUrati omnes, (l) tam Cathedralium, quam Parochialium Ecclesiarum, non per substitutos, sed per se ipsos officijs suis fungantur, si ægritudine, aut alia legitima causa impediti non sint. His autem rebus, quæ sibi ex munere conveniunt, accuratorem operam præstent, quam alijs, quæ etiam sibi bonæ sint, eos tamen impediunt à cura Parochiali, cui sollicitè intentos esse oportet. (m) Si verò in sepeliendis mortuis alius Sacerdos eorum loco officium celebraverit, (*) ipsi, quæ solum funus committentur, tantumdem stipendis percipiant & non ampliùs. Quod si præsentibus non interint; nihil huius rei causa percipiant, idque Iudices, & Visitatores ita servari faciat.

MEXICANUM. 239

§. V.

STatuit etiam, ac præcipit hæc Synodus, vt tam in Ecclesijs Cathedralibus, quàm Parochialibus, vbi plures quàm vnus Beneficiarius, aut Parochus, Sacerdotes sunt; illi qui hebdomadarij officium non exercent, à residentia personali in diuinis Officijs non sint exempti, neque hinc occasione desumpta, ab eis absint. Quòd si secus fecerint, prorata temporis stipendium, & obventiones Beneficij amittant, quæ fabricæ illius Ecclesiæ applicentur: solum enim ad hebdomadarium pertinet Missas cantare, & horas Canonicas inchoare cum strictiori administrationis Sacramentorum cura, quòd alios ab obligatione residendi, & assittendi diuinis Officijs liberos non faciant.

§. VI.

Quia ordini, & rationi repugnat, vt qui laboris, & oneris particeps non est, commodum, & utilitatem ferat; iubet hæc Synodus, vt qui præsentibus anniversarijs, & alijs festis in hoc Archiepiscopatu, & Provinciâ fundatis, & dotatis non intersint; obventiones

240 CONCILIUM

nes ex eis provenientes ne percipiant, nisi si aliter sit in fundatione dispositum, nec Indices Ecclesiastici facultatem concedant. Hoc autem decreto revocantur, & irrita fiunt donationes, & pacta omnia, quæ in fraudem huius rei Clerici, aut Beneficiati fecerint. Iidemque declarantur, absentes in toto, aut in parte, quacumque ratione obventiones huiusmodi perciperent, teneri in foro conscientiarum eas presentibus restituere, si non adsit eorum consensus; si verò adsit, fabricam Ecclesiarum restituant.

LIBRI TERTII

TITULUS SEPTIMUS.

De Institutionibus, & Iure Patronatus.

§. I.

VT bona, quæ Ecclesiastica sunt, quia Beneficijs, vel Cappellis applicantur, rectè administrantur, & perpetuò conserventur; necessarium est, ut fundatione, & institutione superioribus, & Ecclesiasticis Prælati subdita sint; ad quos ex officio pertinet redditibus, & Ecclesiasticis bonis prospicere. Quare juxta Concilij Tridentini (n) decretum

(n) Sess. 22 c. 8 & 9 de Reform. Granat. tit. de Instit. & iure patron. & Guadix, tit. 3. conf. 33.



MEXICANUM. 241

præcipitur, ne deinceps, sine expresso
Episcopi consensu. Cappella aliqua fun-
detur, ac sine sufficienti bonorum depu-
tatione, quibus redditus ad stipendium
Cappellani, iuxta onera Cappellæ impo-
sita, competentes, firmi, ac securi sint.
Cum verò Fundator certa aliqua bona
non deputaverit; Cappella huiusmodi
super omnibus institutoris bonis fundata
intelligatur, quorum bonorum ad effe-
ctum huiusmodi inventarium conficie-
tur: nullatenus(o) autem in his fundatio-
nibus, & institutionibus ea conditio ad-
mittatur, ut Cappella huiusmodi ab Or-
dinario visitari non possit; immò talis
conditio ex hoc irrita, & nulla decerni-
tur, qua minimè obstante, ad Cappellæ
visitationem Ordinarius procedat. Si
quis verò Capellam hac conditione sus-
ceperit; sub excommunicationis pœna
interdicitur, ne huic in vlla Ecclesia,
quæ ad sacrum peragendum, & ad Cap-
pellæ huiusmodi cultum necessaria
sunt, vllatenus tri-
buatur.

(o) Guad. tit.
3. const. 38.

242 CONCILIUM

§. II.

(p) *Guad. tit. 3. cont. 14. & Gran de Intli. tit. & iur. Patron. n. 4. & f.*

Nullus Cappellæ Patronus, (p) alicuius communitatis membrum, cui competat ius Patronatus, nec persona aliqua cum eo intra tertium gradum coniuncta, nec Cappellani, aut æconomi Cappellani, huiusmodi pecunias in emphyteusim accipiant, aut prædia, & bona locabunt, quæ ad dotem Cappellarum ex institutione pertineant. Si verò secus fiat, contractus nulli sint, & irriti, prout decreto huiusmodi nulli decernuntur, & irritantur. Qui verò in huiusmodi contractibus intervenerint, in pondo viginti condemnentur, pijs operibus Episcopi arbitrato applicandis. Præcipitur etiam, ut sensus super bonis liberis, & magni valoris collocentur, eisque personis dentur, de quibus magna securitas sit: ea in omnibus observando, quæ per constitutionem sèlicis recordationis Pij Papæ V. de hoc statuta sunt, ut Cappellæ perpetuò consistant.

§. III.

(q) *Sess. 15. c. 2. de Reform.*

Praterea ad præscriptum Concilij Tridentini (q) mandat hæc Synodus, ne ullus Beneficij Patronus, cuiuscumque

MEXICANUM. 243

cumque conditionis (etiam si Universi-
tas sit, aut Collegium Clericorum, aut
sæcularium) nullatenus se intromittat, (r) in
perceptione fructuum, proventuum,
& obventionum Beneficiorum, etiam si
re ipsa ad Patronatum pertineant ex
instituzione, aut fundatione, sed fructus,
proventus, & obventiones huiusmodi
Rectori, aut Beneficiato liberè relin-
quat, nec Patronatum per venditionem,
aut alium titulum à iure prohibitum
transferre audeat, sub pœna excommu-
nicationis, & interdicti respectivè; &
præterea ipso iure inhabilis sit iuris
Patronatus.

(r) Guad. t. 3.
contit. 34. &
Gran. t. de Re-
bus Ecclesia
conservandis,
n. 13.

§. IV.

Idem statuitur ac præcipitur, (f) ut
si qui obtinentes pecuniam, aut bona
quæ ad Cappellas pertinent, in emphy-
teusim non dederint, locaverint, & de
eis in vtilitatem Cappellarum non dispo-
suerint; post huius Decreti publicatio-
nem intra triginta dies, pecunias, & bo-
na huiusmodi alicui probatæ personæ ad
beneplacitum Ordinarij, & Cappellano-
rum in depositum dent, cum redditi-
bus, qui ob eorum negligentiam eo
tempore cessarunt, eo quòd de bonis, &

(f) Granat. de
Instic. & iure
Patron. n. 4.

244 CONCILIUM

pecunijs huiusmodi in vtilitatem Cappellarum minimè disposuerunt, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.

§. V.

Quia verò iustum est, vt pia voluntas, & dispositio eorum qui Cappellas fundavere, inviolabiliter observeretur; præcipitur Cappellanis, quatenus Missas, Anniversaria, & Festa, quæ hoc tempore dotata sunt, vel in posterum in hoc Archiepiscopatu, & Provincia dotabuntur, loco, diebus, & temporibus, cum solemnitatibus a Fundatore institutis celebrent: quòd si aliò quòd adsit impedimentum legitimum quominus die statuto festum non celebretur; id saltem fiat intra octavam festi.

§. VI.

(t) Granat. de Instit. & iure Patron. n. 10. **S**ed quia, (t) Cappellæ antiquæ in facultatibus, & bonis fundantur, quæ rursus cum sint, aut temporis iniuria decreverint, eos proventus non reddant, quibus ad Missarum numerum, & alia onera Cappellarum opus est, quo fit, vt omnino testatorum voluntas effectum sortiri non possit; idèò Concilij Tridentini (v) auctoritate suffulta hæc

Syz

MEXICANUM. 245

Synodus, id negotij Episcopis dat, vt quam primum fieri poterit, vnusquisque in sua Diœcesi de redditibus Cappellarum, & de earum oneribus rationem petat, & in Dicecesana Synodo Constitutione Synodali declaret, quis redditus pro eleemosyna cuique Missæ celebrandæ respondeat. Quòd si redditus minimè sufficiat; Missas, & alia honera ad minorem numerum reducat. Illud semper animadvertens, ex redditibus huiusmodi partem aliquam in vsus fabricæ Parochiæ deputandam, pro ratione vini, ceræ, & ornamentorum, quibus est Cappellis inserviendum.

LIBRI TERTIJ

TITULUS OCTAVUS.

*De Rebus Ecclesiæ conseruandis, alio-
nandis, vel non.*

§. I.

FUNDI, & bona Ecclesiarum Divino cultui dicata sunt, ideoque eorum vsurpatio grave sacrilegij scelus est. Ne verò quisquam hoc flagitij genus committere audeat, ad præscriptum Concilij

246- CONCILIUM

(x) Sess 22. c.
11. de Refor.
Gran. de Reb.
Ecclesiz, cōst.
n. 13. Concil.
Mil. 4. 3. p. tit.
Quæ ad pia
loci pertinet.
ver. Quæcum-
que.

Tridentini (x) iubetur, ne quisquam Ec-
clesiasticus, sive sæcularis, cuiuscumque
dignitatis, & gradus, per se seu per in-
terpositum Clericum, aut sæcularem,
quavis arte, & colore præsumat, neque
audeat occupare, vsurpare, aut in suos
proprius vsus convertere bona, iura,
census, iurisdictiones, fructus, emolu-
menta, seu quascumque obventiones
alicuius Ecclesiz, Beneficij, aut pij loci
huiusmodi, quæ in necessitates paupe-
rum converti debent, nec impediatur ab
his; ad quos verè pertinent percipere.
Quod si secus fecerit; anathemati tam-
diu subiaceat, quamdiu iura, bona, fru-
ctus, redditus, quos occupaverit, vel qui
ad eum quomodocumque, etiam ex do-
natione suppositæ personæ, pervenerint,
Ecclesiz, eiusque administratori, seu Be-
neficiario integrè restituerit, ac deinde à
Romano Pontifice absolutionem ob-
tinerit. Quod si Patronus eiusdem Ec-
clesiz fuerit; etiam iure Patronatus, vl-
tra prædictas pœnas eo ipso privatus
existat. Clericus verò, qui nefariæ frau-
dis, & vsurpationis huiusmodi fabrica-
tor, seu consentiens fuerit, eisdem pœ-
nis subiaceat, necnon quibuscumque Be-
nificijs privatus sit, & ad quæcumque
alia



MEXICANUM. 247

alia Beneficia inhabilis efficiatur, & a suorum ordinum executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutio- nem, sui ordinarij arbitrio suspendatur. Declarat etiam hæc Synodus, vt in op- pidis Indorum, vbi aliqua elemosyna ad ædificium, fabricam, aut ornamenta Ecclesiæ erogata sit, eamque Beneficia- tus, aut alia quævis persona Ecclesiasti- ca, siue sæcularis, cuiuscumque qualita- tis, & conditionis, in proprios vsus con- uerterit; eum easdem pœnas incurrere, & ad integram restitutionem teneri. Personis verò huiusmodi præcipitur, ne deinceps talia committant sub dictis pœnis: huius denique executio decreti vehementer Episcoporum Curæ com- mendatur.

§. II.

NUllum Capitulum, (y) confrater- nitas, aut communitas, Beneficia- tus, aut æconomus ratione ædificandi in Ecclesijs, vel Eremitorijs; quicquam sumptus faciant Ecclesiarum, vel Eremito- riorum impensa, nec Cappellas in se- pulchrum dent, nec res Ecclesiæ aliena- re possint, nisi expresso Episcopi con- sensu: quod si secus fecerint; contractus

(y) Ex iure
commun. tex.
in cap. In Ca-
nonibus 16 q.
1. & in c. Cum
nobis in fine,
de Elect & in
c. Is cui. eod.
tit in 6. & in
tex. in c. 2. de
Donat. Mex.
1. c. 23. §. vnic
& Mexic. 2. c.
21. & Guad t.
3. const. 27. &
Gran t de Se-
pulturis, n. 8.
& Synod. de
Quir. conf. 62.

248 CONCILIUM

de hac re facti nulli sint, & invalidi: sumptus quoque eadem de causa impensi in computum ne admittantur, nec possint in usum Cathedralium seu Parochialium imagines, ornamenta, aliave emere, quæ valorem viginti pondo excedant, nec ad hæc emendum, seu eorum pretium solvendum Indos compellant, nisi de Episcopi licentia, sub pœna restituendi ex bonis proprijs quicquid sumptus hac de causa fecerint. Conceditur tamen facultas ea emendi quæ ad quotidianum, & ordinarium Ecclesiarum usum necessaria sunt, etiam si viginti pondo pretium superent. Idem verò hæc Synodus præcipit à curatis regularibus huius Archiepiscopatus, & Provinciæ servari, & adimpleri. In visitationibus, autem circa hoc commissos excessus corrigendi intenta sit sollicitudo.

§. III.

(2) Gran tit de
Rebus Eccle.
D 4.

NULLUS (2) Prebendatus, Beneficiatusve, aut Minister Ecclesiæ Cathedralis accipiat, commodet, aut ab Ecclesia exportet ornamenta, argentum, aliave Ecclesiæ cultui ad dicta, sine Episcopi permisso, sub pœna arbitrio Episcopi infligenda.

§. IV.

MEXICANUM: 249

§. IV.

EPiscopis in bonis Ecclesiæ tuendis, & conservandis maxima debet esse sollicitudo, (a) esset enim qualibet in hac re admissa negligentia vitio vertenda. Quia verò iura Ecclesiarum huiusmodi, inscripturis, & titulus de eis extantibus continentur; hæc Synodus statuit ac præcipit, ut in qualibet Diocesi Archivum unum Episcopale instituat, in quo Brevia omnia, Privilegia Summi Pontificis, schedæ, quoque, & provisiones Regiæ Maiestatis, omnisque aliæ scripture ad dignitatem, & iurisdictionem Episcopalem pertinentes, unâ cum inventario earum accurate confectò ab Episcopo, aut eius Vicario Generali, & à Notario subscripto, recondantur. Neque ab Archivo huiusmodi scriptura aliqua desumat, nisi ob causam ad utilitatem Episcopi, & Ecclesiæ necessariam, relicto testimonio cum subscriptione eius qui scripturam accipit, cum die, mense, anno, & causa ob quam scriptura huiusmodi ex Archivo deprompta est.

)(§)(

§. V.



150 CONCILIUM

§. V.

QUò verò tutius hoc archivum custodiatur; in aliquo Monasterio Civitatis, vbi Sedes Cathedralis residet, aut in alio eiusdem Diocesis (prout Episcopo videatur) collocetur, & clavibus occludatur, quæ penes Episcopum sint. Sede verò Episcopali vacante, Vicarius Generalis vnani ex clavibus Archivi Capitulo Cathedralis Ecclesiæ tradat, aut personæ à Capitulo deputatæ alteram verò Superiori Monasterij huiusmodi, à quibus iuramentum petat, quatenus fideliter claves huiusmodi asservabunt: nec eas personæ alicui tradent, nec scripturam aliquam inde efferri consentient, sine licentia Metropolitanæ, aut alterius Superioris, à quo possint compelli. Quando vero Episcopus eligitur, ei claves tradant, & rationem reddant scripturarum, quas inde sumpserunt, & penes quem illæ sint, eidem annuncient.



MEXICANUM. 258

§. VI.

QUando verò Episcopus obierit; Vicarius Generalis penes se accipiat processus omnes (b) & libellos Camerae, quos Episcopus in scriptis suis reconditos habebat, eosque in dicto Archivo reponat, cui Generali Vicario hæc Synodus ad id facultatem tribuit: & sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiæ mandat, ne quisquam cuiuscumque qualitatis, quominus hoc exequatur, ei impedimento sit: si verò Capitulum fuerit, aut communitas, Ecclesiastico subiaceat interdicto.

(b) Concil.
Tol act. 1. c.
& Comp.
act 3. c. 13.

§. VII.

IN Capitulo etiam cuiuscumque Ecclesiæ Cathedralis Archivum vnum sit, in quo asserventur, & in vnum redigantur scripturæ omnes publicæ ad Episcopum, Capitulum, fabricam, & Hospitales domos pertinentes, cum erectionibus, statutis, & reliquis instrumentis ad hoc spectantibus. In eodem etiam Archivo liber vpus sit, in quo Cappellæ, & fundationes earum, iuraque, & prædia ad Ecclesiarum fabricas, & domorum Hospitalium totius Diocesis



252 CONCILIUM.

celis vsu[m] pertinentia descripta fiat, hoc
verò Archivum tribus clavibus occlu-
datur, quarum vna penes Episcopum sit,
altera penes Decanum, aut Decano ab-
sente, penes antiquiorem Dignitatem,
tertia verò penes Canonicum ab Epif-
copo deputatum.

§. VIII.

IN vna quaque etiam Parochiali Ec-
clesia liber vnus sit, in quo annoten-
tur iura omnia, prædia, hæreditates, &
Census ad fabricam Ecclesiæ huiusmodi
pertinentia, bona quoque quibus Cap-
pellæ, festa, & commemorationes do-
rantur: (c) quidque in id præstandum sit,
exprimatur: scripturæ etiam, & institu-
tiones Cappellarum. Præterea in singu-
lis Parochijs tabella vna in loco publico
collocetur, in qua Missæ, Festa, Anni-
versaria in Ecclesia huiusmodi celebra-
nda describantur: hæcque tabella ac offi-
cialibus, seu Visitatoribus, & à Notario
subscripta sit. Quando verò Parochi
festa colenda populo annuntiaverint; ei
quoque festum, aut Anniversarium ea
hebdomada celebrandum notum fa-
cient: (d) Id verò omne quod hoc de-
creto continetur, hæc Synodus vehe-
men-

(c) Mex. 2. c.
17.

(d) Mex. 1. c.
17 §. 1. Guad.
2. 3. const. 19.
& Gran. t. de
Benefic. n. 19.
& t. de Sepul-
turis, n. 16. &
Prov. de Quir.
act. 3. c. 5.

MEXICANUM. 253

menter commendat Episcopis, vt adimpleant, & quam primùm exequantur, cum ex eo non mediocriter pendant Ecclesiarum, dignitatis Episcopalis, iuriumque, & prædiorum conservatio, difficultatumque, & litium remedium; quæ si hoc negligenter fieret, pullullarent.

L I R R I T E R T I J

TITULUS NONUS.

De Testamentis, & ultimis voluntatibus. (c)

§. I.

(c) Con Trid.
sess. 22. c. 8. de
Reform.

Pietate Christiana adstringimur rebus defunctorum prospicere, qui de fidelitate vivorum confisi, quod ipsi piè, & iustè disposuerunt, vivis adimplendum reliquere. Quæ cura Episcopis potissimùm incumbit, tamquam pauperum patribus, & strenuis piorum operum executoribus, hac igitur de re discernit hæc Synodus, (f) vt cum quis condito testamento ex hac vita migraverit; antequam crux efferatur ad corpus

(f) Mex. 1. c.
16. 17. & Grat.
nat. c. de Test.
n. 1.

pus

254 CONCILIUM

pus defuncti humanandum, executores testamentarij testamentum coram Parochis exhibeant, aut saltem eas clausulas authenticas, & fidem facientes, quibus de sepulturæ loco, de Misis, & Legatis pijs relictis testator disposuit. Quæ omnia Parochi, & Beneficiati in libro, quem ad effectum huiusmodi habere debent, annotent: currentque diligenter de plena eorum executione. Quod si intra fatalem annum hæc adimpleta non fuerint; Episcopo, aut eius officiali, seu Visitatori id notum faciant.

§. II.

(g) Gran. t. de
Testam. n. 1.

EXecutoris (g) itidem testamentarij conscientia suæ satisfaciens, à testatoribus disposita quam primùm poterunt exequantur. Quod si id effecerint infra terminum, quò de iure, & expressa testatoris voluntate tenentur; per censuras, & alia iuris remedia a Iudicibus Ecclesiasticis compellantur, (h) ut cum effectu testamenta huiusmodi exhibeant, & de his quæ adimpleta sunt, queque nondum sunt executioni mandata, rationem reddant. Si verò propter retardationem culpabilis sint; puniantur, hæredesque, & depositarij bonorum

(h) Fundator
paragraphus
iste cum teqq
S. Conc. Trid.
sess 25. in de-
creto de Pur-
gatorio, verb.
Current au-
tem Episc.

coet.



MEXICANUM. 255

coerceantur, vt quam primum totum id tribuant, quod ad executionem testamenti necessarium est.

§. III.

Quoniam verò executores testamentorum aliqui dolo malo ab Episcopatu absunt antequàm fatalis annus compleatur; eamque ob causam, tempore à iure statuto ab eis ratio peti non potest; sicque diu retardatur, & differtur eorum executio, quæ testamentis disposita sunt; propterea hæc Synodus interdicit, ne vllus executor (y) huiusmodi à Diocesi discedat, (y) Fac. Guad. quin priùs testamentum quod sibi incumbit, executioni mandaverit, aut cautionem dederit, quatenus anno elapso, sine vlla retardatione præsentem se constituet rationem redditurum: arbitrata Episcoporum ob eius contumaciam * puniturus, si intra octo dies post * Puniendus, elapsum annum ad id non compareat.

Quò verò huius decreti executio certior sit; officialibus, & Iudicibus testamentorum præcipitur, quatenus Episcopis annuntient, vt de opportuno remedio provideant, ne defunctorum volunta-



256 CONCILIUM

tes frustrentur, & quæ ab ipsis dispositæ sunt, minus adimpleantur.

§. IV.

(k) Gran. t. de
Test. n. 2.

CUrati omnes (k) Beneficiati, Cappellani, & alij Sacerdotes, quibus incumbit Missas celebrare, aut alia pia legata testamento relicta adimplere; id agant, & præstent intra sex menses post obitum testatoris, si ab eo aliter non sit dispositum, sub pœna pondo quatuor in usus piorum operum; necnon eorum impensis Missæ huiusmodi celebrentur, & pia legata adimpleantur, quæ ob eorum negligentiam impleta non sunt.

LIBRI TERTIJ

TITULUS DEZIMUS.

(l) Gran. t. de *De Sepulturis, Defunctis, & Funeribus*.
Sepult. n. 7. *libus. (l)*

§. I.

Iustum est, ut populus Christianus fideles defunctos pijs precibus, & officijs prosequatur. Eam ob causam statuit hæc Synodus, ut si condito testamē-

MEXICANUM. 257

mēto quisquam obierit, ea quæ de suis
exequijs, Missis, & pijs legatis, in vtili-
tatem animæ testator disposuit, statim,
prout in testamento continetur, adim-
pleantur. Si verò sine testamento ex hac
vita discessit, & relicta bona sufficiant
pro defuncto; Missa, & vigilia de depo-
sitione defuncti solemniter celebretur,
itidemque in sua Parochia privatarum
Missarum novenarium peragatur. Si au-
tem defunctus persona miserabilis sit, ni-
hilque in bonis reliquerit, gratis sepe-
liatur. Quod si aliquid in elemosynam
erogatum sit; id non in eius sepulturam,
sed in suffragia pro defuncto conferatur.
Qua de causa Curati, & Parochi Cathed-
ralium, & Parochialium Ecclesiarum
iubentur, ne elemosynam huiusmodi
in suos proprios vsus convertant. Quòd
si secus fecerint, ad restitutionem in fo-
ro conscientix teneantur, ac præterea
Episcopi severè eosdem puniant.

§. II.

AD humandos mortuos etiam pau-
peres, vnus ex Parochis, & alter
ex Beneficiatis, cum primùm vocati fue- (m) Gran. tit
rint, accedant, (m) sub pœna pondo qua- de Sepult. d.
tuor in elemosynam Missarum pro ani- n. 7.

R,

ma-

258 CONCILIUM

mabus in purgatorio decerentis. In vna-
quaque verò Parochia, vel ex fabricæ
redditis, vel ex eleemosynis erogatis,
Parochi duos cereos sibi comparent ad
miserabilium personarum funera, curent-
que vt aliqui in comitatu corporis mor-
tui sint, & vt aliquis sepulchrum effo-
diat.

§. III.

(n) Text. de
iure regia in
leg. 6. & 10.
tit. 4 lib. 5.
Recop.

QUando Indus (n) aliquis testamen-
to relicto migraverit, suffragia,
& pia legata ab eo disposita exe-
cutioni mandentur: Si verò hæredem
necessarium habuerit, suffragia, & pia
legata huiusmodi quintam bonorum
partem non excedant, cum iure prohibi-
tum sit in maiore quantitate disponere.

(o) Limen. 3.
scđ. 2. c. 29.

Si verò absque testamento (o) discesse-
rit, quod est præcedenti decreto fanci-
tum fiat. Cavetur tamen (quocumque
modo, vel cum testamento, vel sine eo
Indus moriatur) ne Parochus aliquis sæ-
cularis, aut regularis, ex eius bonis quic-
quam accipiat, etiam sub prætextu ero-
gandi quintam eorum partem in suffra-
gia pro defuncto. Quòd si Curatus sæcu-
laris secus fecerit, tantumdem solvat
fabricæ Ecclesiæ quantum ex bonis de-
functi abstulit: regularis verò pro ratio-
ne

MEXICANUM. 259

ne culpæ ad præscriptum Concilij Tri-
dentini (p) punietur.

(p) Sess. 25. ca
21. de Refor.

§. IV.

VT corruptela, quæ in has India-
rum partes grassata est, funditus
tollatur, qua Curati Indorum defunctis
eorum corporibus humanis non inter-
venientes, id officij cantoribus relinque-
bant; præcipit hæc Synodus Curatis om-
nibus, sæcularibus, & regularibus, ut ipsi
per se sepeliendis Indis intersint, & de-
functorum officium celebrent, super pel-
liceoque induti cum Cruce funeri occur-
rant loco ab Episcopo deputato. Inuitum
enim non est, ut Indi teneri adhuc in fi-
de, exequias defunctorum à suis minis-
tris parvipendi conspiciant, quod pusillis
huiusmodi scandalo esse posset.

§. V.

Convivia, (q) crapulas, & ebrieta-
tes ab Indis in die depositionis
defuncti admitti solitas, diligenti cura
Parochiali munere contendant; eosque
moneant, longè ab eo tempore id alic-
num esse debere. Si verò moniti non res-
piciant, à Parochis corri-

(q) Tex. in c.
Nullus 44. d.

gancur.

R 2

§. VI.

§. VI.

QUò Sancti Templi, vbi divina Officia celebrantur, decor seruetur, omneque illud removeatur, quod impedimento esse possit assistentibus in Ecclesia, vt minus attentè divina Officia audiant, iustisque alijs de causis; ad præscriptum constitutionis scelicis recordat. Pij Papæ V. statuit hæc Synodus, ac iubet, ne sepulchro vllius personæ, cuiuscumque status illa sit (*) cenotaphium imponatur, nisi in diebus depositionis, exequiarum, & anniversarij: sepulchra lapidea, (r) & lignea in Ecclesijs ne erigantur, quæ earum pavimento immineant. Quòd si secus fiat, sæculares id committentes ab Episcopo pro modo culpæ punientur; minister verò Ecclesiasticus consentiens, pondo decem multetur ad vsum fabricæ huius Ecclesiæ, & ceræ, quæ Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento deservit. Sacellis itidem, Templorum parietibus panni lugubres ne pendeant, nisi persona Regia defuncta sit. In funeralibus (f) autem exequijs, & anniversario plures quam duodecim facces, aut cerei sepulchris ne incendantur. Quòd si plures sint, ad vsum luminum

Sane-

(*) Estrado, ò rarima. Mexic. 1. c. 24.

(r) Gran. tit. de Sepulchris, n. 15. Mil. 1. 2. p. tit. de Sepulchris. & Milanen. 4. tit. de Sepult.

(f) Lex regia 2. tit. 5. lib. 5. Recop.

MEXICANUM. 261

Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento applicentur.

§. VII.

QUando defuncti corpus ab aliqua Ecclesia ubi erat in deposito removeretur; è sepulchro ante ne afferatur, (t) quàm pro eius iuribus pondo duodecim in elemosynam erogentur, quorum novem Beneficiatis; tres verò fabricæ illius Ecclesiæ tribuantur. Si verò proprietatis iure sepultum corpus in Ecclesia aliqua sit; in aliam nullatenus transferatur, nisi de Episcopi, eiusvè officialis, aut Visitatoris generalis expressa facultate in scriptis. Qua obtenta, hæredes viginti quatuor pondo in elemosynam conferant, quorum decem, & octo Beneficiatis, sex verò fabricæ Ecclesiæ, à qua corpus transfertur, applicentur. His verò iuribus funeralia iura non intelliguntur comprehensa, quæ aliàs ex dispositione testatoris Beneficiatis provenire possunt.

(t) Gran. titi:
de Sepult. n.º
11. & 12.

§. VIII.

QUia verò rationi maximè consonum est, ut subditi superiores amore prosequantur; præcipit hæc Synodus, (v) ut defuncto aliquo Episcopo, omnes illius Diocesis Sacer-

(v) Gran. titi:
de celebratione
Missar. n.º
32.

362

CONCILIUM

dotes, intra quatuor dies à die notitiæ, pro eo Missam vnam defuncto Episcopo celebrare teneantur, intra octo verò in singulis Ecclesijs Episcopatus Missa vna solemnis celebretur cum Responsorio, idque sine pompa, & sine Ecclesiarum sumptibus fiat,

LIBRI TERTIJ
TITULUS VNDECIMUS,*De Parochis. (x)*

(x) Mexic. 1.
c. 62. cum §.
3. latè, & piò
de hoc tit lo-
quitur. Conc.
Mil 4.2. p. tit.
de Paroch.

§. I.

VT inter Parochos, & Ecclesiarum ministros nulla sit causa discordiæ; statuit hæc Synodus, ac præcipit, ne vllus Sacerdos, sæcularis, aut regularis, Sacramenta administrare audeat in his oppidis, quæ alterius iurisdictioni subsunt, sine Episcopi consensu, aut Parochi proprij eius regionis. Permittitur tamen, vt si iter agentes per aliquod oppidum transire contigerit, à quo proprius Beneficiatus absit; possint Sacerdotes huiusmodi parvulos, & adultos in casu necessitatis baptizare, baptizatorum nomina descripta relinquentes, vt cum
pro

MEXICANUM. 263

proprius Parochus venerit, ea in suum librum transcribat: itidemque confessiones audire poterunt, si ad id fuerint per Ordinarium approbati.

§. II.

MAndat hæc Synodus, (y) vt regulares fontes baptismales non habeant, nisi in his tantum Ecclesijs, vbi assignata est illis cura animarum; ibique nullos præter Parochiales baptizabunt, nec matrimonio coniungent, aut eis nuptialem benedictionem porrigent, nisi de Episcopi, aut proprij Parochi licentia. Quòd si fecus fieret, matrimonia irrita essent, & nulla, vt est Sacri Concilij Tridentini (z) decreto sancitum.

(y) Conc Li-
men. 3. act. 4.
c. 16.

(z) Sess. 24. c.
1. de Reform.
matrim.

§. III.

Quia æquum est, vt vnusquisque fidelium propriam Parochiam, vbi Sancta Sacramenta suscipit, recognoscat; statuitur, & iubetur, (a) postquam mulier aliqua pepererit, intra mensem propriam Parochiam adeat. ibique Missam audiat, ac pro beneficio accepto Omnipotenti Deo gratias agat: si verò sine iusta causa id ampliùs differat, Episcopi arbitratu puniatur.

(a) Guad. tit.
2. const. 12.

LIBRI TERTIJ

TITULUS XII.

De Decimis, & Primitijs.

§. I.

Curatorum, & ministrorum Ecclesie sustentatio ad eos iure divino spectat, in quorum spirituali utilitate ministri Ecclesie se se exercent, eamque ob causam Sancta Mater Ecclesia Decimas, & Primitias Ecclesie dari præcipit, quas Sanctum Concilium Tridentinum (b) integrè persolvi iussit, necnon omnes, & singulos Christi fideles hortatum est, ut Parochis, & superioribus, qui tenentibus præsumt Ecclesijs, de bonis à Deo sibi collatis, pro charitate Christiana, debitoque erga suos pastores munere largè subveniant. Ad cuius Concilij præscriptum (c) hæc Synodus statuit, & mandat, ut (d) omnes homines huius Archiepiscopatus, & Provinciæ (Indis exceptis) ad quos Decimarum, & Primitiarum solutio spectat, eas quas de iure, vel consuetudine tenentur, integrè persolvant sine dolo, & fraude, sive di-

(b) Sess 21. c. 2.
de Refor.

(c) Et sess 21.
c. 4.

(d) Mex 1. c.
90 & Guadix
tit. 7. const 8.
& Gran tit.
de Decim. n.
1 & Lim 3
act. 4. c. 12.



MEXICANUM. 265

minutione, sub pœnis à iure statutis, & alijs quæ in Brevibus à Sede Apostolica specialitèr emanatis continentur. Confessarij verò omnes subditos suos doceant quid de solutione Decimarum, & Primitiarum Sanctum Concilium decreverit, quantumque ad hoc decretum implendum astricti sint. Quos autem repererint in hac parte munerì suo non satisfecisse; de gravitate commissæ culpæ admoneant, & de pœnis hac de causa incurfis: nec eos ab hoc crimine, nisi plena restitutione sequuta, absolvant: cum iustissimum sit, ut à quibus spiritalia remedia percipiunt, temporali stipendio invariare non desinant. Quoad Indos verò id servetur, quòd schedis, (e) & executorialibus Regiæ Maiestatis dispositum est.

§. II.

Concilij Tridentini (f) auctoritate sequuta hæc Synodus; statuit ne quisquam, cuiuscumque gradus, & conditionis sit, Decimarum, & reddituum Ecclesiasticorum solutionem impedire audeat, subtrahere, aut occupare, directè, vel indirectè, per se, aut per interpositam personam, nec impediat exactionem, locationem, augmentum,

(e) Mex. 1. c. 26. Y ay Real Cedula en el libro que dicen de Puja, fol. 195.

(f) Sess. 24. c. 12. text. in Clem Cupientes de Pœnis, & in Clem. Relig. de Decim. Mex. 1. d. c. 90 §. unico, & Guad. & Gran. vbi supra.

266 CONCILIUM

& beneficium Decimarum, & reddituum huiusmodi, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & alijs pœnis, & censuris contra eos à iure, & ab Apostolicis Brevibus statutis, quas ipso facto incurrant sine alia sententia, tam qui Decimas sibi vsurpant, aut earum exactio- num impediunt, quàm qui id iubent, aut ad id Concilium, auxilium, favoremve præstent: Civitates verò, & oppida tamdiu Ecclesiastico interdicto subiaceant, quamdiu delinquentes huiusmodi retinuerint, aut consenserint, sine restitutione ab eis plenè facta.

§. III.

At tendens præterea hæc Synodus, ad alia persolvenda Ecclesijs, quàm ad Decimas, & Primitias, fideles non teneri, nisi spontè, & voluntariè ea velint erogare; præcipit hæc Synodus, ne (g) ullus Indorum minister eos compellat directè, aut indirectè ad oblationes in Missis, funeribus, aut alijs divinis Officijs, & in festis titularibus locorum faciendas: nec occupare possit, exigere, aut petere quascumque exactiones (Indi *Suchiles*, aut *Tamalalitzli* vocant) nec quacumque alia ratione, per se, vel per

(g) Ex Conc.
Limen 3. act.
2. c. 38.

MEXICANUM. 267

per Fiscales , aut quos vocant Indi *Teopantlacas* , aut alias personas , sub pœna quinquaginta pondo pro prima vice , & dupli pro secunda, in fabricæ eius Ecclesiæ cuius fuerit minister , accusatoris , & piorum operum vsus. Ministri tamen huiusmodi accipere poterunt ab Indis, quod ipsi spontè obtulerint , admonentes eos ad id non teneri , nisi ex voluntaria devotione : quo fiet, vt & qui Sacramenta ministrant, ac Doctrinæ Christianæ documenta tradunt , commodè sustententur, & eorum subditi nullis extorsionibus , & vexationibus opprimantur,

LIBRI TERTIJ

TITULUS XIII.

De Regularibus , & Monialibus. (h)

§. I.

VOta paupertatis, castitatis, & obedientiæ adeò in Republica Christiana semper magni æstimata sunt , vt à tempore Apostolorum ad nostra vsque tempora Ecclesia commendaverit , prædicaverit , & perpetua traditione statutæ ea , quæ ad votorum huiusmodi plenam

(h) De hoc tit. Conc. Tolet act. 3 cap. 25. & Mil. 1. p 1 tit. de Monialibus cum seq & Mil 4. 7. p. 11. Quæ pertinent ad regul & 5. Conc. Mil. tit. Quæ ad moniales pertinent.



288 CONCILIUM

nam observationem visa sunt ei necessaria, & oportuna. Nec solum de religiosis omnibus semper curam habuit, sed præcipue monialium, & virginum Deo dedicatarum clausuram procuravit. Est enim is virginum status dæmonibus adeò invisus, vt eas omnibus machinis expugnare, & exagitare contendant, ita vt nullis constitutionibus vallari posse videantur, & ad imperum inimicorum retundendum muniri, si Episcopi, quibus monialium cura data est, diligenter non invigilant, ne vlla in hoc admittatur negligentia, quæ iure tanti ponderis & momenti esset valde culpabilis. Ob id enim præcipue huic virginum statui Ecclesia clausuram imposuit, quia necessarium, aut saltem convenientissimum remedium esse duxit, vt virgines huiusmodi nequaquam à proposito suscepto deterreantur. Iccircò cupiens hæc Provincialis Synodus, in omnibus, & per omnia Sancti Concilij Tridentini (i) decreta sequuta, huic accuratè prospicere, has piè, rectèque vivendi formulas sequentibus decretis sancitas observari præcipit.

(i) Sess. 25. tit. de Regul.

MEXICANUM. 269

§. II.

Imprimis curent Episcopi, vt in Monasterijs sibi subiectis id omne observetur, quod de monialibus Sanctum Concilium Tridentinum (K) decrevit, præsertim quod de paupertate, & clausura, tam ab eodem Concilio, quàm à fel. recordationis Pontificibus Pio V. & Gregorio XIII. constitutum est, quam primum executioni mandare studeant. Quia verò his præsidijs labefactis, atque convulsis, absque vlla dubitatione Religio detrimentum pateretur, & collaberetur; quoad paupertatem præcipitur, vt si quicquam fuerit alicui monialium dono datum, aut testamento relictum, aut industria, & labore quæsitum, Conventui incorporetur, ideòque ad manus Præfectæ recta deferantur, quæ pro sua prudentia, & humanitate imprimis ex huiusmodi bonis subveniat arbitrio suo necessitatibus illius monialis, cuius opera, vel contemplatione fuerint parta. Quòd verò reliquum fuerit, in communem vsum totius Monasterij convertat. Quoad clausuram verò animadvertant Episcopi, aut alij Superiores, se non debere facultatem concedere, vt aliqua

(K) Sess. 25. c. 2. de Regul. Tol. act. 3. c. 25. & Syn. de Quir. cons. 96. & Provis. eiusdem Quir. rog. act. 3. c. 43. Pio V. & Greg. XIII.

Præfectæ

270 CONCILIUM

qua monialis ex septis Monasterij egre-
diatur; nisi in casibus lippiz, epidemiz,
aut gravis alicuius incendij, prout est
constitutione fel. recordationis Pij Papæ
(l) Pij V. (l) dispositum. Nulli autem personæ,
nisi rationabilis, & manifesta causa exis-
tat, sine Episcopi licentia in scriptis, in-
gressus, vel accessus ad Monasteria pa-
teat, iuxta constitutionem Bonifacij
VIII. quæ incipit: *Periculoso*, (m) à Sa-
cro Concilio Tridentino (*) renovatam.
Superioribus quoque, Vicarijs, & de
Abbatissis, seu Præfectis Monasteriorum
præcipitur, ne pueri parvuli, aut puellæ
vllatenùs intra Monasteria ducantur.
Quòd si secus fecerint, Prælatis iniungi-
tur in foro conscientiz, vt in hoc Abba-
tissæ, aut cuiusvis alterius monialis ne-
gligentiam, & excessum corrigant, cum
suspensione officij si opus fuerit.

(l) Pij V.

(m) In c. Peri-
culos de Sta-
tu Regul. lit.
6.(*) Sess. 21.
c. 3. de Reg.

§. III.

(n) Provinc.
de Quir. act.
3. c. 44.

Quandocumque (n) in Monasterijs
monialium Ordinario subiectis,
Abbatissæ, Priorissæ, aut cuiusvis
alterius nominis præfectæ officium voca-
verit, & de novo eligi debuerit; Episco-
pus per se, aut per suum Vicarium, vel
alium quem voluerit ad id deputare;

Mo.

MEXICANUM. 271

Monasterium, & omnes moniales visitet; ita ut visitatio electionem præcedat.

§. IV.

EX Tridentini (o) Concilij iussu maior monialium numerus in Monasterio ne recipiatur, quàm qui pro modo, & facultate loci, & consuetis eleemosynis, & redditibus commode valeat sustentari: neque is numerus, nisi facta proportionabili reddituum accessione, augeri possit. Præfectis verò in virtute sanctæ obedientiæ præcipitur, ut totum id quod pro ingressu alicuius monialis pro eleemosyna perceperunt, in redditibus, & bonis immobilibus Monasterij collocent. Si quid verò ex eo sumptuum faciendum aliquo modo est; id sine consensu Episcopi ne fiat. Præfectæ verò monialibus subditis ita quæ ad victum necessaria sunt tribuere procurent, ne à parentibus illud moleste percipiant.

(o) Sess. 25. c. 3. de Regul. Conc. Trarac. cap. 26 & 31. Conc. Rem. c. 33. tex in c. 1. de instir & in c. Authoritat. § Sanè de Statu Reg lib. 6. & Lim. 3. act. 3. c. 33 & iura, & Concil. concordantia refert Ioann. Trull. in expof. Reg Canon Regul. lib. 2. c. 10. n. 1. Lim. 3. act. 3. c. 34.

§. V.

QUando monialium Monasteria visitantur, initio visitationis Prælati, aut si impeditus fuerit, visitator ab eo specialiter deputatus, Monasterium ingrediatur, duobus, aut tribus

(p) Sess. 25. c.
5. & 7.(q) Mil. 1. p. 3.
tit. de Clausu-
ra, & quæ ad
eam tuendam
aliqua ratio-
ne pertinent
Verb. Hoc au-
tem edicto, &
Limen 3. act.
3. c. 1. text in
c. Monasteria,
de Vit. & ho-
nest. Clericor.
Mil. 1. p. 1. d.
tit. de Claus-
ver. Quicum-
que, & Guad.
tit. 5. const.
11. & Grao.
tit. de Vita, &
honest. Cleri-
cor n. 16. Syn-
nod de Quir.
const. 96. in
fine, & Syn-
de Olma, tit.
8 const. 1. §.
7. & Provin-
de Burg. lib.
3. de Vita, &
honest. Cleri-
cor. c. 11. ad
finem. Lim.
3. act. 3. p. 36.

272 CONCILIUM

tribus viris honestate vitæ, & morum
integritate probatis sibi in Comites ad-
hibitis; perlustretque diligentèr qualita-
tem domus, officia, & reliqua ad id ne-
cessaria: in fine verò visitationis, quan-
do capitulum ad corrigendum excessus
congregandum est, visitator eodem mo-
do comitatus Monasterium ingredi po-
terit. Reliqua verò alia ante cancello-
rum fenestellam, aut in loco collocutio-
ni deputato peragat. Si verò extra hos
casus visitatorem in Monasterij septa
ingredi oporteat; id sine facultate Epil-
copi in scriptis ne faciat, iuxta formam
Concilij Tridentini. (p)

§. VI.

ABbatissæ, (q) sive præfekte moniali-
bus subditis facile ne concedant,
vt cum sæcularibus hominibus loquan-
tur, nisi ij parentes sint, fratresve, aut
consanguinei: idque frequenter ne fiat.
Nunquam tamen consentiant, vt sine
aliqua auscultatione sæculares alij mo-
niales alloquantur. Quibuscumque etiam
personis interdicitur, ne loca in Mo-
nasterijs monialium collocutionibus de-
putata frequenter adeant. Sin minus
persona illa, sive sæcularis, sive regularis,



MEXICANUM. 273

cuiuscumque gradus, & conditionis sit, quæ sæpius cum aliquibus monialibus colloquatur, aut consuetudinem habeat sine facultate prædicta, graviter puniatur, iuxta constitutionem Alexandri III. quæ incipit: *Monasteria*, & alijs etiam pœnis pro modo culpæ, & scandali. Quod inde generabitur, invocato, si opus fuerit, ad id brachij sæcularis auxilio. Nec permittatur, vt Ecclesiasticus, siue sæcularis vir, aut Monasteria adeat, vel ea ingrediatur, ratione instruendæ moniales in cantu, nisi iusta aliqua de causa, superior ad id facultatem concesserit; in qua facultate concedenda superioris conscientia maxime operatur, vt eam non concedat, nisi ob urgentem necessitatem, aut communem utilitatem. Cùm verò alicui personæ ad cantum docendum Monasteria adire conceditur; nequaquam intra septa Monasterij ingrediatur, sed id ante cancellorum fenestellam præstet, aliter pœnas incurrat à Concilio Tridentino statutas.

(S)

§. VII.

VT omnes avaritiæ, aut simoniæ la-
bes obvietur, præcipit hæc Sy-
nodus, vt quando * mixta aliqua fœ-
mina in monialem alicuius Monasterij
recipiatur (quòd nisi de superioris spe-
ciali consensu fieri non potest) pro
eleemosyna ampliùs quàm aliæ ne det.
Neque ab ea quicquam petatur eò quòd
ad choro inserviendum admittatur, nisi
illud tantùm quod solent dare aliæ, quæ
ad huiusmodi effectum recipiuntur, si
enim secus fiat, simoniæ scrupulo non
caret.

§. VIII.

AMbitio disensionis, & inuidiæ ori-
go omnino est à Monasterijs,
tamquam teterrima pestis, propulsanda.
Quam ob causam statuitur ac iubetur,
ne vlla monialis (r) ambiat, aut vllò
quevis modo, siue directe, siue indire-
cte, per se, aut per aliam interpositam
personã, honores officiaue cuiusvis ge-
neris sui Monasterij quærat, sub hac
constituta pœna; vt ea, & quæ sibi in ea
re fuerint, per tres sextas ferias ad pedes
singularium monialium terram deoscu-
lautes, suam accensent ambitionem: ipsa-
que

(r) Mil. 1. p. 3.
tit de Præf &
alijs Mioistr.
monial. verb.
N. l. iamonal.
& verb. Sin-
gulæ.



MEXICANUM. 275

quæ præterea si id officium consecuta erit, eo cæterisque muneribus privetur superioris, arbitrato, iusta constitutiones singulorum Monasteriorum, singulæ moniales, propria voluntate deposita, & ad obtemperandum paratæ, sibi que Dei gloriam, & communem Monasterij utilitatem tantummodo proponentes, ad honores, & officia eas eligent, quas omni remoto humanitatis affectu; impulsu Spiritus Sancti magis idoneas ad id munus esse iudicaverint.

§. IX.

Præfecta, quocumque nomine appellatur, ex Tridentini Concilij (1) Decreto, ne minor quadraginta annis eligatur, quæve in vitæ honestate laudabiliter vixerit octo annis postquam professa est. Quòd si in eodem Monasterio non eiusmodi reperiatür juxta Concilium Tridentinum ex alio eiusdem ordinis eligi possit. Sin autem Superiori, qui electione præest, hoc etiam incommodum esse videatur; Episcopo, vel alio Superiore consentiente, eligatur ex his quæ in eodem Monasterio triginta annis maiores natu sint, quæ annis saltem quinque post professionem recte vixe-

(1) Sess. 15. c. 7 de Reg. Mil. 1 p. 3 tit. de Præfct. verb. Præfctæ.

§. XIII.

QUoniam ex Concilij Tridentini (2) Decreto, professio ante decimum sextum annum expletum, & ante annum probationis post susceptum habitum facta nulla est, nullamque parit obligationem; curret Episcopi, ne novitia vlla ante illam aetatem, & tempus ad professionem admittatur: Novitiæ autem causa ante professionem, ex Decreto Concilij Tridentini, nihil Monasterio detur, præter id quod necessarium ad victum, & vestitum eius pro tempore quo fuerint in novitatu, quòd totum æstimari debeat à Superioribus, & ad id representandum, antequam puella Monasterium ingrediat, omnibus iuris remedijs ijdem Superiores vtantur. Nulla autem renunciatio bonorum à novitia fiat, nisi quemadmodum à Concilio Tridentino (a) iustum est.

(2) Sess. 25. c. 15 de Regul. Mil. 1 p 3 tit. de Novitijs ad professionem recipiendis, v Quoniam, & verb. Novitiæ.

* Sess. 25. c. 6. de Regul.

(a) Sess. 25. c. 16. de Regul.

§. XIV.

QUò multis incommodis occurritur, & omnis tollatur occasio, ne quæ ad regularem habitum admittuntur, & in eo professionem faciunt,

MEXICANUM. 279

ciunt, vel vim, vel ignorantiam præten-
dant; ex Decreto Concilij Tridentini

(b) statuit, & decernit hæc Synodus, vt
de voluntate eius, quæ habitum regula-
rem susceptura est, aut in eo professura.

Episcopus per se inquirat, an coacta, an
seducta sit, an sciat quid agat. Si verò
Episcopus legitimè impeditus fuerit;
eius conscientia iniungitur, vt ad id per-
sonas prudentia, & vita probatas depu-
tet, à quibus optima huius Ministerij
executio expectetur. Præfecta autem

Monasterij triginta ante diebus Episco-
po significet, quo tempore novitia pro-
fessura sit. Si verò id facere neglexerit;
eiusdem Concilij Tridentini (c) Decreto
ab eius officio tamdiu amoveatur, quam-
diu Episcopo videbitur.

(b) Sess. 25. c.
17. de Regul.
Mil 1.3. p. tit.
de Novitijs ad
professionem
recipiendis, v.
Præfecta au-
tem, & Milan.
c. tit. Quæ ad
Moniales per-
tinent, verb.
Cum Novitijs.

(c) Sess. 25. c.
17. de Regul.

§. XV.

VT puriori, & integriore conscien-
tia moniales, in Dei cultum sese
exerceant; hæc Synodus Prælati, aut
his, qui eorum nomine virginum Mo-
nasteriorum curam gerunt, præcipit, vt
monialibus Confessores præficiant, &
ætate provectos, & prudentes, & Deum
timentes, qui singulis saltem mensibus
peccata monialium audiant; eisque sa-



280 CONCILIUM

(d) Sess. 25. c.
10. de Regul.
Mil. 1 c. 3. tit.
de Contiona
toribus Con-
fessoribus. Vi-
sitoribus, &
Cappellanis,
verb Præfi-
ciantur, Conc.
Prov. de Quir.
36. 3. c. 45.

rosanctam Eucharistiam administrent,
quemadmodum sacrum Tridentinum
(d) Concilium iubet: ex cuiusquoque
Decreto iussum est, vt Episcopus, aut
alij Superiores, præter ordinarium Con-
fessorem, alium extraordinarium mo-
nialibus offerant, bis aut ter in anno,
qui earum Confessiones audire debeat;
cuius Decreti exequendi curam hæc Sy-
nodus Prælatis imponit.

§. XVI.

TAmetsi hæc Synodus non repro-
bat, inimo potius laudat, & ap-
probat quarundam mulierum statum,
quæ extra Monasteria in habitu honesto
degentes, voto simplici ad seruandam
Deo castitatem se astringunt; nihilomi-
nus præueniens eadem Synodus, ne sub
devotionis specie prædictæ mulieres li-
centiosè huc illucque vagantes discer-
rant; & ob similitudinem habitus sancti
monialibus ignominiam inferant; sta-
tuit ac præcipit sub pœna excommuni-
cationis latæ sententiæ, vt nulla prædi-
ctarum mulierum, quas *Beatas* vocant,
habitum alicuius Religionis approbatæ
deferat. Declarat tamen hæc Synodus
his decretis ad Religiosam gubernatio-



MEXICANUM. 281

nem pertinentibus, aliquam ex constitutionibus monialium nolle revocare, nec ei vllatenùs præiudicium inferre, nec facultatem à Prælatis auferre, quàm ipsi habent, circa ea quæ iuri non adversantur, mutandi constitutiones, aut alias de novo adiungere, prout eis visum fuerit, iuxta necessitatum, & temporum occasionem. Hæc verò Synodus magistratus, & iustitiæ ministros Catholicæ Maiestatis monet, & hortatur, vt ad executionem horum decretorum, quæ vt plurimum ex iure communi, ex Concilio Tridentino, & ex Romanorum Pontificum proprijs motibus desumpta sunt, favorem, & auxilium opportunum præstent, vt decreta hæc ad Dei Omnipotentis honorem dirigantur.

§. XVII.

NE verò exemptiones, & privilegia regularibus à Sede Apostolica concessa, vllius perturbationis causa sint; necessarium est, ea declarare, quæ ex decretis Concilij Tridentini (e) regulares observare tenentur, & in quibus subiciti esse debeant Archiepiscopis, & Episcopis. Quare teneri eos declaratur publicis processionibus interesse, quotiescumque

(e) Sess. 7. c. 12. & 13. sess. 23. c. 15. sess. 24. c. 4. sess. 12. cap. 13. Coexpol. act. 3 c. 36 & Milan. p. 2. tit. de Processionibus, & supplicationibus, verb. Ad huiusmodi.



282 CONCILIUM

ab Episcopo vocentur, teneri quoque interdita, & censuras ab Ordinario impositas servare, & in suis Monasterijs, & Ecclesijs publicare, quando eis iniunctum fuerit.

§. XVIII.

Itidem ad ordines promoveri, aut alicuius personæ sæcularis (etiam si Sacerdotes sint) confessionem audire non possint, nisi prius ab Ordinario examinati probentur. Præterea Episcopo non consentiente, aut si prius coram eo cum suorum superiorum consensu non se constituerint, & ab eo benedictionem acceperint, verbum Dei non prædicent: extra Monasteria verò, nisi examinati, & approbati ab Ordinario itidem prædicare non possint.

§. XIX.

Iuxta id, quod à Concilio Tridentino (f) decretum est, & per schedam Regiæ Maiestatis dispositum, Regulares qui Indorum curam gerant, ab Ordinaris visitari, eisdemque subditi esse debent, tam quoad doctrinam edocendam, quam quoad Sacramenta administranda. Qui si publicè deliquerint ab Ordinarijs ad suos superiores transmitti debent.

(f) Conc. Trident. sess 25. c. 45.

MEXICANUM. 283

hent. Si verò à superioribus intra terminum ab Ordinarijs præfixum non corrigantur; delinquentes huiusmodi Ordinarij ipsi puniant, vt est a Sancto Concilio Tridentino (g) dispositum, & suprà titulo *de Episcoporum officio* iam dictum.

§. XX.

Regulares (h) ab instituto Religionis suscepto deficientes, Episcopi favoribus prosequi non debent, tum quia nihil boni ab his sperandum est, qui promissum Deo votum non servant, tum quia si ij protegerentur, alijs daretur occasio, vt eorum nequitiam imitentur: eam ob causam interdicitur, ne regulares huiusmodi ab vlllo Episcopo eligantur, aut deputentur in Vicarios, Beneficiatos, Cappellanos, aut doctrinæ ministròs, vt sic derelicti ij ad institutum Religionis redeant, & alij à suscepto proposito discedere vereantur. Si verò regularis aliquis (etiam retento habitu) extra Monasterium vagetur; huic facultas non concedatur Sacrum peragendi, nisi priùs eius litteræ testimoniales ab ipsismet Episcopis examinentur.

(g) Sess. 5. c. 2. sess. 24. c. 4. Mex. 1. c. 9. & Granat. tit. de Pœnitent. & remissionibus, n. 4. & 5. Syn. de Quir. const. 12. & Prouinc. eiusdem Quir. rog. act. 3. c. 47. & Limen 3. act. 2. c. 14.

(h) Conc. Trident. sess. 25. c. 14. Ay Cedula Real dada en Barcelona por Junio de 1585. Sess. 25. c. 14. Mex. 1. c. 58. & Synod. de Quir. rog. const. 81. & Lim. 3. act. 3. c. 10.



§. XXI.

(i) Mexic. 1.
c. 39. §. 2.

STatuitur itidem, ac prohibetur in hoc Archiepiscopatu, & Provincia, ne (i) eremitæ, aut aliæ personæ permittantur, quæ extra ordinarium habitum induentes, alium sibi singularem vivendi modum præscribant, quam eum quem probatæ Religionis instituta admittant, ut multa incommoda vitentur, quæ, ut experientia compertum est, inde evenire solent.

LIBRI TERTIJ
TITULUS XIV.*De Religiosis, & Pijis domibus.*

(K) Sess. 25 c.
3. de Regul.
Mex 1. c. 35.
cum §. 1. &
Gran de Re-
ligiosis, & pijs
domibus, § 1.
in princip &
Syn. de Quir
constitut. 76.
Conc. Mil. 4.
tit. de Eccles.
fabric.

§. I.

ECclesiæ, Eremitoria, & alia pia loca, ut quemadmodum oportet conserventur, & administrantur, ex iuris dispositione Episcopo debent esse subiecta. Atque adeò in executionem Concilij Tridentini (K) præcipitur, ut de cætero similia loca non erigantur, sine Episcopi, in cuius Diocæsi erigenda sunt, facultate prius obtenta, sub pœna

MEXICANUM. 285

excommunicationis maioris. In facultatibus verò ad id concedendis seruent Episcopi, quod suprà titulo *de Officio Episcoporum* statutum est. Advertant tamen, ne in Ecclesijs Indorum sub prætextu custodum, aut cantorum maior numerus personarum constituatur, quam qui videbitur necessarius. Qui verò ad Ecclesias huiusmodi admittendi sunt, bonæ vitæ, & morum fama polleant, & Catholicæ fidei mysterijs sint benè instructi. Sacrosancti Concilij Tridentini auctoritatem sequuta hæc Synodus statuit, vt quæ capitulo octavo, & nono, sessione vicesima secunda Concilij eiusdem decreta sunt, omninò obseruentur.

§. II.

Ecclesiæ (1) omnes, Monasteria, & Eremitoria, domus, & loca pia, vt eis debita reverentia seruetur, & incommodis multis in Dei offensam occurratur; dato signo campanæ ad orationem, quæ fit in Solis occasu, claudantur per totum annum, præsertim verò ferijs sextis, & alijs Quadragesimæ diebus: ab eaque hora vsquequò dies illuxerit, nullatenus aperiantur, nec ratione Iubilæi, Festorum, aut Indulgentia-

(1) Mex. 1. c. 75 Gran vbi suprà § 1. & Syn de Quir. const 78. tex. in c Decet, de immunitate Eccles lib 6. Mex. 1. c. 27. § vnico ad finem, & Comp. post. act 2. c. 11. & Mil 1. p 2 tit de Eccles & earum cultu verbo: Rect. & Granat tit de celebrat Missar. n 31 & Tol. act. 2. c. 20.

286 CONCILIUM

tiarum : aliter qui Ecclesiarum, & locorum piorum huiusmodi curam gerunt, graviter punientur pro modo culpæ, in quo Episcoporum conscientia onerantur. Excipiuntur tamen tantum noctes Nativitatis Domini nostri, Feriæ quintæ in Cœna Domini, Feriæ sextæ in Parasceve, Resurrectionis Domini. Ne verò nocturnæ stationes fiant, Episcopi necessarium adhibeant remedium.

§. III.

E piscoporum proprium est (qui patres indulgentissimi erga pauperes, & egenos esse debent) procurare, ut pia charitatis, eleemosynarumque opera augeantur, & ea his administrandis cura adhibeatur, quo finis ad quem instituta sunt, comparetur. Eam ob causam ad præscriptum Concilij Tridentini (m) iubetur, ut in hospitalibus Ordinariis supiectis, ad optimam eorum administrationem sequentes constitutiones observentur.

§. IV.

N E in hospitalia infirmus aliquis, ut ei medicamenta applicentur, excipiat, qui suis sumptibus id efficere valet. Si ob iustam aliquam causam ad

(m) Sess 7. c. 15. ses 22. c. 2. & 9. Con Mil. 4. p. 1. tit. Quæ ad pia loca pertinent, ab hoc §. 3. vsq. ad finem huius tit. Vide Granat. tit. de Religiosis, & domibus, & n. 4. vsque ad 19. & Mil. 4. vbi supra.

MEXICANUM. 287

admitti debeat; ea conditio ei statuatur, ut quicquid in ægritudine impensæ fecerit, hospitali restituat, & aliquid etiam in eleemosynam eroget, nisi aliter fuerit fundatoris voluntate dispositum.

Pauperes omnes ægroti, qui ut ab ægritudinibus conualescant in hospitalia recipiuntur, ante quam eis lectus tribuatur, vel intra tres dies post sibi attributum lectum, peccata sua confiteantur. Sin minus Medicus, nec eos visitet, nec eis medicamenta applicentur: Administrator verò, seu Rector, ita adimpleri faciat, sub pœna aurei vnus.

In hospitalibus nullus pauper ludat, nec iuret: sin minus, foras eijciatur.

Omnibus diebus Dominicis, festis solemnibus, & alijs diebus, si fieri poterit, in hospitalibus Missa celebretur, curetque Administrator, ut eam omnes integrè audiant: in hospitalibus verò, ubi facellum est, & plebis multitudo convenit ad Sacrum audiendum, illud Dominicis diebus, & festis solemnibus ne peragatur, dum Missa solennis in Ecclesia Parochiali celebratur. Nulla autem Missa, aut officium cantetur in hospitalibus, nisi à Beneficiato, vel Beneficiarijs Parochiæ, aut de eorum consensu.

Sin-



288 CONCILIUM

Singulis noctibus post datum campanæ signum ad orationem, & etiã summo manè, Administrator iubeat, vt aliquis minister alta voce Christianam Doctrinam pauperibus recitet, eique pauperes respondere teneantur. In valetudinarijs autem, seu infirmarijs, tabella, & item altera in facello hospitalium collocetur, quibus Doctrina Christiana describitur.

Oratorium quoque cum Sanctissimæ Crucis imagine alijsvè imaginibus, & aqua benedicta in hospitalibus constituantur, Administratorque pauperes, qui per hospitale deambulant, ibi preces ad Deum effundere faciat, cum in lecto cubaverint, vel ab eo surrexerint.

Hospitalium præfecti omnem eorum supellectilem nitidam servent, curentque diligenter, ne qui contagiosis morbis ægrotant aliorum pannis involvantur: dormitoria, vt vocant, virorum, & fœminarum divisa sint, & separata.

Administratores hospitalium nullatenus vagos, ebriosvè, nebulones, inimicitias gerentes, & istiusmodi nequissimos homines recipiant: inobedientes verò, & delinquentes, cum opus fuerit, corrigant, eosque vinculis coerceant, contumaces verò foras eijciant.

MEXICANUM. 289

Idem Rectores ne patiantur, ut in Hospitalibus à pauperibus aliquid extorqueatur, eo prætextu, quod lumen, aut ignis, aliavè huiusmodi eis suppedientur.

¶ Sacramenta quoque pauperibus suorum Hospitalium Rectores administrent; si ab Episcopo examinati, ad id facultatem obtinent; pauperes etiam in articulo mortis hortentur, eisque in eo articulo omnia necessaria provideant; nec solos eo tempore ægros deserant. Idque omne curati Parochiarum in his Hospitalibus præstabant, ubi Rectores non sint constituti, sub pœna quatuor pondorum Defunctos etiam pauperes, si in eisdem Hospitalibus ij sepeliant.

Libros habeant Administratores, eisque infirmorum nomina inscribant, quibus lecti attributi sunt, cum die, mense, & anno, quando Hospitalia sunt ingressi, patria etiam, ætate, officio, & statu, supellectilique, & pecunijs quas secum attulerunt. Curent etiam, ut testamenta condant, eisque in memoriam revocent, ut Hospitali (si fieri potest) succurrant. Quod si obierint, eos in libro describant, ita ut hæredibus de eis rationem reddere possint. Si verò conva-



292

CONCILIUM
LIBRI TERTIJ
TITULUS XV.*De celebratione Missarum, & Divinorum Officiorum. (n)*

(n) Synod. de
Quir. const. 79
ad finem latè
Conc. Mil. 4.
tit. Quæ perti-
nent ad sanct.
Missæ sacrific.

§. I.

VT Santissimum Missæ Sacrificium, in qua illa Deo Patri placens hostia Iesus Christus in odorem suavitatis offertur, singulari Religione ac pietate, & à Sacerdotibus celebretur, & à populo colatur; hæc Synodus decernit ac iubet, ut tam in Cathedralibus, quam in Parochialibus Ecclesijs omnibus huius Archiepiscopatus, & Provinciæ Præbendati, Parochi, & Beneficiati, cæteri que Sacerdotes, & Ministri, in celebrandis Missis, & Divinis Officijs recitandis omnino se se accommodent ad Missale, & Breviarum ex Concilij Tridentini Decreto edita, & ad institutiones suarum Ecclesiarum, Missali, & Breviario Romano minime contrarias.



MEXICANUM. 293

§. II.

Quoniam verò, vt rebus per multis consultum esset, quæ expressè in Missali, & Breviario Romano, & in erectionibus, & constitutionibus Ecclesiarum huius Provinciæ non continentur; hæc Synodus sacrosancti Concilij Tridentini (o) auctoritate innixa, Rituale, seu Cæremoniale ad vsum huius Archiepiscopatus, & Provinciæ constituit, & approbabit. Idemque ad cultus Divini decorem, & ornatum plurimum conferre censuit. Ic circò eadem Synodus præcipit, vt Ritualis seu Cæremoniales huiusmodi forma inviolabiliter observetur, postquam à Sede Apostolica revisam fuerit. Episcopos verò, & Chori Præfectos monet, & hortatur, quatenus illud executioni plenè mandari faciant, sub pœnis in Rituali statutis, de cuius observatione in Synodo Provinciali Episcopi rationem reddant.

§. III.

In vna quaque Cathedrali Ecclesia Magister Cæremoniarum ab Episcopo, & Capitulo constituatur, qui Sacerdos sit probatis moribus, & in Divinis Officijs, & Cæremonijs valdè exer-

(o) Sess 14. c.
11. Tarracon.
Conc. in cap.
Post const. &
in c. Quia per
eærem. de Cõ-
secr Guad tit.
3 const. 2. &
Milan. 1. p. 2.
t. Communia
de Rat Divin.
Offic. & Mil.
4. t. de Benefic.
§ 1. ad fin. &
Compost. act.
2. c. 11. & Li-
mens. 3. act 4.
c. 11. Concil.
Tarr. vbi sup.
& Guad. t. 3.
Constit 2. &
Compost act.
2. c. 15. & Mil.
1. p. 2. t. de Of-
fic. mag. chori
& eærem. &
Mil. 2. t. 2. de-
creto 12. &
Gran. t. de Ce-
lebrat Miss. n.
1. & 19. & 20.
& Synod. de
Quir. constit.

294 CONCILIUM

citatus, cui æquis sumptibus, Capituli, Episcopi, & fabricæ stipendium detur. Magistri autem Cæremoniarum officium erit, tam afsistentes choro, quàm altari Ministros officij sui ad monere, vt in eo vnusquisque cæremoniarum ritum obseruet. Obedientia verò Magistro huiusmodi cæremoniarum præstanda est, eumque omnes audiant in Divinis officijs cum debitis cæremonijs celebrandis: aliter enim confusè ac perturbatè ageretur. Officium quoque Magistrj Cæremoniarum erit, Præsbyteros recens pro motos examinari, & probare, eisque ad primam Missam celebrandam facultatem concedere. Quia verò in cultu exteriori rituum confirmatio admirabilis harmoniæ causa est, & ad devotionis augmentum plurimum confert; hæc Synodus iubet, vt omnes Presbyteri, cuiuscumque qualitatis, & conditionis existant, à Magistro Cæremoniarum huiusmodi denuò examinentur in cæremonijs, & Ritibus Missalis Romani, ex Decreto Concilij Tridentini editi, idque Episcopus quam primùm fieri possit adimpleri faciat.

MEXICANUM. 295

§. IV.

Oprimè in Ecclesia constitutum (p) est, vt Clerici à sæcularibus, sicut dignitate, ita etiam in loco distinguantur. Sic enim Clericalis Ordinis dignitas melius conservatur, & ab attentione, & animi reverentia, quam Clerici Divinis officijs adhibere debent, minimè prohibentur. Quæ tam laudabilis consuetudo, tamque omnium Catholicorum probata consensu vt observetur, hæc Synodus statuit ac mandat, ne Ecclesiarum Cathedralium choros dum Divina peraguntur officia, sæcularis personæ ullatenus ingrediantur, nec intra chori cancellos admittantur, exceptis modulatoribus, sive cantoribus, qui choro inserviunt.

§. V.

His itidem temporibus quibus Clerici, vel ad verbum Dei audiendum, vel ad Divina officia celebranda in choro conveniunt, nullatenus permittatur, vt scemina aliqua chorum intret, aut in excelso, vel sublimi chori loco sedeat, sub pœna excommunicationis. Clerici omnes, etiam illi qui prima

(q) Tex. in c. Sacerd. aliorumque Cler. de Cons. dist. 2. & tex. in c. 1. de Vita, & hon. Cler. Mexic. 1. cap. 21. Tol. act. 3. c. 15. Compost. act. 2. c. 21. & Gran. de Celebr. Miss. n. 3. Prov. de Quir. act. 3. decr. 39 y por Real cedula de 24 de Septiembre de 1570 se manda practicar, y guardar el dicho cap. 15. de la acción 3. de el Conc. Tol. Mex. 1. c. 21. Mil. r. c. 2 tit. Commun. de Rat. Divin. officio verb. In choro, & Syn. de Quir. const. 88 & Lim. 3. act. 3. c. 27. ad finem.



tum tonsura insigniti sunt, ad Divina officia celebranda super pelliceo induti ingrediuntur, secus verò eis intra cancellos chori ingredi prohibeatur, nisi aliarum Ecclesiarum Cathedralium præbendati sint.

(r) Pius V, const. 5. verb. Paup f. 924 in Bulla Apost. & est lex Regia 16. tit. 1. 1. lib. 1. Rec. Clar. in leg 16. Cod. tit & lib. verb. Muy decente, Mex 1. c. 21. §. 3. Mil. 2. p. tit. de Eccl. & earum cultu, verb. Nemen-dici, & Gran. tit de Celebr. Miss. n. 30. & Syn. de Quir. const. 83 Mex. 1. c. 21. §. 2 & Comp. act. 2. c. 23. & Syn. de Quir. const. 84. vide Conc. adducta sup. tit. de Relig. & pijs domib. §. 2. Mex 1. c. 21 §. 1. & Guad. t. 3. const. 7.

§. VI.

Porrò iuxta motum proprium felicis recordationis Pij Papæ V. (r) prohibetur, ne persona aliqua Ecclesiastica, sive sæcularis, cuiuscumque qualitatis, præminentia, statusve existat, quacumque de causa eleemosynas per Ecclesiam quæreret, dum Missa solemnis, aut alia Divina officia celebrantur, nec dum Missa privata peragitur, ab his qui eam audiunt eleemosynas huiusmodi petat inquietè, & tumultuosè. Immo si qui eleemosynas hoc modo quærunt, eos Præsident in Ecclesiæ Cathedralis choro, & Curatos in Parochiali, ad portas Ecclesiæ petere compellat. Si verò per Ecclesiam eleemosynas peti, tempore ab hoc decreto prohibito, Præsident, vel Curatus huiusmodi patiantur; in singulas vices pro sua negligentia pondo quatuor persolvant in usus fabricæ Ecclesiæ.

MEXICANUM: 297

§. VII.

OMnibus diebus Dominicis, & festis solemnibus (etiam si sermo habebatur) in Missa solemnī Angelicus Hymnus, symbolum, Præfatio, & Dominica oratio cantabitur; sin minus præfidens in Choro, qui sine sufficienti causa id aliter fieri consenserit, & Sacerdos, qui sine facultate aliquid horum negligenter omisserit, pondo vnum fabricæ Ecclesiæ singuli persolvant. Chorus autem si aliquid horum non cantaverit, Missæ distributiones amittat.

§. VIII.

Nullus Missam ante Auroram, nec post meridiem (nisi ex privilegio sibi ad id concessō) celebret. Missæ verò, quas Hispanicè *de Aguinaldo* vocant, antequam dies illuxerit, ne celebrentur.

§. IX.

Missis celebrandis in diebus coeclendis is ordo adhibeatur, vt pro populi commoditate plures simul Missæ non celebrentur, sed debito intervallo distribuuntur.

298 CONCILIUM

§. X.

NE, vt Sacrosanctum Concilium Tridentinum (f) decernit, superstitioni locus aliquis detur, quæ ex ignorantia, & quorundam fidelium nimia facilitate irrepfit; præcipit hæc Synodus in virtute sanctæ obedientiæ, vt nullus Sacerdos, sub pœna excommunicationis, eas Missas celebret, quas vocant Sancti Amatoris, Comitæ, aut Sancti Vincentij, aliasvè similes, quæ ab aliquibus celebrare petantur cum certo candelarum numero, certisque in locis candelis huiusmodi collocatis, certis etiam modis, aut coloribus, existimantes, ob superstitionas huiusmodi cæremonias se, quod volunt impetraturos. Missas verò huiusmodi petentes moneant, qui sit, & à quo potissimum proveniat, sanctissimi huius sacrificij tam pretiosus, ac cœlestis fructus: eos quoque ritus, & cæremonias Missis celebrandis adhibeant, quæ ab Ecclesia probatæ, ac frequenti, & laudabili v̄su receptæ sunt.

(f) Sess. 25 in princip. Mex. 1. cap. 22. & Guad. tit. 2. const. 19. & Granat. tit. de celebr. Mill. n. 29.

(t) Sess. 22. in princip. Mex. 1. cap. 25 & Guad. tit. 3. const. 8 & Milan. 1. part. tit. Quæ pertinet ad celeb. Miss. verb. Nullus Sacerdos; & Milan. 4. Quæ pertinent ad Sanct. Missæ Sacrif. verb. Episc. & Syn. de Quæ const. 82 & Provin. eiusd. Quirogæ act. 3. decret. 22.

§. XI.

Idem quemadmodum à Tridentina (t) Synodo statutum est, nullus Sa-

MEXICANUM. 299

Sacerdos in privatis adibus, & omnino extra Ecclesiam, & Oratoria, quæ divino tantum cultui dicato, & à locorum Episcopis visitata, & approbata, cum facultate in scriptis, Missam celebret. Aliter Sacerdos huiusmodi per mensem unum à divinis suspendatur: Is verò, qui ei necessaria ad Missam celebrandam tribuerit, argenti marcam (vt dicunt) persolvat, cuius partes duæ ad usum cereæ sanctissimi Sacramenti; tertia verò accusatori tribuatur: ex nunc verò facultates omnes ad id quovis modo concessæ revocantur, Episcopique admonentur, vt deinceps cautè ipsi per se, & ad tempus limitatum eas concedant.

§. XII.

Nullus Sacerdos (v) in die vna duas celebret Missas, præter quam Nativitatis Domini, in qua tres tantum Missæ ab vno sacerdote celebrari possunt. Secunda tamen neququam celebretur, si in prima Sacerdos ablutionem, aut aliquid aliud, ob quod non sit ieiunus, deglutiverit.

§. XIII.

OB reverentiam, quæ Eucharistiæ percipiendæ exhibenda est, præ-

(v) Tex. in c. Nocte Sanctæ Confess. dict. 1. & in cap. Consultuit, de Celebr. Miss. Guadix tit. 3. constitut. 6. & Gran. tit. de Celebr. Miss. n. 24. & 25. Lim. 3. act. 3. cap. 24. Gran. tit. de Celebr. Miss. num. 27. Mex. 1. c. 54. §. 2. & Guad. tit. 3. conf. 11. 21. & 31. Gran. tit. de institut. & iore patr. n. 6. & sit de Celebr. Miss. n. 29. & Syn. de Quir. const. 54. & 95. & Prov. eiusd. Quir. 2. act. 3. & Lim. 3. act. 3. c. 25.



306 CONCILIUM

cipitur, ne ullus Sacerdos ante Missæ celebrationem, aut quævis alia persona ante communionem quicquam Tabaci, Picietivæ, aut similibus, medicamēti causa, per modum fumalis evaporationis, aut alio quovis modo percipiat. Sacerdotes quoque flexis genibus peccata sua confiteantur, ante quam vestibus ad Sacrum peragendum se induant, sub pœna pondo decem fabricæ, accusatori, & pijs operibus æquè applicandorum: quam etiam multam incurrant Sacerdotes qui aliter, quàm hoc decreto sancitum est, confessionem audierint. Sacerdotes etiã Missam celebraturi; non in Altari, sed in Sachtistia, ut consuetum est, sacras vestes induant.

§. XIV.

CUrati omnes, Vicarijvè Indorum; qui de consensu Episcopi ad civitatem, vbi Sedes Episcopalis residet, pervenerint, tenebuntur diebus solemnibus Missæ, & Vesperes interesse in ipsa Cathedrali. Clerici verò Cappellas obtinentes, Ecclesias quoque vbi illæ fundatæ sunt, adeant. Qui autem ex eo, quòd ad titulum patrimonij fuere promoti, peculiaribus quibusdam Ecclesijs; addicti sunt; ad Missæ, & Vesperarum officium

cas

MEXICANUM. 304

tas audeant Ecclesias, quibus fuere ascripti. Episcopi verò admonentur, vt in hoc decreto exequendo suam operam collocent, cum ad divini cultus augmentum plurimum valeat eius observatio.

§. XV.

Parochiales Ecclesiæ omnes, & Monasteria cum Cathedrali concordent de tempore dandi signum sono campanæ ad salutationem Angelicam, Missam, & Vesperas. Sabbatho autem Sancto quum *Gloria in excelsis* cantatur, ante signum in Cathedrali datum campanas ne pulsent, vt in Concilio Lateranensi sub Leone X. iussu est.

(x) Conc. Trident. sess. 23. c. 26. de Reform. Conc. Lateran. sub Leon. X. sess. 11. Mex. 5. c. 28. & Guad. tit. 3. const. 12. & Mil. 1. p. 2. tit. Com. de Rat. div. Offic. verb. In vrbib. & Granat. tit. de Offic. Sac. n. 9. & Lim. 3. act. 4. cap. 13. pro hoc § 16. 17. 18. 19. & 20. loq. Gran. tit. de Benef. n. 4. 5. 6. 7. & 8.

§. XVI.

Inde nascitur defunctis, aut illis, qui eleemosynas pro celebratione Missarum erogant, maximum detrimentum, & Sacerdotibus ad victum egentibus maxima incommoditas; quòd aliqui Sacerdotes eleemosynas pro celebratione Missarum sine delectu recipiunt, & maiorem se Missarum numerum celebraturos promittunt, quàm ob temporis brevitatem celebrare possint. Cui malo remedium adhibere volens hæc Synodus,

302 CONCILIUM.

statuit, vt in vnaquaque Cathedrali, aut Parochiali Ecclesia locorum, vbi Hispani commorantur, Collector vnus Missarum constituatur, Sacerdos vitæ exemplo probatus, ac timens Deum, qui ab Episcopo deputatur; cuius officium eleemosynam recipere Missarum omnium, quæ ex testamentorum dispositione, aut alio quouis modo celebrari fient. Quam eleemosynam, sic inter Sacerdotes Missas celebraturos distribuunt, vt eorum celebratio quam primum fiat, & abusus hætenùs introductus funditus tollatur. Quod vt melius fiat, is ordo seruetur.

§. XVII.

Imprimis nullus Sacerdos ex illis, qui in civitate, aut oppido Hispanorum resident, vbi Collector fuerit constitutus, recipiat, aut recipere possit pro Missis aliquibus celebrandis eleemosynam, nisi de contentu Collectoris deputati, ad quem eos transmittet, qui Missas celebrari petunt, ante quam illis se Missas celebraturam promittat, aut eleemosynam illarum accipiat: aliter pœnam pondi sex incurrat, accusatori, & fabricæ Ecclesiæ æque distribuendorum.

§. XVII.



MEXICANUM. 303

§. XVIII.

Collector duos habebit libros , in quorum vno Missas annotet, quæ vel ex testamentis , vel ex devotione petuntur celebrari cum officio , de quo celebrandæ sunt, loco etiam, die, mense, & anno. In altero verò Missas ad celebrandum inter Presbyteros distributas describet cum nominibus Sacerdotum : annotetque Missas iam celebratas , ita ut huius rei Episcopo , aut visitatori petitionem reddat. In distributione autem Missarum Collector diligenter attendat onera Cappellaniarum , aliarumve rerum , quibus singuli Sacerdotes satisfacere debent , eisque plures Missas ne committant, quàm quas possint commodè celebrare suis prius oneribus satisfaciennes : in distributione verò huiusmodi eos alijs præferat , qui magis indigent , & magis assiduè Ecclesiæ cultum frequentant.

§. XIX.

IN vnaquaque Cathedrali , seu Parochiali Ecclesia, ubi Collector fuerit, arca vna sit , duabus clavisibus occlusa, quarum vna penes Collectorem sit , altera penes Curatum Ecclesiæ antiquiorem,

304 CONCILIUM.

rem, in qua arca eleemosyna ad Missarum celebrationem erogata asservabitur. Arca autem huiusmodi, nisi singularis quoque octo diebus presentibus ibidem Collectore, & Curato, ne aperiantur, tuncque inde desumpta pecunia pro ratione Missarum ea hebdomada celebratarum distribuetur. Nulli autem Sacerdoti eleemosyna pro Missa anticipabitur.

§. XX.

PRæcipitur quoque omnibus illis, quibus incumbit efficere, ut Missæ celebrentur, veluti, Curatis, Cappellanis, testamentorum executoribus: cœconomis confraternitatum, aut congregationum, & ipsi Collectori, ne Missas extra Diœcesim, in qua resident celebrari faciant, eoque eleemosynam transmittant, neque etiam in Hispaniam, sub pena excommunicationis, nisi in aliquo speciali casu, & valdè urgente Episcopus ad id facultatem concesserit, in quo eius conscientia valdè oneratur.

§. XXI.

(y) Gran. tit. de Benef. n. 6. **P**ublicæ, & generales preces (y) discernuntur, ut Omnipotentis Deum iram placemus, ab eoque in nostris tribu-



MEXICANUM. 303

bulationibus remedium consequamur. Quare oportet in huiusmodi precibus, & processionibus id omne effugere, quod Divinam Maiestatem offendere, eiusque in nos iram provocare possit. Ideoque iuxta motum proprium felicitis recordationis Gregorij Papæ XIII. (2) statuit ac præcipit hæc Synodus, ut processiones eorum qui seiplos diverberant, & aliæ quæ cumque in hebdomada maiori fieri solitæ, aut faciendæ, nocte ne fiant, sed in luce diei; neque mulieres in his processionibus se se flagellantes, permittantur, aut aliæ personæ, eis accensis luminibus præeuntes. Si verò fœmina aliqua votum sic se flagellandi emiseric; ex nunc illud votum ita commutatur, ut privatim se flagello percutiat.

§. XXII.

IN processione itidem Corporis Christi, ubi propter realem Christi Domini in Sacramento existentiam, maior reverentia servanda est, nulla fœmina personata incedat, aut ita ut cognosci non possit, nec sic personata aut incognita, in fenestra, aut alibi publicè compareat, sub pœna excommunicationis maioris, quo ea reprimatur auda-

(2) Conc. Bilib. c. 35. & Alet. siodor. cap. 55 & Cab. s. 294 & Mex. t. 2. c. 27. §. unico. Guad. tit. 6. const. 19. & 47. & Mil. t. 2 p. 2. de Process. & suppl. idem Guad. t. 6 const. 20. idem Concil. Mil. 1 p. 1 de Becl. & earum cultu; verba Rect. & Tol. act. 2 c. 20. & Comp. act. 3. c. 4. O. Syn. de Quir. const. 74 & Lim. 3. act. 3. c. 43. facit text. in Clem. unic. de Reliq. & ven. sanct. & Concil. Trid. sess. 3. c. 5. in doct. de sac. Euch. & est text. Reg. 3. t. 15 lib. 8. Reg. & Lim. 3. act.

306 CONCILIUM

2. c. 23. verb.
Fen. hoc est,
Ventana, &
Conc. Mil 4.
tit de Process.
verb Quod in
multis, Mex.
1. cap 26. &
Guad. tit. 2 à
conf. 4. & Mil
1. p 2. tit. Quæ
pertinent ad
Bapt adm. &
Granat. tit. de
Bapt & Syn.
de Quir const.
12 4. & 7 &
Mil 5. t Quæ
ad Bapt. per-
tinent.

cia, qua ita personatæ, aut velatæ multa inhonestè proferentes indecenter incedunt. Iudicibus verò Ecclesiasticis, & sæcularibus iniungitur, quatenus curent, vt in omnibus processionibus viri à feminis separati procedant, vt multis est hoc nascentibus incommodis occurratur.

LIBRI TERTIJ

TITULUS XVI.

De Baptismo.

§. I.

Scriprura sacra valdè commendat, vt sancta sanctè tractentur, & vt sacra à profanis distinguantur. Quam ob causam, cum Tempia tamquam loca sancta, & consecrata, & deputata sint, vt in eis Sacramenta conferantur; cumque vnicuique ad id sua Parochia designata sit; hæc Synodus statuit, & mandat, vt nemini liceat quemquam in privatis ædibus, Eremitoriove, Monasterio, aut Ecclesia, cuius non fuerit Parochialis, baptizare. Qui verò secus fecerit, quam hoc

de

MEXICANUM. 307

Decretò constitutum est, ab officio, & beneficio per mensem vnum suspensus sit.

§. II.

Interdicitur præterea, ne cappellæ, & fontes Baptismales, sericis thalamis, aut auleis, aliove profano apparatu ornentur. Quod si Parochus, & Sachrista id consenserint; viginti pondo multentur, fabricæ, & ceræ, quæ sanctissimo Eucharistiæ Sacramento deservit, accusatori etiam æquè distribuendis.

§. III.

Parochi, (a) & Ministri, tan Indorum quàm Hispanorum, parvulos; nisi ob causam ægritudinis, ante novum diem baptizari curent. Cum verò extra Ecclesiam parvulum, ob casum necessitatis baptizari contigerit, is Chrismate, aut oleo ne inungatur, donec eum in Ecclesia sistant, ibique cum reliquis ad baptismum pertinentibus solemnitatibus fiat, neque ultra quindecim dies differatur, nisi causa ægritudinis urgente. Qui verò parvulos in privatis ædibus baptizatos intra prædictum tempus ad Parochias ferri non curaverint; à Divinis officijs vitentur, quousque ea adimpleant

(a) *Textus in Clem vnic. de Bapt. Concil. Mil. c. 1. Quæ ad Bapt. pertinent veritas. Nec verò vide Conc. suprâ citat. §. 1.*

308 CONCILIUM
pleant quæ hoc decreto præcipiuntur:

§. IV.

(b) Guad. t. 2.
conf. 6.

Quoniam adulti (b) prius baptizari non debent, quam in rebus Fidei Catholicæ sufficienter instruantur, ut titulo: *De summa Trinitate, & Fide Catholica*, præmissum est; ideo ubi adultorum numerus reperitur, ut accuratius ij erudiri procurent, deque eorum sufficientia melius constare possit; duo solemnes Baptismi, iuxta consuetudinem primitivæ Ecclesiæ, celebrentur, alter in Resurrectione Domini: alter verò in Pentecoste. Ante Baptismum, autem Catechumeni examinentur, adhibita diligentia, ut eo intervallo temporis, quod est inter unum, & alium Baptismum, misteria Fidei edicant. Heri verò servorum, qui baptizandi sunt, eos mittere compellantur ad locum ab Episcopo deputatum, ut ibi documentis Christianæ Fidei imbuantur.

(c) Guad. t. 2.

conf. 10 Cóc.

Mil. 4. 2. p. tit.

Quæ pertinet ad

fac. hap. verb.

curet idem.

§. V.

Indorum (c) Parochi eis in Baptismo antiqua nomina gentilitatis ne imponant, nec ex Testamento veteri desumpta, sed ex Sanctis novi Testamenti, quos



MEXICANUM. 309

quos summa devotione prosequendos proponant. Parochi verò omnes in eo, quod ad compadres adhibendos spectat, ea observent, quæ titulo: *De Officio Rectoris, & plebani*, statuta sunt.

LIBRI TERTIJ

TITULUS XVII.

*De Sanctissimo Eucharistia Sacramen-
to, & eius custodia.* (d)

§. I.

Qui attentè considerat quod de sacrosancto Eucharistia Sacramento Catholica Fides nos docet, in eo scilicet Christum verum Deum, & hominem, verè, realiter, & substantialiter contineri; ij facile animadvertet, quo ornatu tabernaculum esse debeat, in quo sanctissimum Eucharistia Sacramentum asservandum sit. Igitur ex Concilij Tridentini (e) decreto statuit hæc Synodus ac præcipit, ut in omnibus Cathedralibus, & Parochialibus Ecclesijs huius Archiepiscopatus, & Provinciæ, vbi Eucharistia asservari de-

(d) Mil 1.2. p. 1
t Quod pertinet ad sacrosanct. Euchar. verb. Episc & Granat. tit. de sanct. Euch. Sacram n 2. & 1. Synod de Quir. const 9. & Mil. 4 2 p. tit. Quæ ad sanct. Euchar. sacr pert & 5. Mil 1 Quæ ad sanct. Euchar. Sacram. pert.
(e) Sess, 23. c. 6.



310 CONCILIUM

bet, locus constitutur, in eoque tabernaculum bene ornatum, & clave occlusum, in quo lapis sacratus corporalibus coopertus sit, ibique custodia aurea, & argentea collocetur, quæ intra se lineis, Corporalibus involutum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum contineat, & asseruet, ad id præcipue, vt ad infirmos Eucharistia deferatur, cum hæc consuetudo in Ecclesia Catholica semper vigerit. In custodia verò huiusmodi duæ formæ magnæ sint, quarum vnâ ad infirmos ducatur, alia verò tabernaculo asseruetur: & præterea parvulæ aliæ formæ erunt, quibus infirmi, & hi qui bona valetudine consistunt, communicent, vbi-cumque autem sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asseruetur, lampas semper incensa colliceat.

(f) *Guad. t. 2. const. 38. & Lim, 3. act. 2. cap. 21. Conc. Val sub Arch. D. Ioann. de Ribera, c. 16. citatum à Jac. Bleda in defensione Fidei contra Moriscos, tract. 2. confect. 6 fol. 397.*

§. II.

VT in quibus Ecclesijs, & locis conueniens sit, Eucharistiam asseruari constet; declarat hæc Synodus (f) posse in omnibus Hispanorum locis oppidisve asseruari, dummodo oppidum à viginti habitetur vicinis. Poterit etiam asseruari alibi, si Episcopo videbitur, quamvis locus à tot non habitetur vicinis,

MEXICANUM. 311

nis, si ibi securè, & decenter custodiri possit. Si tamen Parochus à pago huiusmodi discesserit. Eucharistiam ibi aservatam sumat. Quoad oppida verò Indorum prudentiæ Episcoporum relinquatur, ut locum in quo possit securè, & decenti ornatu Eucharistia custodiri, priùs respiciant, quam ad id facultatem concedant.

§. III.

ATrentis reverentia, & devotione quibus colere, & adorare sanctissimam Eucharistiam debemus; leges (g) (g) Lex Reg. 2 t. 1. lib. 1. Rec. regis sub certis pœnis statuunt ut quum hoc Sacramentum ab Ecclesia effertur, & per vias ducitur, læculares homines, qui præsentés interfint, illud comitentur. Quare multò magis hæc Synodus Ecclesiasticis personis omnibus altaris cultui dicatis præcipit, (h) (h) Conc. Mil. 5. tit. Quæ ad sanct. Euchar. Sacram. pert. verb. At verò omnes. ut tempore quo Eucharistia ab Ecclesia ad infirmos ducitur, si ibi interfint, nisi Divinis officijs celebrandis. aut confessionibus audiendis occupentur, ei in comitatu esse teneantur; itidemque illi, quibus in plateis, aut vijs occurrerit, donec ad Ecclesiam reducatur, & in tabernaculo recondatur: quod si quisquam secus fecerit,

312 CONCILIUM

rit, cuiuscumque dignitatis, aut qualitat^{is} existat, in singulas vices pondo octo persolvat, quæ æquis portionibus in accusatoris piorum operum, & ceræ Sanctissimo Sacramento deservientis vsum erogentur. Ne verò qui Divina officia in Ecclesia celebrant, huius rei causa distrahantur, iubetur vt dum Missa sollemnis peragitur, solum in vrgenti casu necessitatis Viaticum ad infirmos deferatur, quo Missa peracta maiori cum reverentia omnes sanctissimam Eucharistiam comitentur.

§. IV.

CUM Cœlestis iste cibus nostrarum animarum fortitudo sit, præsertim in extremo vitæ certamine; nullatenus permitti debet, (i) vt quisquam sine tanto Viatico ex hac vita discedat. Quare ius antiquum à felicis recordationis Pio Papa V. (K) suo proprio motu innovatum, & etiam lege regia susceptum decernitur ac præcipitur, vt omnibus fidelibus ad mortem damnatis, ante vnum diem, quam pœna mortis executioni mandetur, huius Sanctissimi Sacramenti Viatico reficiantur, vt eo roborati mortem ad suarum animarum salutem patienter ferant.

(i) Argum. lex in cap. Quod in re de pœnit. & remission. & Gloss. in Clem. 1. eodem tit.

(K) Motus proprius Pij V. in leg. 9. t. 2. lib. 1. Rec. & Mil. 1. act. 2. c. 23. & Mil. 5. tit. Quæ ad sanct. Euchar. Sacram pert. verb. Reus c. Damn. Mex. 2. cap. 13. & Lim. 1. act. 2. s. 262.

MEXICANUM. 313

§. V.

Quamvis semper, & ubique colere ac venerari sanctissimam Eucharistiam debeamus; præcipue tamen ad id astringimur Feria quinta in Cœnz Domini, quando eius institutione tam singulare in Ecclesiam suam beneficium Dominus contulit. Quam ob causam iubet hæc Synodus, ut omnes Fideles, præsertim Ecclesiastici, eo die adstent tabernaculo, ubi sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum repositum est, in commemorationem Domini sepulchri, idque quanta fieri possit reverentia, & devotione præstent. Cavetur tamen, ut aliquibus incommodis, quæ evenire possent, occurratur, ne in oppidis Indorum sepulchrum constituatur, ut in eo Eucharistia collocetur, nisi ubi peculiari- bus de causis ab Episcopo fuerit concessum.

§. VI.

Quia (1) in ipso institutionis die, Ecclesia Santissimi Corporis Christi Sacramenti festum, ea exteriori læticia, qua oportet, celebrare non potest, cum tota mortis Christi mysterio sit intenta; post Sanctissimæ Tri-

(1) Clem unica de Reliq. & ver. Sanct. Concil. Trid. sess. 13. c. 3. & Canon. c. 6.

314 CONCILIUM.

Trinitatis festum Feriam quintam im-
mediatæ sequentem cum signo spiritua-
lis lætitiæ, & exteriori apparatu cele-
brandum delegit. Quæ festivitas, vt
cum omni devotionis affectu à populo
Christiano celebretur, præcipit hæc Sy-
nodus, (m) vt eam in festo Santissimæ
Trinitatis Curati, & Prædicatores po-
pulo denuncient, eundemque moneant,
& exhortentur, quatenus toto animi co-
nato se præparent ad Eucharistiam in
ipso festo, aut infra octavam percipiend-
dam. Itemque, vt in processione ea re-
verentia, & animi attentione, & exte-
riori modestia procedant, quibus ante
Divinam Maiestatem in ipso Sacramen-
to verè præsentem, & assistentem esse
debent.

(m) Ex dict.
Clem vnica.
Ideoque vni-
ver de Reliq.
& ven. Sanct.

L I R R I T E R T I J

TITULUS XVIII.

(n) de hoc tit.
Satis piè lo-
quitur, Conc.
Mil 4 à tit de
fac reliq cum
e. legq & Mil.
5. r. de Indulg.
& sacr. reliq.

*De Reliquijs, & veneratione Sancto-
rum, & Templorum. (n)*

§. I.

OMnis veneratio, quæ Sanctorum
reliquijs, & imaginibus, sacrisque
ædi-

MEXICANUM. 315

ædibus exhibetur, in Dei laudem, & gloriam cedit, qui gloriosus, & admirabilis in Sanctis suis apparet; totiusque Sanctitatis est auctor: contra verò si hæc in honore non habeantur, aut quòlibet irreverentiæ genere profanè, & superstitionosè tractentur, gravis in Deum offensa committitur. Oportet autem, vt Episcopi tamquam Pastores Gregi invigilent, veramque devotionem inter fideles propagare studeant, falsasque, & vanas superstitiones penitùs ab eis explodant, ira vt glorificetur Deus in Sanctis suis. Quo circa ex Decreto sacrosancti Concilij Tridentini, (o) ex constitutione felicis recordationis Pij Papæ V. (p) decernit hæc Synodus, & mādāt, (q) vt in Ecclesijs choreæ saltationes, actiones, & profani cantus prohibeantur, etiam in die Nativitatis Domini, & in festo Corporis Christi, & alijs similibus. Cum verò sacræ aliquæ historiæ actione referendæ erunt, aliavè sancta, & animæ utilia. hymnive aliqui devoti canendi, hæc omnia per menseni ante ad Episcopum deferantur, vt ab eo examinentur, & probentur. Qui verò sine Episcopi facultate, & approbatione aliquid horum effecerint, & qui cum illis consenserint,

(o) Sess. 25. in
Decret. de in-
voc. ven. &
reliq. sanct. &
fac. imag

(p) Motus pro-
prius Pij V.

(q) Tex in c.
2 de Immun.
Eccles. lib. 6.

Concil. Trid.
sess. 22. in De-
cret. de Ob-
serv. & Evan-
&c Mex. 1. c.

26. Guad. t. 4.
const. 16. &
Mil. p. 1. tit.

de Act. & repr.
laer. & Comp.

act. 2. c. 9. &
Tol. act. 2. c.

23. & Gran. t.
de Celeb. Mil.

n. 3. & n. 1. &
t. de Reliq. &
ven. Sanct. n.

4. & Syn. de
Quir. conf. 70.

& Prov. eiusd.
act. 1. cap. 18.

Grar. t. de Rel.
& ven. Sanct.
n. 6.

pro-

316 CONCILIUM

(r) Lex 7. &
2 tit. 2. lib. 1.
Recop. Conc.
Ant. cap. 5 &
Trid. sess. 25.
in Decret. de
Purg. t. de In-
voc. ven. &
reliq. SS. ad fi-
nem, Mex. 1.
c. 27. §. unico,
Guad. t. 6. tit.
19. & 20. &
Mil. 1. 2. p. tit.
de Eccl. & ear-
um cult. ver.
Rest. & Tol.
act. 2. c. 20. &
Comp. act. 3.
c. 20 & Gran-
tit. de Rel. &
ven. SS. n. 5 &
Syn. de Quir.
const. 74. &
lim. 3. act. 3. c.
43 lex. Reg.
1. tit. 2. lib. 7.
Rec. Mex. 1.
c. 29. & Mil.
1. p. 2. tit. de
Eccl. & earum
culto, & Gran-
t. de Reliq. &
ven. SS. n. 7. &

pro modo culpæ graviter puniantur;
Dum verò Divina officia celebrantur,
actiones, etiam ab Episcopo concessæ,
fieri prohibentur.

§. II.

VEhementer itidem Iudicibus Ec-
clesiasticis commendatur, ut cum
omni cura, & severitate, quibus opus
est, quorundam reprimant audaciam,
qui in Ecclesijs cum mulieribus, aut nu-
tibus, aut liberè colloquuntur. Ma-
gistratus verò regios quantum potest
hæc Synodus cohortatur, ut contra de-
linquentes huiusmodi, ea quæ regijs le-
gibus (r) sunt disposita exequantur, &
Ecclesiæ Ministris suum quoque auxi-
lium conferant; quo si opus fuerit, hi
ab Ecclesia eijciantur, ne ab irreverentia
huiusmodi minimè desistentes, suo
exemplo alijs scandalo sint.

§. III.

Itidem præcipitur, ne cui quam in
posterum per noctationes, aut no-
cturnæ vigiliæ, & epulæ in Ecclesia per-
mittantur, sub pœna excommunicatio-
nis. Ecclesiastici verò consentientes gra-
viter punientur. Sermones de Passio-
nè,

MEXICANUM. 317

ne, & Resurrectione ob incommoda quæ inde nascuntur, noctu ne habeantur. Syn. de Quir. constit. 69. & Mil. 4. tit. de Profan. vñ a sacr. loc. colendo, fundatur in Concil. Trid. sess. 23. Decr. de indulg. Mil. 1. p. 1. c. de sanct. reliq. ven. & Comp. act. 2. c. 7. & Lim. 3. act. 4. c. 10.

§. IV.

IN Ecclesijs, aut in illarum cœmeterijs, congregationes, consultationes, contractusve rerum sæcularium, ludive aliqui, ne fiant. Iter agentes intra Ecclesias se se ad hospitium ne recipiant, neque dormiant: aliter sex pondo in vsum fabricæ Ecclesiæ, & accusatoris multentur, quam multam persolvant, tam qui in Ecclesijs dormierint, quam qui consentientes fuerint, hoc tamen decreto non prohibetur, ne tempore necessitatis ad Tempia confugiant, si ibi cum debita reverentia commorentur.

§. V.

IN Cœmeterijs Ecclesiarum taurorum spectacula ne fiant, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam incurrant Iudices, aut Superiores, quorum iussu id fit: si verò communitas sit, Ecclesiastico subiaceat interdicto.

(S)

318 CONCILIUM

(f) Motus
 propr. Greg.
 XIII in Bull.
 Apost. Conc.
 Milan. 3. ver.
 Sanct & 5.
 verb Sanctif
 simi Gran tis.
 deRel & ven.
 SS num 2. &
 Comp. act. 1.
 c 6 seff. 25. in
 princ. & in §.
 Illud verò Me
 xic 1. c. 14. &
 Comp. act. 2.
 decr. 5. Syn de
 Quir. constit.
 67. & 68 Mil.
 2. p. 1. tit Quæ
 serv. sint. in
 Sacr imag ef
 fug & 4 t. de
 Sacr rel. & t.
 de Ornat. de
 core, & nitote
 Sac loc verb.
 Quibus in Ec
 cles. Conc. Li
 mens. 2. c. 53.
 & Concil. 1.
 Prov. bonor.
 4. p. t. de Ima-

§. VI.

NE levitate animi, reliquias falsas pro veris Sanctorum reliquijs venerari contingat; decernit, & iubet hæc Synodus, vt nemini liceat secum reliquias gestare, aut eas in loco publico venerandas proponere, nisi prius ab Episcopo examinata, authenticæ comprobentur, vt titulo: *De Episcoporum officio*, præmissum est: consuetudo tamen, & pia devotio agnos Dei deferendi, qui à Pontifice Romano benedicuntur, inter Fideles conservetur, dummodo picturæ, & illuminationes, sicut felicis recordationis Gregorio XIII. (f) motu proprio constitutum est; eis non adhibeantur.

§. VII.

Quia inter rudes viget ab usus levis cuiusdam credulitatis, qua existimant, se certa verba scripta, aut certas orationes secum deferentes, aut ad coilum suspendentes igni, & aqua minimè perituros, aut bona aliqua quæ desiderant, obtenturos; sub pœna excommunicationis præcipitur, vt quicumque hæc secum gestaverint, vel alia



MEXICANUM. 319

similia, intra mensem post huius Decreti publicationem Episcopo tradant, eaque ipse consumat: deinceps verò nemo, hæc secum habeat, sine examine, & approbatione Ordinarij. Confessariorum verò ammonentur, ut à superstitiosæ vanitatis huiusmodi errore sibi confitentes peccata cavere hortentur.

§. VIII.

PROBATÆ, & authenticæ reliquæ in aliqua Ecclesia existentes, extra tabernaculum Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ, in loco decenti collocentur. Interim tamen, si locus huiusmodi non est deputatus, in aliqua parte eiusdem tabernaculi asserventur. Ut autem pia, & laudabilis consuetudo sacras Imágenes venerandi in animis Fidelium, eum effectum operetur, ad quem ille institutæ sunt, populusque Sanctorum recolet memoriam, eosque veneretur, & ad eorum imitationem vitam moresque componat; maximè conveniens est, ut nihil in imaginibus profanum, aut indecens appareat, quo possit devotio Fidelium impediti. Eam ob causam iuxta Concilij Tridentini Decretum prohibetur, ne post hac quisquam Hispanus, Indusve

gin sacri in Archiep. Buno-
niens. Concil.
Dioc. de Ca-
diz sub D.
Garcia de Ha-
ro, cap. 14 &
Dioc. de Ast-
orga sub D.
Petro de Ro-
xas, cont. 14.
c 9. & Dioc.
de Burgos, sub
Archiep. D.
Francisco Pa-
checo de To-
ledo, lib 3, tit.
de Rel. ven.
Sancti c. 8.

ina-



320 CONCILIUM

Imagines ad usum alicuius Ecclesiæ huius Archiepiscopatus, & Provinciæ depingat, nisi prius ab Episcopo, aut ab eius officiali examinetur: aliter operarum, quas in his fabricandis, & depingendis collocavit, stipendium amittat. Visitatoribus verò iniungitur, ut quas repererint imagines, historias apochryphas exprimentes, aut indecentes, sculptas, sive depictas, deleri, seu inde amoveri præcipiant, aliasque in eorum loco decentes substituunt.

§. IX.

Imagines de cætero construendæ (si fieri possit) pictæ sint, si fingi debent ita sculptantur, ut eas vestibus ornare minime opus sit; quæ verò hoc tempore iam extant, proprias habeant vestes deputatas. Si verò aliqua persona secularis ad ornatum imaginis vestimenta aliqua commodaverit & his imago ^{inducta} fuerit, eo ipso ad eius cultum applicentur. Imagines autem quando vestibus, aut alio modo erunt ornandæ, ad effectum huiusmodi extra Ecclesias ne fiantur,

+
inducta

MEXICANUM. 327

§. X.

OB reverentiam Sanctissimæ Crucis, Sanctorumque Imaginibus debitam, interdicitur, ne in saccaro, buccaro, aut alijs esculentis, nec in sepulchris, aut in ferramentis, quibus pedes signantur, Crucem, Imaginesvè Sanctorum, aut alias res sacras depingere liceat: aliter qui secus fecerit, à Iudicibus Ecclesiasticis corrigetur.

§. XI.

Nullus mercator, alijsvè quisquam sacros lapides, calices, ornamenta sacra, aut benedicta, venialia habeat; seu benedici, & consecrari faciat, vt vendat, sub pœna excommunicationis, ac præterea rei venditæ huiusmodi, pretium fabricæ Ecclesiæ applicetur.

§. XII.

Quia omnes speciali devotione gloriosissimam Virginem Mariam universalem Patronam, & Advocatam prosequi debemus, statuitur, ac iubetur, vt in omnibus Ecclesijs

(t) Cathedralibus huius Archiepiscopatus, & Provinciæ Antiphona *Salve Regina*

(t) Vide Conc. citat. sup. suadetur ex leg. 3. tit. 1. lib. 1. Recop. Conc. Milan 3. veter. Quod præterea, Mex. 36. & syn. d. Quir. cont. ob Guad. tit. 3. cont. 10. & Gran. t. de Celebr. Missar. n. 16. Synod. de Quir. cont. 4. & Lim 3. act. 3. c. 27. & Conc. Mil 3. verb. Religio. sis, ex Matthe. c. 27. & Luc. c. 23. & cons. ex Clem. P. Pa. M. lib. 5. cons. Apol. c. 1. ad fin. & lib. 8. c. 40. tom. 1. Conc. Mediol. 2. tit. 2. decret. 10. De qua orat. Vesper. & de In-

dulg concess.
à Greg XIII.
Vid. Carolum
Borrom Archiepis Med.
in actibus suæ
Eccles. Rom.
2. p. 7. agit.
Cesar Baron.
in Annal Ec-
cles. tom 1.
fol. 221. vers.
Is de anto Et
Navar. de Ho-
ris Canon. c.
18 n. 43. &
Fr Anton de
Arand. in lib.
Loores de S.
Calv cap 30.
fol. 242. Du-
rand. in Rat.
divin. Offic.
lib. 4. cap. 1. n.
20. & Ioann.
Steph Duran-
tus lib. 3. de
Recl. Eccles.
Cath. cap. 10.
fol. 3 : 4.

gina cum omni solemnitate cantetur
singulis Quadragesimæ diebus, vsque ad
feriam tertiam maioris hebdomadæ, nec-
non singulis Sabbatis per annum cui
assister ad recitandam orationem Cano-
nicus pro tempore hebdomadarius, nec-
non Cappellani, & cantores omnes in-
terfunt, ijque cum hoc onere ad officia
huiusmodi admitti debeant. Episcopis
verò valdè commendatur, vt omni soli-
citudine piam in Sanctissimam Virgi-
nem devotionem huiusmodi augeri pro-
curent, omnemque adhibeant diligen-
tiam, vt pro celebrandis Missis de Bea-
ta Maria in Sabbatis & pro Antiphona
Salve Regina, vt præmissum est, solem-
niter decantanda, aliqua sit dotatio, si-
vè institutio

§. XIII.

QUò verò in omnium fidelium me-
moriam Domini nostri, ac Re-
demptoris Iesu Christi Passio
semper retineatur (alijs ab hac causam
devotionibus, & laudabilibus populi
consuetudinibus minimè iubiatis) hæc
Synodus statuit, ac mandat, vt singulis
diebus hora tertia pomeridiana in om-
nibus Cathedralibus, & Parochialibus
Ecclesijs, ad effectum huiusmodi, cam-

MEXICANUM. 323

pana per tres interpolatos ictus pulse-
tur. Fidelesque hæc Synodus quantum
potest in Domino exhortatur, vt hoc
signo audito, pro sua quisque devotio-
ne, aliquas in memoriam Passions Do-
mini preces effundat. Quoties verò præ-
dicta hora dato signo id effecerint, qua-
draginta dierum indulgentiam conse-
quantur.

LIBRĪ TĒRTIJ
TITULUS XIX.

De Immunitate Ecclesiarum, & Clericorum.

§. I.

SI Imperatorum, & Regum tempo-
ralium palatia, eorumque famulæ
privilegijs, & immunitatibus interga-
udent; quanto magis Ecclesias, & Eccle-
siaz ministros immunes esse oportet, qui
æterno Deo vivo, & vero dicantur? Qua-
re hæc Synodus decernit, ac iubet, vt
nemo cuiuscumque qualitatis existat,
contra libertatem Ecclesiasticam leges
condat, aut statuta decernat; nec obfi-
deat, invadat, aut occupet Ecclesias, nec

324 CONCILIUM

liberum earum ingressum, & egressum impediatur; nec ab Ecclesijs eos extrahant, qui eò confugerint, & hac immunitate gaudere possunt; nec eos vinculis confringant, aut eis custodes adhibeant in Ecclesijs, vel cœmeterijs; nec vllò modo Ecclesijs vim inferant, vel earum portas confringentes, aut parietes deiciens, ad motivè scalis ad eas ascendentes. Quòd si fecus fecerint, privatæ personæ pœnam excommunicationis ipso iure incurrant. (f) Communitates verò Ecclesiastico subiaceant interdicto, a quibus censuris non abtolvantur, nisi post plenam satisfactionem damni Ecclesijs illati; dum vero Ecclesia obfessa tenebitur, cessatio a divinis fiat. Quòd si Episcopo videbitur, illi qui vim templis intulerint, pecuniarijs pœnis fabricæ Ecclesiæ applicandis ptectentur.

§. II.

NE verò quisquam Ecclesiastica immunitate ad perpetranda nova delicta abutatur; mandat hæc Synodus, ut nemo ex his, qui ad Ecclesiam confugerint, extra eam egrediatur ad iniuriam alicui irrogandam, aut aliud delictum committendum, neque suspectus

(v) Text in c. Inter alia de Imm. Eccles. Concil. Trid. sess. 25. c. 20. de Reformat. Mex. 1. c. 30. Guadix tit. 4. const. 4. Mil. n. 2. p. tit. de Eccles. & earum cult. verbo Sicut Eccles. & ad p. tit. Quæ pert. ad honor. & iur. Eccles. conserv. verb. Omnes viri, & 5. Mil. tit. de Eccles. & earum supell. & fructib. & Gran. t. tit. de Imm. Eccles. & Synod. de Quirog. conf. 72.

MEXICANUM. 325

mulieres in Ecclesia secum habeat, aut ludos exercent, nec ad portas Ecclesiæ, aut coemeteriorum, lyram, aut alia musica instrumenta pulset. Cùm verò Minister aliquis iustitiæ per Ecclesiam, aut proximum Ecclesiæ locum transferit, hi qui ad Ecclesias confugerunt, ab eius conspectu se abscondant. Quòd si secus fecerint, ab Ecclesiarum huiusmodi locis expellantur, & in alijs ne recipiantur, nisi ex huiusmodi expulsionem periculum aliquod eis proveniat.

§. III.

Tunc enim aliter corrigendi sunt, & vinculis intra Ecclesias coercendi; si verò ij decretum huiusmodi violaverint, Sachristæ, aut qui Ecclesiarum curam gerunt, officialibus annuncient, vt quod fuerit opportunum provideant.

§. IV.

Quoniam verò æquum non est, vt delinquentes propriam habitationem Ecclesiam sibi constituent, eam negligenter præstantes, quibus tutus sit eis extra Ecclesias egressus; mandat hæc Synodus, ne (x) hi sine speciali Episcopi licentia, ultra novem dies

(x) *Tex. in c. fin de Imm. Eccles. Mex. 1. cap. 31. & Guadix tit. 4. const. 4 in fin. & Gran tit. de Reliq. & ven. Sanct. n. 9. & Syn. de Quira const. 73. Mexic. 1. cap. 31. §. 2. ad fin. & Guadix tit. 4. const. 3. & Gran tit. de Reliq. & ven. Sanct. n. 9. in fin. & Syn. de Quiros const. 73.*



326 CONCILIUM

In Ecclesia permittantur. Illi verò qui ad Ecclesiam se receperunt, ne ad exilium condemnati illud adimpleant, ab Ecclesijs eijciantur, nisi grave aliquod periculum eis immineat, aut aliud valde notabile, si ab Ecclesia expellantur,

§. V.

VT controversiæ inter sæcularem & Ecclesiasticam jurisdictionem depuniendis Clericorum prima tonsura, aut quatuor minoribus initiatorum delictis vitentur; præcipit hæc Synodus, ut Iudices Ecclesiastici, quoad hoc Concilij Tridentini (y) decretum observent, ad cuius executionem priusquam officialis, aut Iudex Ecclesiasticus in favorem alicuius Clerici ex prædictis, inhibitorias litteras concedat, inquirat, & examine si titulum legitimum habet, aut si Clericus ille est idem cum eo, qui in titulo continetur. Hoc tamen intelligitur casu quo Clericus huiusmodi a sæculari Iudice captus non detineatur; tunc enim ob periculum quod ex dilatione imminet, eius petitio admittenda est, & iuxta iuris dispositionem providendum, ut imprimis è sæculari carcere ad Ecclesiasticum transferatur, deinde verò ulterius procedatur.

(y) Sess. 23. c.
6. Mexic. t. c.
85. & Guadix
tit. 2. conf. 45.

MEXICANUM. 327

§. VI.

QUando inhibitorias litteras Indi-
ci seculari directas contigerit,
cum debito honore Iudici huius-
modi intimentur. Iudices verò Eccle-
siastici curent diligentèr, ne Clericorum
huiusmodi ad se transmissorum delicta
impunita remaneant, nec à causæ prose-
cutione desistant vsque ad sententiam
diffinitivam, ad idque parte contraria
desistente, aut Iudice ex officio proce-
dente, causæ vices, & voces Fiscali tra-
dantur: curentque, vt his causam vsque
ad conclusionem prosequatur. Si verò
delictum grave fuerit, reos captos adhi-
bitis fideijussoribus ne liberent, donec
omniò causa terminetur, & definiatur,
ac delinquentes huiusmodi pro gravita-
te delicti puniantur, ne eis Cle-
ricalis status delinquendi
licentia sit.



328 . CONCILIUM

LIBRI TERTIJ
TITULUS XX.*Ne Clerici, vel Monachi negotijs saecularibus se immisceant, (2)*

(1) Latè vide
Iura in praxi
Cano. Ioan.
Bernar c 10
Meg 1. c. 56.
& Mexic. 2 c.
27. & 28. &
Gradix tit 5
const. 6 & 7
& Mil 1. p. 2.
tit de Negot.
saecul. à Cler
fugien & Gra
paten tit. Ne
Cler vel Mo
nach. & Syn.
de Quir const.
208. & Lim.
3. act. 3. c. 4.
& 5.

§. I.

QUoniam cupiditas malorum om
nium radix, valdè hac nostra
tempestate Ecclesiasticorum quo
rundam animos invasit; ideò ne in do
mo Dei, quæ domus orationis est, ne
gotiationes exercentur, hæc Synodus
statuit: ac præcipit omnibus huius Pro
vinciæ Episcopis, & Clericis sacro ordi
ne initiatis, cuiuscumque dignitatis, &
conditionis existant, vt non solum ab
usurarijs contractibus, & iure divino
damnatis abstineant se se; sed etiam ab
his, qui quamvis saecularibus permittun
tur, Clericis ratione sui status à Sacris
Canonibus prohibentur. In cuius rei exe
cutionem hæc edicuntur. Nemo nego
tiationes, aut mercaturas exercent. aut
alicuius procurator, negotiorumvè ges
tor sit, aut alienarum mercium curam
suscipiat, easque administret, vel earum
pres

MEXICANUM. 329

pretium transmittat; aut alio quovis modo, in huiusmodi negotiationibus se immisceat. Quòd si aliqui hoc decretum violaverint; si Episcopi sint, ipso facto Ecclesiæ ingressu interdiciantur, à quibus Provinciali Synodo huius rei ratio petetur. Cæteri verò Clerici, cuiuscumque conditionis existant, præter pœnas à iure statutas, quæ in suo robore, & firmitate permanent, ipso facto pœnam excommunicationis maioris incurrant: & si semel id commiserint, ducentum milliarum pondo multentur; si iterum, quatuorcentum; si tertio, sexcentum: ac præterea suppellectilem, (a) & pecunias (a) Lim. 3. c. amittant, quibus negotiationes exercuerint, totamque id, quòd ex contractibus prædictis provenerit, cuius tertia vna pars hospitali domui Cathedralis Ecclesiæ applicetur; tertia verò pars altera iustitiæ sumptibus erogetur; alia verò Iudici, & accusatori æquè tribuatur. Qui verò per interpositam personam negotiabitur, aut ad negotiandum pecunias in societatem dederit, pœnis pecuniarijs hoc decreto statutis multabitur; hoc tamen decreto, quæ Clericis per Canones licent, prohibita non intelligantur.

§. II.

PRæcipitur item sub præmissis poenis, ne ullus Clericus Indorum curam gerens, in suis regionibus per se, aut per interpositam personam contractus redimendi pisces, aut quod venatione capitur, gossipium, salem, mayzum, & alia huiusmodi, quæ in terris Indorum nascuntur, ut hæc iterum divendat. Neque etiam negotiationes, seu lucri gratia Indos suæ iurisdictionis nere, aut texere, aut alias artes huiusmodi exercere faciat, quo fiet ut Indi his molestis non divexentur, & hi qui Indorum curam gerunt, liberiùs eorum vicia reprehendant, eosque commodiùs instruant.

§. III.

Prohibetur itidem omnibus sacro ordine initiatis, ne (b) per se, aut per interpositam personam, in toto, aut in parte, Ecclesiasticos, aut sæculares redditus locent, aut in se translationes similium reddituum recipiant. Quòd si per interpositam personam secus fecerint, pondo centum minarum persolvant: si verò per se ipsos, pondo ducentum: quæ in piorum operum, & fabri-

(b) Mex. 1. c. 50. §. 2. & Guadix tit. 5. constit. 6. & Gran tit. Ne Cler. vel Monach. & Lim. 3. act. 3. c. 21.

MEXICANUM. 33R

æ Cathedralis Ecclesiæ, accusatorisque
vſus æquis partibus erogentur. Si verò
his pœnis cãtiores non fiant, graviori-
bus, iuxta qualitatem delicti, punientur.

ſ. IV.

NUllus Beneficiatus, aut Curatus
Indorum, tam ſæcularis, quàm
regularis, ex auctioribus (c) regijs, aut
ex his, quibus à Rege commendata ſunt
oppida in ſuo diſtrictu, emat mayzum,
goſſipium, aut goſſipinas telas, mel, &
alia, quæ eius Parochiales in tributum
dant, per ſe, neque per interpoſitam per-
ſonam: aliter id omne amittant, quod
inde exportaverint, aut emerint, & in
vſum fabricæ Eccleſiæ diſtrictus huius-
modi accusatoris, & ſumptuum iuſtitie
æquis partibus conferantur, ne ſi miniſtri
Indorum huiusmodi contractibus impli-
centur (vt evenit aliquando) eorum mi-
niſterium in contemptum veniat.

(c) Hoc eſt,
Almonedas
Reales. Lim.
3. act. 3. c. 5.

ſ. V.

Quia verò multi Curati, & Bene-
ficiati Indorum hanc curam ſuſ-
cipiunt, magis lucri cupiditate
(vt videlicet Indi ſuz colant prædia, aut
minas effodiant) quàm vt ipſi rudium
In-



332 CONCILIUM

(d) Limen, 3.
a. 3. c. 5.

Indorum animas instruunt ; hæc Synodus præcipit , vt (d) nullus Curatus Indorum, siuè sæcularis siuè regularis possit intra suam iurisdictionem , nec intra decem leucas in eius ambitu , prædia (etiam si patrimonialia , aut Ecclesiæ fuerint) colere , si sint qui ea conducere velint. Quòd si conductores minimè reperiantur, ea ipsis colere liceat etiam per Indos , quos tamen ad id volentes tantum adhibeant, debitamque eis operam, & laboris mercedem persolvant , benignèque , & comitèr se gerant. Si secus fecerint , Episcopus Curatos sæculares Beneficio priuet ; regulares autem à regimine Ecclesiæ amoveat , & voce activa, & passiva perpetuò suspendat.

§. VI.

E Adem etiam obligatione teneri, declarat hæc Synodus ministros regulares , qui stipendium à Maiestate Regia , vel ab his , quibus à Rege commendata sunt oppida , recipiant , vnde de suis laboribus possent Indis satisfacere. Non tamen ex hoc intelligitur, Indis cantoribus, & alijs ad vsum divini cultus necessarijs , ministros debere stipendium aliquod persolvere.

MEXICANUM. 333

LIBRI TERTII

TITULUS XXL

De Observatione Ieiuniorum. (c)

§. I.

INter præcipuas Christianæ vitæ exercitationes ea vna est, qua vt divinæ legis mandata omni sollicitudine observemus, rebellatricis carnis motibus fræ nos imponimus, eandemque spiritui subiugamus. Quam ob causam Sancta Mater Ecclesia, quæ à Spiritu Sancto regitur, & gubernatur, statutos dies instituit ad ieiunium, & abstinentiam, quo carnis appetitus maximè domatur, rationique subijcitur. Igitur, vt omnes Christi fideles huius Archiepiscopatus, & Provinciæ, dies quibus ad ieiunium tenentur, optimè intelligant; hæc Synodus, tam Indis, quàm Hispanis in hac Provincia degentibus, respectivè sequentes dies ad ieiunandum proponit.

(c) Mex. r. c.
37. Mex 2. c.
25. Guad tit.
6. contt. 21.
Mil 1. p. 2 tit.
de Ieiunio Ec
Gran. de Ob-
servat. ieiun.
Syn de Quir.
conf. 99. Lim.
3 act. 3. c. 4. r.
& Mil 5 ver-
bo omnis sa-
cror.

Dies,

334 CONCILIUM

*Dies, quibus ieiunare tenentur omnes
huius Archiepiscopatus, & Provincia,
utriusque sexus fideles, Indis
exceptis.*

§. II.

Imprimis omnes dies Quadragesimæ,
exceptis Dominicis diebus.

MENS. FEBRUARIO.

Vigilia Sancti Mathiæ Apostoli. 23.
Anno verò bisextili. 24.

IUNIO.

Vigilia Nativitatis Sancti Ioannis Bap-
tistæ. 23.
Vigilia Apostolorum Petri, & Pauli. 28.

IULIO.

Vigilia Sancti Iacobi Apostoli. 24.

AUGUSTO.

Vigilia Sancti Laurentij. 9.
Vigilia Assumptionis Beatæ Mariæ Vir-
ginis. 14.
Vigilia S. Bartholomæi Apostoli. 23.

SEPTEMBRI.

Vigilia Sancti Matthæi Apostoli, &
Evangelistæ. 20.

MEXICANUM. 335

OCTOBRI.

Vigilia Ss. Apostolorum Simonis & Iudæ.	27.
Vigilia Sanctorum Omnium.	31.

NOVEMBRI.

Vigilia Sancti Andreae Apostoli.	29.
----------------------------------	-----

DECEMBRI.

Vigilia Sancti Thomae Apostoli.	20.
Vigilia Nativitatis Domini nostri Iesu Christi.	24.

Idem tenentur ex consuetudine introducta ieiunare in Vigilia Pentecostes.

Ex præcepto quoque ieiunare tenentur in diebus quatuor temporum, qui quidem dies duodecim sunt.

In Hyeme Feria quarta immediata post festum S. Luciae, cum feria sexta, & Sabbato sequentibus.

In Vere Feria quarta, sexta, & Sabbato post Dominicam primam Quadragesimae.

In Æstate Feria quarta, sexta, & Sabbato post Pentecostem.

In Autumno Feria quarta, sexta, & Sabbato post festum Exaltationis Sanctissimae Crucis.

Dies,

338 CONCILIUM

*Dies, quibus Indi ieiunare tenentur et
constitutione fœlicis recordationis
Pauli Papæ III.*

*Imprimis, omnes sextæ Feriæ Quadra-
gesimæ, Vigiliâ Natiuitatis Domini
nostri Iesu Christi, Sabbatum maio-
ris hebdomadæ.*

§. III.

IN omnibus diebus, tam Hispanis,
quàm Indis assignatis, omnes vtriuf-
que sexus fideles huius Provinciæ, vige-
simo primo ætatis anno maiores ieiu-
nare tenentur sub pœna peccati mortali-
s, vnaque tantùm comestione, eaque
in meridie, his diebus vti debent, illis
exceptis, qui vel ægritudine, vel senec-
tute, vel ex magno corporali labore, vel
alijs iustis impedimentis ieiunio non
obligantur. In ieiunio autem seruando
nemo suam sententiam sequi debet, sed
suum Confessarium consulat, eiusque
sententiæ adhæreat. Exhortatur tamen
hæc Synodus omnes quinto decimo æta-
tis anno maiores, & vicesimo primo mi-
nores, vt paulatim ieiunijs assuecant,
in aliquibusque diebus à cibis se absti-
neant.

MEXICANUM. 337

nèant, quò faciliùs cum tempus ieiunandi ex præcepto occurrerit ieiunium observent. Monet quoque, & hortatur omnes huius Provinciæ fideles, vt (f) laudabilem consuetudinem ieiunandi in vigilijs Beatæ Mariæ Virginis, & festi Corporis Christi, itidemque à cibis carnalibus abstinendi in diebus Rogationum (quamvis ex præcepto non teneantur) observent, conceditque hæc Synodus ieiunantibus in his diebus quadraginta dierum indulgentiam pro singulo quoque die.

(f) Conc. Auz
I. c. 29. refer-
tur in c. Rogat
gat de conse-
crat. dist. 3.

§. IV.

Precipit quoque hæc Synodus Curatis omnibus, sæcularibus, & regularibus, vt id suis subditis annuncient.

§. V.

Declarat præterea hæc Synodus abstinendum esse omninò in diebus ieiunis Quadragesimalibus, à lacte, ovis, caseo, butyro, alijsvè cibis ex his conditis, nisi ad id Bulla, aut privilegium concessum sit. Declarat etiam, in omnibus ieiunij diebus, ferijs sextis, & Sabbatis per annum, & in Dominicis Quadragesimæ etiam carniem esse prohibitam, nisi alicui de consilio Medici corporalis,



338 CONCILIUM

& de facultate Episcopi, aut eius officialis in scriptis, esu carniū licitus sit. Hæc tamen facultas, examinata causa, ad tempus limitatum, & gratis concedetur. In omnibus verò his diebus, quibus ab esu carniū abstinendum est, carnes publicè ne divendantur, nisi ad vsum infirmorum, facultatem prædictam obtinentiam.

§. VI.

M Edicis itidem iubetur, ne prius cuiquam in diebus prohibitis edendi carnes facultatem dent, quam prospexerint rei necessitatem, quæ si sufficiens non sit, facultas huiusmodi denegetur. In concedendis verò huiusmodi facultatibus, ne faciliores se erga divites, quam erga pauperes præbeant, præsertim cum divites alijs possint uti alimentis sine detrimento salutis, quibus pauperes, & miserabiles personæ ob inopiam uti non possunt.





LIBRI QUARTI

TITULUS PRIMUS.

De Sponsalibus, & Matrimonijs. (g)

(g) Conc. Trident. sess. 24. c. 1. de Reformatione matrimon.

§. I.

EX eo magna incommoda, & infelices eventus oriuntur, quòd matrimonia, nec sincero animo, nec ad Sacrorum Canonum præscriptum contrahantur. Quare Episcopi, & Ecclesiastici Iudices in executione eorum, quæ de Sacro matrimonij Sacramento iure disposita sunt, omnem operam collocare debent. Quòd maximè cupiens hæc Synodus, præcipit Curatis omnibus, tam sæcularibus, quàm regularibus, ut (h) curent diligenter, ne aliqui ex sibi subditis, priùs per verba de præsentì matrimonio contrahant, quam peccata sua confiteantur, quo se ad suscipiendam gratiam præparent, quæ in hoc Sacramento confertur. Hoc enim, & ad vitam conjugalem cum omni pietate, & tranquillitate degendam, & ad prolem educandam, ad Cælorumque patriam dirigendam

(h) Mil. 1. p. 2. tit. Quæ ad Sacram matrimonium & Guad. tit. 2. à constit. 57. & Gran. tit. de Sponsalibus & Synod. de Quir. à constit. 28.

346 CONCILIUM

dam convenientissimum principium erit: Præterea Curati subditos doceant, tunc se matrimonij Sacramentum suscipere, quum per verba de præsentì contrahant.

§. II.

(i) Sess 24. c.
1. de Reform.
matr. Guadix
lit. 2. conf. 66.

Decreto autem Tridentini (i) Concilij Synodus innixa hortatur, ut coniuges ante Sacerdotalem benedictionem in Templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent: statuitque benedictionem à proprio Parocho fieri, neque à quoquam, nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam, alij Sacerdotes concedi posse.

§. III.

(K) Sess. 24.
c. 1. de Refor.
matrim.

VT multis malis, quæ ex clandestinis coniugijs ortum habuere, medicinam afferret universalis Tridentina (K) Synodus, clandestina huiusmodi matrimonia irritavit, nullaque decrevit, ac formam, qua matrimonia debent celebrari in hunc modum præscripsit, videlicet: ut matrimonium, præsentè Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi, vel Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus, contrahatur.

Quod

MEXICANUM. 341

Quòd si aliqui secus contrahere attentabunt, huiusmodi contractus eadem Synodus irritos, & nullos decrevit. Huius igitur Concilij auctoritatem sequuta hæc Synodus, decernit, ac iubet, ne quisquam per verba de præsentì matrimonium contrahere attentet, nisi ad præscriptum Concilij Tridentini. (l) Si qui verò secus fecerint, ultra pœnas à iure statutas, etiam excommunicationis pœna proponitur; contrahentes autem in triginta pondo condemnentur: singuli verò testes in quindecim, quæ in usum Ecclesiæ cuius fuerint parochiales, erogentur. Parochus verò, aut Sacerdos per mensëm unum carcere inclusus teneatur.

(l) Dict. sess. 24. cap. 1. vbi supra. Mex 12 c. 38. Guadix tit. 2. conf. 57. & Granat. de Sponsal. n. 12 & Synod. de Quirrog. conf. 29. & Lim. 39 act. 2. c. 34.

§. IV.

EX decreto itidem Concilij Tridentini (m) statuit, ac præcipit hæc Synodus, vt antequam matrimonium contrahatur, tēr in Parochia, sive Parochijs contrahentium, tribus continuis diebus festis à proprio Parocho inter Mislarum solemnità publicè denunciatur, inter quos matrimonium sit contrahendum, ab eodemque Parocho subditi moneantur, vt si ad alicuius notitiàm legitimam aliquid impedimentum pervenit, quo con-

(m) Sess. 24. c. 1. de Refor. matrimon. Lim. 3. act. 4. c. 14. & Provin. de Quir. act. 3. c. 48 & Conc. Milan. 5. tit. Quæ ad matrimonium pertinet.



342 CONCILIUM

trahentes impediuntur, illud revelentur. Denunciations verò huiusmodi nequam fieri omittantur, nisi quando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint denunciations; tunc enim vel vna tantùm denunciatio fiat, vel saltem Parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur. Episcopis verò iniungitur, vt ad id, non per quoslibet suos officiales, sed ipsi per se, aut per suum generalem Vicarium ex gravi causa, facultatem concedant. Declarat autem hæc Synodus, Indorum oppidis satis esse, si quando minister visitaverit, tres huiusmodi denunciations ab eo fiant tribus diebus, etiam non festivis, dummodo eo tempore populus in Ecclesiam conveniat. Aliter enim matrimonia Indorum celebrari non possunt sine magno impedimèto doctrinæ Christianæ, qua Indi sunt erudiendi.

§. V.

Iuxta decretum Concilij Tridentini (n) prohibet hæc Synodus, vt nullus Sacerdos, sæcularis, sivè regularis etiam si Parochus sit, alterius Parochiæ sponsis sine Ordinarij, vel eorum Parochi li-

(n) D. Ses. 24.
c. de Refor.
matrim.

MEXICANUM. 343

ſentia , benediſtionem nuptialem conferre audeat , quolibet privilegio , aut conſuetudine non obſtantibus. Quòd ſi ſecus fecerit , ipſo iure tamdiu ſuſpenſus maneat , quamdiu ab Ordinario eius Paroſchi , qui matrimonio intereſſe debebat , ſeu à quo benediſtio ſuſcipienda erat , abſolvatur.

§. VI.

PRæcipit quoque hæc Synodus ſæcularibus , & regularibus Curatis , ut in benediſtionibus nuptialibus Indorum naturalium arras benedicant , cum reliquis cæremonijs , quibus in benediſtionibus nuptialibus Hiſpanorum uti ſolent. Pro huiusmodi autem benediſtionibus conferendis , quicquam proſus ne accipiant , præterquam à ſpontè dantibus , poſt præſtitam liberam benediſtionem : aliter quicquid acceperint , reſtituere , etiam in foro conſcientiæ , tenebuntur , & præterea ſeverè punientur.

§. VII.

NUllus Parochus , aut Sacerdos ſæcularis , ſivè regularis , quemquam per verba de præſenti matrimonio coniungat , qui non ſit ætatis legitimiæ à iure ſtatuti , cuius ætatis per librum baptiſ-



344 CONCILIUM

tismi, aut per sufficientem probationem constare debeat. nec sponsali his similibus personarum, quæ per verba de futuro fiunt, adsistat nisi de Episcopi licentia. Si quis verò secus fecerit, Ordinarij arbitratu punietur.

§. VIII.

(o) Sess. 24. c.
9. de Refor.
matrim.

Volens Tridentinum (o) Concilium libere: consensum. cui ad matrimonij contractum requiritur, conservari, præcipit sub anathematis pœna, quæ ipso facto incurratur. ne quisquam vllatenus cogatur, quominus liberè matrimonium contrahat; cuius auctoritatem sequuta hæc Synodus, cum his in partibus multi ob suam propriam utilitatem Indos, & servos invito contrahere matrimonium compellant, ut suis operis utantur; statuit, ac mandat ne (p) vllus Hispanus Indum, aut servum cogat ad matrimonium contrahendum, nec per vim eos impediat, ut liberè cum quibus libuerit matrimonium contrahant, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Idemque præcipitur (*) proceribus Indorum, ea pœna statuta, si secus fecerint, ut triginta diebus in carcere sint inclusi, ac præterea severè puniantur.

(p) Mex r c
72. §. vdic

(*) Id est Ca
24. ves.

MEXICANUM. 349

§. IX.

Idem præcipitur, ut hi qui servos conjugatos possident, eos vendere possint, ne vendant in partibus adeò distantibus, ut probabile sit, eos cum vxoribus per longum tempus cohabitare non posse. Quod autem sit tempus longum reputandum, arbitrio Ordinarij censendam relinquitur.

§. X.

VT verò corruptelæ inter hos (*) (*) Hoc est
indigenas aliquando receptæ, non Naturales.
sine gravi matrimonij iniuria occurratur, qua quum quis scëminam aliquam in vxorem ducere volebat, eam à suis parentibus emens, cum eaque multo tempore ante matrimonium cohabitans, sæpè in naptam dimittebat; decernit, ac iubet hæc Synodus, ut Indorum Parochi diligenter in suis districtibus de hoc delicto sciscitentur, ac Episcopum certiorrem faciant, ut tantùm facinus puniatur, & funditus, ut decet, extirpetur.

§. XI.

Quorundam dolis, ac fraudibus, quas aliqui machinantur, ut binas

346 CONCILIUM

(q) Mex. 1. c.
40 Synod. de
Quirog. conf.
33.

nas nuptias contra indissolubile matrimonij vinculum exercent, obviare volens hæc Synodus; præcipit, vt (q) nullus ex his qui in facie Ecclesiæ matrimonium contraxerunt, eo quod ab altero coniuge absens sit, secundas nuptias contrahere audeat, nisi sufficienter probet ad præscriptum iuris alterius coniugis mortem. Quòd si quis secus attentaverit, pœna gravi pro qualitate personæ puniatur.

§. XII.

(r) Mex. 1. c.
39. §. vnic.

Qui ex (r) Hispania, aut ex alijs partibus distantibus in hanc Provinciam pervenerint, & secum feminas duxerint uxorem nomine, nisi huius rei authenticum testimonium exhibeant, ad illud deferendum, si Episcopo videbitur, terminus vnius anni cum dimidio præfiniatur. Quòd si intra præfixum terminum, de matrimonio per testimonium, aut per sufficientem probationem non constiterit, ab Ordinario separentur, nec cohabitare permittantur.

(f) Text in c.
Quanto, & in
c. Gaudeamus
de divort. Li-
men. 3. act. 2.
c. 36.

§. XIII.

Si quando evenerit, (f) vt stante duorum infidelium matrimonio, alter coniugum ad fidem conversus baptis-

num

MEXICANUM. 347

mū susceperit, altero, vel vlllo modo ad Catholicam fidem convertere se nolente, vel non sine blasphemia dīvini nominis, vel eum vt pertrahat ad mortale peccatum ei cohabitare volente: qui relinquitur, ad secunda. si voluerit, vota transibit. Sed si baptizatus sine detrimento fidei, & legis divinæ, aut cum spe, quòd ad Catholicam Fidem convertatur, cum infideli cohabitaverit; fidelis alteri matrimonio ne se coniungat, sed cum infideli cohabitet. Si verò infidelis conversionem ad fidem distulerit, per sex menses ambo cohabitent; quo elapso termino, Episcopus de hac re certior fiat, vt ipse decernat, an terminus prorogandus sit, an fideli concedenda facultas, vt alteri matrimonio se coniungat. Itidemque Episcopo annunciabitur, quando aliquis matrimonium contrahere velit, qui alterum coniugem in locis infidelium reliquit, cui suæ infidelitatis tempore cohabitabat, vt Episcopus causa examinata, ei iungendi se alteri matrimonio facultatem, sibi visum fuerit, concedat.

§. XIV.

Quos Deus (t) matrimonij vinculo coniunxit, non possunt, nec debent

(t) Mex r. c. 47. & Syn. de Quir. conf. 14.

348 CONCILIUM

bent separari. Quare omninò reprobaturum est maritum, & vxorem dato libello separationis coram Iudicibus, & Notarijs se ad invicem separare, existimantes se illius libelli virtute à vinculo matrimonij esse solutos. Iccirò statuit hæc Synodus, vt nullus Ecclesiasticus Iudex in libellis huiusmodi authoritatem suam interponat, sub pœna privationis officij, nullusque Notarius eosdem conficiat, aut subscribat. Quòd si secus fecerint, præter pœnas capite: (v) *Cum æterni Tribunal*, statutas, ab officijs sint ipso facto privati, quadragintaque pondo minarum persolvant in vsum fabricæ, pauperum, & accusatoris æquis partibus eroganda. Qui verò ob prædictas causas non cohabitantes denuò matrimonium contrahere attentaverint, propter binas nuptias punientur.

(v) In c. Cum æternum, de Sentent. & re iudicat. lib. 6.

§. XV.

Quoniam verò aliqui eo animo lites de divortio movent, easque minimè persequuntur, vt liberè in suis insorescant vitijs; quò diabolice eorum fraudi occurratur; statuit, ac præcipit hæc Synodus, vt quodcumque lis de divortio mota fuerit, vxor statim

MEXICANUM. 349

tim in aliqua domo honesta constitua-
tur. Casu verò , quo pars litem non
prosequatur, Fiscali detur facultas peten-
di, vt simul cohabitent. Quòd si senten-
tia lata fuerit de divortio quoad tho-
rã, vxor in domo honesta , ac mini-
mè suspecta pro ratione suæ ætatis , &
conditionis collocetur , ne vlla in Deum
committatur offensa : Fiscalis verò , qui
in hoc negligentè egerit , in pondo tri-
ginta condemnatur , & iuxta causæ qua-
litate, vsque ad officij suspensionem,
puniatur , si Episcopo videbitur.

LIBRI QUARTI
TITULUS SECUNDUS.

*De Cognatione spirituali , & alijs ma-
trimonij impedimentis.*

§. I.

QUoniam aliqui , Dei timore post-
habito, intra gradus à iure prohi-
bitos, in quibus matrimonium
invalidum est , contrahere præsumunt,
vnde consequitur , vt in peccato vitam
ducant; eam ob causam ex decreto Con-
cilij Tridentini, (x) interdicit hæc Syno-
dus,

(x) Sess. 24. c.
5. de Refor.
matr. Mex 1.
c. 48. §. vnic.
& Synod. de
Quirog cons.
39 rex. in Cle-
ment. vnic. de
Consanguini-
tate, & affinit.

350 CONCILIUM.

350 **CONCILIUM.**
 dus, ne quisquam intra hos gradus ma-
 trimonium contrahere audeat. nec Sa-
 cerdos ullus in aliquo huiusmodi con-
 tractu interveniat. Quòd si aliqui scien-
 tèr intra gradus prohibitos, qui matri-
 monium dirimunt, contrahere attentè-
 verint; præter pœnam excommunicatio-
 nis, quam ipso factò incurrant, & alias
 pœnas à legibus Ecclesiasticis, & (y) re-
 gijis statutas, centum pondo persolvant,
 Sacerdos verò, qui huius rei conscius, hu-
 iusmodi matrimonij contractibus inter-
 sit, si Beneficiatus fuerit, fructus, seu
 redditus vnius anni amittat: aut si Bene-
 ficiatus non fuerit, centum pondo mul-
 tetur. Quæ omnis multa fabricæ Cathed-
 ralis Ecclesiæ sumptibus, iustitiæ, accu-
 satori, aut si is desit, Iudici, æquis par-
 tibus applicetur.

(y) Lex reg. 3.
 tit. 18. partit.
 7 & lex 7. tit.
 fin. l. 8. Ordi-
 nan.

§. II.

Quo verò his evitandis accurata
 diligentia adhibeatur, hæc Syno-
 dus Sacerdotibus exponit gradus
 prohibitos cognationis corpora-
 lis, & spiritualis hos
 esse. (z)

(z) Vid. Cov.
 in 4. 2 p. c. 6.
 §. 8. n. 2. & 3.
 ex Synod. de
 Quirog. conf.
 30.

§. III.

MEXICANUM. 351

§. III.

Primus consanguinitas usque ad quartum gradum inclusivè. Secundus affinitas ex matrimonio contracta usque ad quartum gradum. Tertius affinitas ex fornicatione contracta usque ad secundum gradum inclusivè, prout est à Tridentino (a) Concilio dispositum. Quartus impedimentum publicæ honestatis, ubi sponsalia quacumque ratione non fuerunt valida, prorsus tollitur; ubi autem valida fuerunt, primum gradum non excedit.

(a) Sess. 24. c. 4. de Refor. matr. sess. 24. c. 1. de Refor. sess. 24. c. 2. de Refor. matr.

§. IV.

Cognatio spiritualis in Baptismo contrahitur inter baptizantem, & baptizatum, & illius patrem, & matrem, & inter compatrem, & commatrem baptizati, & inter illius patrem, & matrem tantum. Ex confirmatione verò contracta cognatio confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac tenentem non egreditur. Advertendum tamen est, in impedimentis huiusmodi scelicet recordationis Piam Papam V. (b) suis proprijs motibus declarasse, in gradibus ante Concilium Tridentinum prohibicis, & postea ab eodem Concilio

(b) Motus prop. Pij V.

352 CONCILIUM

lio sublatis, tamquam matrimonium non impediens, non solum intelligi post Concilium impedimentum esse sublatum ijs, qui denuò ad illum gradum pervenerunt; sed etiam ijs qui ante Concilium eo gradu erant coniuncti, dummodo matrimonium, aut contractum sit, aut contrahendum post Tridentinum Concilium.

§. V.

Nefanda inter fratres, & sorores primo gradu coniuncta matrimonia omni iure (c) prohibentur. Quare præcipitur, ut infideles huius Provinciae, qui tempore suæ infidelitatis, in hoc gradu coniuncti erant matrimonio, cum primum baptismum susceperint, separentur, matrimoniumque huiusmodi irritum, ac nullum decernatur.

(c) Text. in c.
sua de Divor-
tiji.

LIBRI QUINTI

TITULUS PRIMUS.

De Visitationibus.

§. I.

Visitationum præcipuus scopus
(ut sanctum Concilium Tridentinum)

MEXICANUM. 353

finum (d) exponit) est, sanctam, orthodoxamque doctrinam, expulsibus hæresibus inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad Religionem, pacem, Innocentiamque accendere: ad quod efficiendum, ultra ea, quæ locus, tempus, & occasio, visitatarumque personarum conditio Deo, ac Domino inspirante visitatorem docuerint, is ordo servabitur.

§. II.

Cum primum ad locum, quævis visitaturus est, visitator pervenerit, Ecclesiam adeat, ubi eum populus expectat, ibique preces ad Deum effundet, ac deinde ipse, aut eius loco alius, conditionem habebit, qua summam visitationis scopum exponat. Præterea generale huius Synodi decretum legi efficiet, populumque admonet de obligatione, qua singuli tenentur denunciandi publica peccata, ut tale remedium adhibeatur, quo omnes in Deum offensæ funditus tollantur. (e)

§. III.

Sanctissimum Eucharistia Sacramentum, sanctam Chrisma, oleumque, & baptismalem fontem, manuale etiam

(d) Sess 24. de Refor Mexicæ l. c. 91. Guad. tit 8. & Mil. l. 1. p. 2. tit. de Visitat. & Tolet. act. 2. c. 2. & Granat. tit. de Visitat. & Synod. de Quir. à const. 166. Lim. 3. act. 4. à cap. 1. vsque ad 5. lac. Con. 4. Mil. tit. de Visitat.

(e) Vid. Gran. & Synod. de Quir. ubi sup.

354

CONCILIUM

Sacramentorum, ac omnia Ecclesie ornamenta visitabit, accurateque respiciet, an hæc decentè teneantur.

§. IV.

Libellum præteritarum visitationum requirat, scisciteturque an statuta in prædictis visitationibus executioni mandata sint. Si verò aliqua adimplenda desunt, compleri curet, reprehendatque, ac corrigat eos, qui in his adimplendis negligentè se gesserunt.

§. V.

Quoad bona verò Ecclesie inquirat imprimis, an inventarium, libere sit, ubi descripti sint tituli possessionum, quas Ecclesie obtinet, exploretque an aliqua Ecclesie bona alienata sint, an ea quisquam usurpaverit, an verò aliqui sumptus in ædificijs, alijsvè rebus facti sint, qui eam summam excedant, quæ est ab hac Synodo constituta: aut si Ecclesia ius habet ad aliqua bona nondum ab Ecclesia recuperata. In quibus omnibus id adimpleri efficiat, quod titulo *de Rebus Ecclesie conservandis, alienandis, vel non*, iustum est.

§. VI.

MEXICANUM. 355

§. VI.

Visitet quoque Ecclesias, & Eremitoria, videatque an aliqua superflua sint, aut non bene restaurata, & ad sine Episcopi licentia fabricata sint, Episcopumque de hac re certiore faciat, ut de convenienti remedio provideat. Præterea iuxta Concilij Tridentini (f) decretum peculiari cura exquirat, & exploret attentè an Imagines indecenter teneantur, quasque sic reperit, deleri faciat, aliasque in earum loco constitui iubeat, prout est titulo *de Reliquijs*, & *Veneratione Sanctorum* dispositum.

(f) Sess. 25. in princ. tit. de invoc. & sacris Imaginibus.

§. VII.

Hospitalia etiam, Eremitoria, Confraternitates, & alia pia opera visitet, dispiciatque, an eorum Institutione, & fundatione, Episcopique ordinationibus constituta observentur, idque provideat, quod sibi conveniens videbitur, ut hæc opera conserventur, & augeantur. Missarum, & piorum operum, quæ ex testamento relicta sunt, libellum petat, utque ea adimpleantur, quod est titulo *de Testamentis* decretum, observet.

356 CONCLIVM

§. VII.

Coram Parochis decreta huius Synodi, quæ ad eorum officium spectant, legi faciat, & an observentur, diligentè exploret; specialitèr verò inquirat an Parochus libros habeat, ubi baptizatorum, confirmatorumvè, aut eorum qui matrimonio coniuncti, & mortuorum, nomina descripta teneat. Si habet Cathecismum, directoriumque Confessorum, librumque decretorum huius Synodi. Si permittit a Clericis peregrinis sine licentia Missam celebrari. Si habet tabulam salariorum, iuxta taxam ab Episcopo designatam. Quòd si quid repererit, quod non sit executioni mandatum, diligentè adimpleri curet, excessusque, & negligentias corrigat.

§. IX.

DE vita, & honestate Clericorum privatim exquiret, si onera suorum officiorum obierint, & quæ his decretis iussa sunt, adimpleverint: aut si in aliqua delicta reinciderint, aut aliqua receperint, quæ à iure, aut ab hac Synodo eis prohibentur. Exquiret præterea, an Clerici, vel sæculares publica aliqua pec-

MEXICANUM 357

kata, aut scandala committant, an aliqui sint concubinarij, blasphemj, susceptorum aleatorum, usurarij, & alijs huiusmodi vitijs implicati. In rebus autem occultis inquisitionem in speciali ne faciat, ex qua infamia oriri possit, sed ut est à iure communi dispositum (g) inquireat.

§. X.

Visitor omnia quæ animadversione digna repererit, effecerit, aut providerit, dum exerceat visitationem, in suo libro describat. Cum verò ad Civitatem, ubi Episcopus residet, pervenerit, de his omnibus intra tres dies Episcopo rationem reddat.

§. XI.

VT verò liberius morum reformationem, quæ visitoribus valde commissa est, procuret, nihil quicquam visitor vilitatenus accipiet, quocumque modo, ei offeratur, ornamentavè nec pro ratione petenda de hospitalibus, confraternitatibus, œconomisvè Ecclesiarum, aut alijs similibus, nisi tantum quæ ad victum, & hospitium sibi, & his qui eum committantur (quorum parvus numerus esse debet) ab Episcopo dari conti-

(g) *Tex in c. Qualiter, & quando, & c. de Accus. & c. Licet tu, de Simon. vid. Conc. citat. sup. §. 4.*

358 CONCILIUM

tura sunt. Quòd si secus fecerit , pœnas incurrat à constitutione Concilij Lugdunensis. (h) quæ incipit ; *Exigit*, statutas, & reliquas , à Concilio Tridentino (i) impositas , ex cuius decreto decernitur , vt si visitatores ratione visitandi baptismales fontes aliquid acceperint , illud , in foro etiam conscientia, restituere tenentur. Hoc tamen decreto non prohibetur , ne Notarij , & computatores , quos secum duxerint , id exigere possint , quod ex taxa huius Synodi eisdem debetur , ratione actorum , & scripturarum , rationumque . seu computarum , in quibus se exercuerint ,

§. XII.

(K) Sess 24. c. 3. de Refor.

Quamvis ex iure, & ex decreto Concilij Tridentini, (K) Ecclesiæ , & oppida, quæ visitantur Episcopis, aut eorum visitatoribus , ratione procurationis, sibi, & his , qui in eius comitatu sunt , congrua victualia suppeditare debeant & in hoc etiam Archiepiscopatu . & Provincia consuetum sit , *Tameñmes* (baiulos scilicet homines) iumentave sine vlla mercede tribuere , vt ex vno oppido in aliud , quæ ad hoc necessaria sunt , exportentur , nihilominus hæc Synodus statuit , ac præcipit , vt posthac
Epit

MEXICANUM 359

Episcopi, sivè eorum visitatores, cùm
vísitaverint, iustam mercedem baiulis
huiusmodi, aut alijs Indis pro se, & iu-
mentis, quæ ad hoc adhibuerint, persol-
vant, pro distantia quæ est inter vnum,
& alterum oppidum, & terræ consuetu-
dine attenda, ita vt omnes intelligant vi-
tari id omne, quo subditi vexari, aut
molestari videantur, ac præterea ea so-
lùm visitatores proponere, quæ anima-
rum saluti maximè conveniunt.

Iustam.

§. XIII.

NE Indi, visitationum occasione à
(*) proceribus molestentur, sta-
tuatur, ac iubetur, vt visitatores in scrip-
tis annotatum suis nominibus relin-
quant quicquid, pro suis, & eorum, qui
eos committantur victualibus, sumpus
fuerint, quo possit œconomus, si sæcu-
laris fuerit, regis: Magistratibus, si ab
eisdem petatur, rationem reddere; aliter
pro modo culpæ gravitèr
puniatur.

(*)Cuziques,
Tequillatos.



360 CONCILIUM

LIBRI QUINTI

TITULUS SECUNDUS

(1) De hoc
tit. Gran tit.
de Calumn.
n. 1. 7 & 3.
quo reform.
Con Mex 1.
in c. 79. Lex
reg. 4. tit. 7.
lib. 8. Recop

De Calumniatoribus. (1)

§. I.

Gravissima iniuria Tribunalibus irrogatur, quæ Deus in Ecclesia sua pro administranda iustitia constituit, dum his nonnulli ad suas vindictas, & flagitia abutentes, dolo malo innocentes criminantur. Cui malo remedium afferre volens hæc Synodus, præcipit, ut si aliquis articulos dederit, aut calumniosam accusationem, per se, vel per interpositam personam contra aliquem Clericum obtulerit; in casibus, quibus juxta iuris dispositionem calumniosa talis accusatio reputabitur, ipsdem pœnis criminator plectatur, quibus puniendus esset accusatus, vel denunciatus, si contra eum probaretur. Ac præterea in omnibus expensis, & damnis condemnatur, quæ accusato, vel denunciato inde provenerint, & in pondo quinquaginta, quorum medietas ei qui calumniam passus est, tribuatur.

§. II.

MEXICANUM 362

§. II.

SI quis accusaverit, aut denunciaverit, siue Clericus sit, siue sæcularis, & iniuriam suam non fuerit prosecutus; ab eo articuli ne admittantur, nec accusatio pro sua recipiatur, sed Fiscali tradetur, qui ad eius prosecutionem tenebitur, in his casibus, & eo modo, quo titulo *de Officio Procuratoris Fiscalis* continetur, & non aliter. Ultra ea tamen, quæ ibidem disposita sunt, sæcularis Clericum fideiussorem ad id præbeat, qui sæcularis si in probatione defecerit, expensas, & pœnam prædictam se soluturam promittat, aliter eius accusatio nequaquam admittatur.

§. III.

QUAMVIS is, qui calumniosè fuerit accusatus, calumniatorem non accusaverit, possint Iudices (si casus id postulat, eisque videatur) contra calumniosum criminatorem ex officio procedere, eumque pro merito culpæ condemnare.

§. IV.

QUONIAM verò sæpè Indi nomine communitalis, aut particularium,

362

CONCILIUM

articulos contra nonnullos Clericos dare solent, decernitur, ac iubetur, vt attentio quod cum Indis decretum de fidei iustorijs exhibendis, & pœnis supra nominatis, in rigore exequendum non est, Fiscalis causam suscipiat, eamque prosecutur, etiam si Indi ab ea desistant, ita vt Fiscalis, ac iure eorum se protectorem ostendat, ea tamen conditione statuta, vt Indis desistentibus huiusmodi prosecutio, nec fieri, nec inchoari, nec inchoata deseri à Fiscali possit, nisi prius sententia, & consensus Episcopi præcesserit, cuius paternæ prudentiæ hæc Synodus relinquit, vt quid hac in re magis ad Dei honorem, & indigenarum protectionem, excessumque coercionem conveniat, attentè consideret.

LIBRI QUINTI

TITULUS TERTIUS.

(m) Mil r. p.
2. titul. Quæ
pert. ad Coll.
Benefic. vers.
Vt omnis, &
Gran. tit. de
Simon. u. 4.

De Simonia. (m)

§. I.

ET si ab ipso renascentis Ecclesiæ initio, semper simoniæ vitium abominabile, & execrabile fuerit, ac Sacris

MEXICANUM. 363

eris Canonibus prohibitum, gravibusque poenis punitum; tamen ea fuit hominum malitia, ut diversis fraudibus, & fallacijs sua simoniaca pacta occultare, & palliare procurent. Quod malum in hunc Archiepiscopatum, & Provinciam adeò grassatum est (tàm ad præsentationes, quæ in his partibus fiunt, obtinendas, quàm ad eas in Curia Catholicæ Maiestatis procurandas) ut conveniens remedium, & oportunum sibi afferri postulet.

De quo providere volens hæc Synodus, præcipit, ne (n) quisquam Ecclesiasticus, sivè sæcularis, cuiuscumque dignitatis, conditionisvè existat, pacta, conventionesvè faciat, aut pecunias promittat, aliavè, strenarum nomine, si præbenda obtineatur, aut mercedis prætextu, pro sollicitudine, aut ad obtinendum favorem quorumcumque aulicorum, sollicitatorumvè, aut procuratorum, seu aliarum personarum eis propin quarum, qui præsentationes huiusmodi conferre debent, nec scripturas nomine debitorum alijs de causis contractorum concedat, aut alios concedere faciat. quibus eos, qui se obligaverint, indemnes servaturum promittat ratione eius summæ, quam persolverint, nec aliter quovis modo de si-

(n) *Tex. in e.*
Nobis fuit, de
Simon & in
extrav. 1. de
Sent. excom.
inter comm.
confirm. per
Greg. XIII.
in Bull. cuius
titulus est, de
Datis, & pro-
mis, quam ad
lit. refert, &
eleg. legit Na-
varr. in tract.
de Datis, &
promis. rex. in
extrav. 1. de
Simon. inter
commun.



364 CONCILIUM

(o) Motus
prop. Pi; V.

milibus paciscatur per se, nec per interpositam personam, quos omnes hæc Synodus simoniacos declarat: & qui hæc commiserit, pœnas à iure statutas, & à felicitis recordationis Pio Papa (o) Motu proprio confirmatas incurrere dècernit; quæ quidem pœnæ hæc sunt: videlicet ipso iure privatos esse beneficio aut præbenda hæc ratione ab eis obtenta, ac præterea inhabites reddi ad alia quæcumque beneficia obtinenda, nec non ad restitutionem fructuum omnium, atque reddituum ab eis receptorum teneri. Itidem ipso facto incurrunt excommunicationem maiorem, à qua, nisi in articulo mortis ab alio, quam à Summo Pontifice absolvi non possint.

§. de II.

Decernit præterea hæc Synodus, hos qui præsentationem obtinent per illicita huiusmodi media impetratam, non fore admittendos ad similia beneficia, sive præbendas, quas obtinuerint. Hæc Synodus admonet, eisdemque pœnas à felicitis recordationis Pio Papa V. innovatas, notas facit, eorumque conscientias graviter onerat, quatenus animadvertant, teneri se ad resignandum

MEXICANUM. 365

beneficia, & fructus male perceptos restituendum: necnon eosdem exhortatur, vt ab hoc nequissimo vitæ statu resipiscant, ad illudque acerrimum, ac tremendum Dei iudicium mentis oculos conuertant.

§. III.

E Piscopus verò, quo omnis simoniæ cesset occasio, monet hæc Synodus, vt (p) familiaribus suis, ratione officiorum quæ exercent, certam mercedem constituant, ne illi hoc subsidio destituti, beneficia Ecclesiastica, tamquam suæ operæ, & laboris pretium præcipuè sibi proponant. Fraudari tamen Ecclesias non vult hæc Synodus probatorum hominum ministerio, si qui sunt in Episcoporum familia, quibus ob suam doctrinam, & pietatem vtiliter beneficia, siuè præbendæ conferri possunt. (q) Quæ in re Episcopis vehementer commendatur, vt familiarium merita, & doctrinam examinent, ita vt benemeriti non grauentur, si eis familiares Episcoporum præferantur. Cum in Ecclesiarum damnum, & tertiar personæ incommodum familiaribus satisfaciendum non sit. Quando sacros lapides, calicesvè, aut ornamenta benedicta, vas aureum, aut argenteum, quod

(p) Mil. r. vbi
suprà.

(q) Con Tri-
dent sess. 4.
c. 18 de Re-
for cum mo-
tu prop. Pij
V.

366 CONCILIUM

quod intus Sanctorum reliquias continer, vendi contigerit; præcipitur, ut ratione consecrationis, benedictionisvè, aut reliquiarum, nihil quicquam pretij exigatur, nec maiori pretio hæc dividantur, quam eo, quo materia aut opus æstimabitur, sub pœnis contra limoniacos statutis.

§. IV.

Qui beneficia, seu Parochias, multis & ambitiosis precibus, donis, promissionibus, favoribusvè ad Episcoporum gubernatores, aut examinatores allatis petierint, pro illa vice reddantur inhabiles ad tale beneficium, seu præbendam obtinendam, in quo eorum conscientias respectivè hæc Synodus valdè onerat.

LIBRI QUINTI

TITULUS QUARTUS.

De Hæreticis.

§. I.

Perpendens hæc Synodus quàm grave peccatum sit, eos à fide Catholica deficere, qui divina favente misericordia

MEXICANUM. 367

Cordia è tenebris idololatriæ , & gentilitatis ad lucem Evangelij erecti , fidem Christianam in sacro baptisinate professi sunt, quæ à fide defectio, in his præsertim gravior culpa est, qui aliorum duces, & magistri cum sint, eos pervertant, & à veri Dei cultu ad idola adoranda, & demones colendos se ducunt : graviter, molestèque ferens, & eam, quæ nostræ fidei irrogatur, iniuriam, & tot animarum iacturam, necnon intimis visceribus cupiens, (*) nativis Indis, tamquam novellis in Ecclesia plantis, ut in fide roborentur, afferre remedium. Attendens præterea nimiam Episcoporum indulgentiam, quæ paternâ pietate Canonum rigorem temperantes, hætenus blanditijs potius quam severitate, ad viam salutis trahendos Indos existimarunt; non solum Indis utilem fuisse, immò eis occasionem præbuisse, ut proiecta quadam audacia ad suos errores, & antiquas superstitiones (quòd plerisque in partibus huius Provinciæ experientia docet) redirent. Timens denique quàm grave damnum conversioni, & conservationi Indorum in fide Christiana proveniret, si hæc pœnis impositis non reprimeretur audacia; statuit, ac præcipit Prælati om-

(*) Naturales Indios.

368 CONCILIUM.

nibus huius Provinciæ, vt diligentissimè
inquirant, ac sciscitentur de huiusmodi
idololatriis, præsertim dogmatistis, &
errores inter alios disseminantibus.
Quòd si postquam eos piè monuerint, &
corripuerint, nihilominus in suis perse-
verare erroribus comperiantur; rigide
còtra eos procedant, easque pœnas
applicent, quas magis convenire iudica-
verint, & ad horum emendationem; &
ad aliorum remedium. Paternæ autem
Episcoporum providentiæ hæc Synodus
committit arbitrium qualitatis pœnarum,
monens eos, ne pœnas pecuniarias
imponant, quæ nec gravitati delicti, nec
Indorum paupertati respondent, sed eos
corporalibus pœnis coerceant, quibus
solum eorum salutem consultum videatur.
Necnon vehementer Episcopis eorum
cura commendatur, cum in die tremen-
di iudicij, de animabus sibi commissis,
Omnipotenti Deo rationem
sint reddituri.



MEXICANUM: 369

LIBRI QUINTI

TITULUS QUINTUS,

DE USURIS.

§. I.

Qui volunt divites fieri, ait Aposto-
lus, incidunt in tentationem, &
in laqueum diaboli, & desideria
multa, & nociva, quæ mergunt homines
in interitum, & perditionem. Hinc est,
quòd multi in his Indiarum partibus
appulere infaciabili (*) quoad divitia- (*) *Coacer-*
rum siti, & cupiditate excecati, qui fa- *vaudarum.*
cile se his contractibus implicant, unde
maius lucrum reportari posse sperant,
nihil curantes iusti, ne an iniusti contrac-
tus illi sint. Quo fit, ut constitutionis
vinculo, non sine magno animarum pe-
riculo obligentur, ob nimiam difficulta-
tem, qua aliena quæ retinent bona, ve-
ris eorum dominis restituant. Quare hæc
Synodus ardenti salutis animarum, qua-
rum cura Episcopis commissa est, desi-
derio flagrans, à virisque prudentia, &
experientia probatis intelligens, tricas



370 CONCILIUM

rias, variasque fraudes lucri cupiditate in his partibus inventas, quibus iniustitia, quæ dolo malo in proximum exercetur, occultari, ac palliari possit, quantum valet, omnes huius Provinciæ fideles in Domino exhortatur, ut rationem quam Deo in die tremendo iudicij reddaturi sunt, certamque animarum suarum damnationem, si iniuste aliena bona usurpant, ob oculos ponentes, viros doctrinæ, & vita probatos consulant, eisque modum, quem in negociando, & contrahendo tenent, aperiant, atque eos solum contractus exerceant ad securitatem conscientiæ, quos iurisperiti huiusmodi licitos probaverint. Sed ne posthac iniusti contractus sub iustorum specie lateant, ac de eis ignorantia præsumatur; hæc Synodus quid de aliquibus contractibus, quorum frequentior est in hac Provinciâ usus, ac de quibus per multæ difficultates propositæ occurrunt, iuxta iuris dispositionem, faciendum sit, exponit, atque declarat. Aliorum verò contractuum discussionem ad Directorium Confessorum, ab ea probatam, refert, ut tam Confessarij, quam prædicantes, in his omnibus dirigantur,



MEXICANUM. 371

§. II.

Quia (r) is contractus in hac Provincia frequens est, vendendi, scilicet, aut credendi argentum ad certum tempus, ut æstimato iuxta legem

(f) Regni pretio, sexaginta tominorum pro vnaquaque argenti marca, venditi, aut crediti, argenti pretium in moneta regalium præfinito tempore solvatur. Hæc Synodus illegitimum tunc esse contractum huiusmodi declarat, quando argentum valorem à lege constitutum non attingit, scilicet denariorum vndecim, & granorum quatuor. Quia ad dilatam solutionem, argentum minoris valoris, eodem pretio vendere, quo argentum pretiosius, & valorem à lege æstimatum pertingens divenditur, contractus illegitimus est, & vsurarius. Maiori enim pretio in eo argentum venditur, ratione dilatæ solutionis, quam à lege præscribitur, & pecunia numerata vendi potest. Hoc igitur genus contrahendi Synodus damnat, illicitumque, & vsurarium decernit, idemque tale iudicari, & reputari mandat. Reos verò, & in sic contrahendo delinquentes, Ecclesiastici Iudices corrigant, omnique iuris rigore puniant,

(r) Primus casus.

(f) Text. in leg. reg 3. tic. 21. lib. 5. & lex 1. 2. tic. 24. lib 5. Recopil. Quando este decreto se ordenò, no se avia asêtado el ensayo de la plata, como lo està aora por orden de su Magestad.

372 **CONCILIUM.**

in eosque, & in eorum bona, pœnas omnes exequantur, quas contra vsurarios, & fœneratores statutas invenerint: A Confessarijs verò minimè absolvantur, nisi post plenè factam restitutionem eorum, quæ ex illicito, & vsurario contractu perceperunt, & acquisierunt, ab huius generis contractu omninò abstineant.

§. III.

(t) Secundus
casus.

A Liquando (t) verò argentum undecim denariorum, & quatuor granorum valorem attingens, in pecunia numerata iusto legis pretio vendi non potest, dilata verò solutione iustæ legis pretio venditur. Cuius contractus iusticiam, vel iniusticiam perpendens hæc Synodus, ex varietate circumstantiarum, aliorumque plurium, posse variari, quod fit, ut de eo certa definitio dari non possit: volensque fideles huius Provinciæ ad rectam iusticiam dirigere, & conscientiæ detrimenta, ac proximi damnavitare; statuit, ac iubet, ut tam in contractibus huius generis factis, quam in his, qui in posterum fient, ante omnia contrahentes consulere debeant, & consulant viros vita, & scientia, conscientiaque probatos, Theologos, aut Iurisperi-
tos,

MEXICANUM. 372

tos, quibus circumstantias, motiones, & causas contractuum huiusmodi aperiant, eorumque sententiam, & consilium sequantur, ut de contractus huiusmodi iustitia tuti in conscientia sint. Quod si secus fecerint, valde eorum conscientia ab hac Synodo onerantur.

§. IV.

Porrò, quia etiam huic Synodo reanunciatum est, ob pecuniae penuriam, & urgentem necessitatem, per multos, praesertim eo tempore, quo classis in Hispaniam proficiscitur, mutuò pecunias non inveniētes, ut suis creditoribus satisficiant, solere ad id permutaciones facere, merces ad dilatam solutionem ementes, quas in pecunia numerata minori pretio divendunt: saepeque nullis mercibus intervenientibus, quae re ipsa emptioni, aut venditioni subijciantur, fictè conveniunt, & contrahunt, ad certum terminum solvere se obligantes summum pretium, quo falsò praesupponitur merces emptas fuisse, cum revera in pecunia numerata aliquam tantummodo summam recipiant, & ad certum tempus maiorem summam reddituros, obligatione se devinciant. Qui qui-

dem contractus, siue merces fingantur, intervenire, & vendi, cum nec interueniant, nec diuendantur; siue argentum sit, quod emi confingitur iuxta pretium legis, uiliusque vendi ratione numerata pecuniæ, ab hac Synodo declaratur illicitus, & usurarius, quia in eo minor summa pecuniæ mutuo datur, cum obligatione reddendi maiorem. Reliquæ uero conventiones, in quibus, ut dictum est, vera emptio, uel uenditio non interuenit, fraudulentæ, & solum ad palliandas usuras inventæ decernuntur. Quare hæc Synodus præcipit, ut qui contractibus huiusmodi se implicauerint, & (*) proxenistæ, qui in eis interuenerint, pœnis contra usurarios statuti puniantur. Iudices autem Ecclesiastici diligentissimè inquirent de huiusmodi delinquentibus, ut reitam perniciosæ, & quæ sic palliata, & uelata faciliè committitur, remedium adhibeatur.

(*) Corredores.

(*) Proxenistæ.

§. V.

PRæterea, quoniam per multi homines illicitum esse intelligentes vendere aliquid ad dilatam solutionem maiori pretio, quàm in pecunia numerata in uenditione mercium, pretium, quod summum appellatur, ratione dilatæ solu-



MEXICANUM. 375

tionis ad aliquod tempus excedendo, qui contractus usurarius est, ut illum committant, varios quærunt colores, & fallacias, purpuram, cacaum, & similes alias merces maiori pretio ad dilatam solutionem dividendes, quam pecunia numerata æstimantur, & fortasse maiori quo eas ad dilatam solutionem crediderunt; iccirco hæc Synodus iuxta iuris præscriptum decernit, ac declarat, in his, & alijs mercibus, in quibus dividendis multi se se exercent, easque nulla necessitate compulsi pecunia numerata dividendunt, unde verum pretium, quo in pecunia numerata æstimantur, liquidè constare potest usuram committi ab illo, qui eas ad dilatam solutionem maiori pretio vendiderit, quam summo & eo quo in pecunia numerata venduntur. Necnon causa non obstante, qua se communiter excusant, eo quòd nullum pretium in pecunia numerata constitutum sit, delinquentes hæc Synodus puniri mandat penis contra usurarios impositis. Idemque fiat cum illis, qui ad dilatam solutionem magnam quantitatem cacai, alteriusvè generis mercium collectivè maiori pretio vendunt, quam in pecunia numerata collectæ in vnum merces huius-



§ 76 **CONCILIUM**
modi divenduntur. Hoc enim est iustum
pretium istiusmodi mercium, non autem
illud, quod si minutatim divenderentur,
pro eis reperiretur. Pretium siquidem
mercium, quæ minutè divenduntur, ob
laborem, periculum, & industriam, ma-
ius est, quàm earum, quæ collectim
emuntur. Quapropter sic contrahentes,
hac executione non obstante, eadem pec-
na plectendi sunt, qua illi, qui carius, ob
dilata solutionem, quam pecunia nu-
merata merces extruunt.

§. VI.

QUoniam verò casus alij per muta-
ti, qui in his partibus passim in-
ter negotiandum occurrunt, qui-
que specialem circumstantiarum indagi-
nem requirunt, ut probentur, vel con-
demnentur, huic Synodo propositi sunt;
eos ad directorium, & examen confessa-
riorum refert. Idque negotij confessori-
bus datur, ut Directorio Synodi huius
authoritate probato, in discusio-
ne istorum casuum
utantur.

MEXICANUM. 372

LIBRI QUINTI

TITULUS SEXTUS.

De Sortilegijs. (v)

§. I.

Magna in Deum verum committitur offensa, in quo totius nostræ miseriæ consistit remedium, quique Omnipotens est, & summè sapiens, si fortilegij, maleficij, ariolivè consuluntur, ab eisque futuri inquiruntur eventus. Quæ res acerrimè in Sacra Scriptura reprehenditur, & divina lege prohibetur. Eam ob causam hæc Synodus interdicit, ne quisquam, cuiscumque conditionis, existat, augurijs, sortibusvè vtatur, circulis, aut incantationibus, ad futuros rerum eventus prænoscentes: nec cuiquam philtrea, aut beneficia (*) propinet, vt ad

(v) Mex. r. e:
§. Guadix tit.
§. conf. 20. &
tit. 6. const.
44 Mil. i. p.
1. tit. de Mag.
gicis artibus,
& Gran tit. de
Sort. n. 1.

(*) Bebedi-
zos.

378 CONCILIUM *

(x) Mil. r. &
Gran. vbi su-
prà.

§. II.

Nemo (x) etiam fortilegos, benefi-
cos, incantatoresvè huiusmodi
adeat, vt eorum maleficijs, seu beneficijs
vtatur; aliter solemnem aget pœnitenti-
am die festivo, dum Missa Conventua-
lis in sua Parochia celebratur, vbi de-
tecto capite, sine pallio, & nudis pedibus,
sine præcinctus, candelamque incensam,
in manibus tenens, stet, ibique publicè
sententia in eum lata legatur, & præte-
reà, si Hispanus fuerit, duas argenti mar-
cas persolvat fabricæ Ecclesiæ, accusato-
ri, & pijs operibus applicandas. Pote-
runt tamen Iudices cum illis misericor-
diter agentes pœnas huiusmodi modera-
ri, qui sponte sua, sine cuiusquam accu-
satore ad eos confugerint, delictum à se
commissum accusantes, necnon in eo-
dem casu pro qualitate personæ, corpo-
ralem pœnam in aliam commutare po-
terunt.

§. III.

(y) Quad. tit.
const. 23 &
Gran. tit. de
Sortil n. 2.

Nemo (y) itidem in posterum eo-
rum officium exerceat, qui per
verba, aut per benedictiones mederi
morbis dicuntur, Hispanicè *Saludado-
res, Enfalmadores, ò Santiguadores,*

nun●

MEXICANUM. 379.

nuncupati, nec preces, aut orationes publice, in plateis, & in Ecclesijs resitet, nisi prius ab Episcopo examinatus facultatem obtineat; aliter iuxta iuris formam punietur, vt per multæ superstitiones exterminentur, quæ ab huiusmodi hominum genere in his exercendis permisceri solent.

LIBRI QUINTI
TITULUS SEPTIMUS.*De Maledicis.*

§. I.

VT corruptela, qua in Dei offensam multi inaniter iurant, funditus tollatur, maximè oportet, vt Ecclesiastici viri vitam suam quoad hoc emendent, mores reformat, bonumque vitæ exemplum alijs præbeant. Quare Clericis omnibus huius Provinciæ hæc Synodus mandat, vt (2) habita Dei, ac Domini nostri, eiusque Sanctorum nomini reverentia in vanum, & absque necessitate ne iurent; immò quos sic iurare audierint, ipsi moneant, & exhortentur, quatenus iuramentis abstineant. Quòd

(2) Mex. 1: 2.
49. & Mil. 1.
1 part. tit. de
Blasph em.

380 CONCILIUM

si Clericus aliquis iurare consueverit, absque necessitate, ut dictum est, arbitrio Episcopi puniatur.

§. II.

CRave admodum est, & severo supplicio dignum, ut ij qui Dei honori, & cultui addicti sunt, in illud perditionis barathrum prolabantur, ut in divinam Maiestatem, eiusque Sanctos furiosè passim blasphemant. Quare cum Sacris Canonibus, & regijs legibus (a) in sæculares blasphemantes, graves pœnæ institutæ sint; æquius multo erit, ut contra Ecclesiasticos blasphemos pœnæ itidem decernantur. Itaque hæc Synodus statuit, ac præcipit, ut (b) si aliquis Clericus tantum scelus commisserit, se- verè his pœnis puniatur, quæ in Concilio Lateranense sub Leone X. constitutione, quæ incipit: *Statuimus*; statutæ sunt, & à fœlicis recordationis Pio Papa (c) V. in speciali sua constitutione innovatæ: eæ autem sunt, quæ sequuntur.

§. III.

CLerici Deum, & Dominum nostrum blasphemantes, si Beneficia, ti sint, & hoc delicto convicti, pro pri-
niæ,

(a) Lex reg.
1. 2. & 7. tit
17. lib. 8. Re-
copil.

(b) Conc. La-
teranen sub
Leon. X. to-
mo 1. Conc.
General.

(c) Mor pro-
prius Pij V.
S Adabolen-
dam Mill. 1.
part. tit. de
Blasphem. &
Syn de Quir.
const. 107.

MEXICANUM. 381

ma, & secunda vice. beneficiorum fructibus unius anni multentur; pro tertia verò, ipso facto suspensi sint, & beneficijs privati, ac præterea tamdiu in exilium relegentur, quamdiu Episcopo videbitur. Si verò Beneficiati non sint, & hoc scelus primò admitterint, pecuniaria, aut corporali pœna Episcopi arbitrio punientur: si secundò, carcere includentur: si tertio, degradentur, & in triremes conijciantur.

§. IV.

SI verò in Sanctos blasphemaverint; pœna arbitrio Episcopi relinquitur, pro qualitate blasphemiae, & circumstantiarum.

LIBRI QUINTI
TITULUS OCTAVUS.*De Iniurijs, & Damno dato;*

§. I.

NE ita (d) rerum ordo perturbetur, ut ab illis iniuriæ irrogentur, qui deberent innocentes, & miserabiles personas tueri, atque defendere, cum expectantia comprobatum sit, ex bellis, &

(d) Cóno. Litemen. 3. act. 2. c. 7.

irrup:



382

CONCILIUM

irruptionibus, quæ in regiones infidelium sunt gravissima damna oriri statuit, ac præcipit hæc Synodus, ne ullus Clericus in huiusmodi irruptionibus milites committetur sine expressa Episcopi facultate, sub pœna excommunicationis maioris lætæ sententiæ, ac præterea arbitrio Ordinarij alijs pœnis puniatur. Idemque observari à Religiosis monet, cum tanti ponderis negotium sit. Si sæcularis Clericum percusserit, aut in eum manus violentas iniecerit, præter excommunicationis sententiam, à Canone: (e) *Si quis suadente*; inflictam, & satisfactionem quam parti facere debet, triginta pondi multetur, in sumptus iustitiæ, fabricæ Cathedralis Ecclesiæ, & hospitalis usus, æquæ partibus erogandis. Quòd si Clericus suam iniuriam non accusaverit; id Fiscalis efficiat, ob iniuriam libertati Ecclesiasticæ illatam. Si verò Clericus sæcularem percusserit, in eum Episcopus iuxta modum culpæ arbitrato suo animadvertat. Cui hæc Synodus vehementer commendat, ut eo supplicio delinquentem huiusmodi afficiat, ex quo populus intelligat, dignas suis excessus pœnas ab huiusmodi reis

dari.

§. II.

(e) *Tex. in c. Si quis suadent* 17. q. 4. *Gran. tit. de Iniur. n. 1. &*
*.

MEXICANUM. 383

§. II.

Nihil magis (f) eorum curæ à Deo commissum esse, Episcopi, & Gubernatores harum Provinciarum, & Regnorum existimare deberent, quàm ut Indos recens in fide natos, intimo animi affectu, visceribusque paternis protegerent, atque defenderent, corporalibus, & spiritualibus eorum commodis consulentes. Indorum enim innata mansuetudo, summissio, & assiduus labor, quibus Hispanorum utilitati deserviunt; cuiuscumque efferatæ gentis animos inducerent, ut eorum potius defensionem susciperent, & miseris compaterentur, quàm ut eos molestis iniurijs, violentis illatis, quibus quotidie ab omni hominum genere diu vexantur, afficerent. Quod perpendens hæc Synodus, dolensque vehementer in his pietatem, & humanitatem non esse, in quibus maxima esse deberet; quantum potest in Domino cohortatur (g) Gubernatores, & Magistratus regio huius Provinciæ, ut cum miserabilibus Indis pie, benignèque agant, ministrorum suorum, & eorum, à quibus Indi molestis, & gravaminibus afficiuntur insolentiam

(f) Lim. 27. c. 118. & 3. act. 3. cap. 3. Text in c. 1. cum trib. seq. 87. d. & in c. Adminil. 23. q. 5. facit tex. in authentic. Ut differentes Iudi, §. final. coll. 9.

(g) Text in extrav. 2. de Iudæis. Ioan. 22. & in extrav. comm. lacè de malis prerogac.

384 CONCILIUM

& *privil. con-
ces. neophy-
tis, & novi
test. ad fidem
conversis, est
constitut. 29.
Paul. III. Bul.
Paul. PP. III.
lata Romæ
Nonis Iunij
1537. & vide
Iosephum de
Acolta lib. 3.
de Procuran-
do Indorum
salute. c. 27.
Cons. Lim. 2.
c. 121. 123.
& 125. &
128.*

reprimant, vt ab his Indi non serui, sed liberi existimentur. Quoniam verò ad huius Synodi noticiam varia gravaminum genera pervenerunt, quibus Indi tam in bonis, quàm in proprijs personis afficiuntur; hæc declarantur, & apponuntur in Directorio Confessorum ab hac Synodo approbato, eademque nota fiunt, tam Magistratibus, vt in posterum emendentur, & viros doctos consulant, ab eisque de restitutione, & satisfactione, ob damna hæctenus illata Indis in foro conscientiæ, facienda, sciscitentur, quàm Confessarijs, vt quos contumaces invenerint, seque emendare nolentes, nec satisfactionem, vt decet, facere, minimè absolvant, observantes ea quæ de damnis, & molestijs Indis illatis, Directorium huiusmodi docet. In quibus omnibus adimplendis hæc Synodus conscientias onerat. prævaricatoribusque huiusmodi iram Omnipotentis Dei in die tremendi iudicij minatur.





MEXICANUM. 85

LIBRI QUINTI
TITULUS NONUS.*De Pœnis. (h)*

§. I.

Pœnæ ad coercendas culpas legibus
statutæ sunt. Ideòque personis, de
quibus leges loquuntur, accomodari de-
bent. Quare hæc Synodus paupertate,
& pusillanimitate Indorum attentæ, iux-
ta id, quod per Regiam Maiestatem sta-
tutum est, præcipit, ne Indis pœnæ pecu-
nariæ, ob quodcumque delictum impo-
nantur, nec pecuniarijs pœnis his decro-
tis Indi comprehendi intelligantur. Quod
si in casu aliquo Iudici videretur pœnam
huiusmodi, omni alia ad excessus sui re-
medium alicui convenientiorem esse,
tam ne imponat sine Episcopi faestate,
& cum maximo moderamine, Ecclesiæ
que, cuius Indus Parochialis est, tantum-
modo, & non alteri multa huiusmodi
applicetur: sin minus, Iudex tantumdem
fabricæ eius Ecclesiæ persolvat, cui
pœna erat appli-
canda.

Bh

§. II.

(h) Mex. 1763
92. 9. 1. & Lit
men 3. 2. 3. 4.
cap. 7.



§. II.

(i) Tolet. act.
3. c. 20.

QUando (i) Episcopus, aut aliud Iudex, in pœnam delicti Clericum in aliqua parte distributionum quotidianarum condemnauerit, ne huiusmodi condemnatio frustratoria sit, præcipitur, ut alij Præbendati delinquenti remittere non possint, nec ei condemnare, quod ratione sententiæ contra eum latæ amisit, ut titulo de Beneficiatis, & eorum officio habetur.

§. III.

PORRò declaratur, & exponitur, ut quandocumque in decretis huius Concilij de Curatis, sæcularibus, & regularibus mentio fit, & pœna aliqua imponitur, eam tantummodo incurrere sæculares Curati intelligantur. Nam Curati regulares ex decreto Concilij Tridentini, (K) cuius executio valdè Episcopis commendatur, corrigi debent.

(K) Sess. 25.
c. 11. de Regular.

MEXICANUM. 387

LIBRI QUINTI
TITULUS DECIMUS.

*De Concubinato, & Pœnis concubina-
riorum, & lenorum. (l)*

(l) Mex. r. c.
43. & Guad.
tit 5. conl. 19d
& 20.

§. I.

GRave eorum scelus est, qui cum scandalo populi publicè in concubinato vivunt: gravissimum verò eorum, qui cum coniuncti sint matrimonio, Sacramento iniuriam irrogantes, fidemque violantes, quam coniuges invicem servare debent, in hoc nequissimo vitio versantur. Eamque ob causam Sacrosanctum Tridentinum Concilium (m) severè contra hos procedendum iussit. In cuius executionem statuit, ac mandat hæc Synodus, ut Iudices Ecclesiastici diligentissimè inquirent, an aliqui publicè in hoc statu vivant, contra eosque pœnas à iure statutas (n) exequantur, eosdem aggravantes ratione contumaciæ, reincidentia, & gravitatis culpæ, & reorum, ita ut à pessimo huiusmodi statu desistant, & à periculo animarum, in quo sunt constituti, recedant. Quod si

(m) Sess. 24^a
cap. 8.

(n) Lex reg. 12
2. 3. & 5. tit.
de los Aman-
cebados, lib.
Recopil.

388 CONCILIUM

(o) Mexic. 1.
cap. 81.

fœmina, (o) quæ in hoc statu vivit, conjugata sit, & postquam ter fuerit admonita, non obedierit; graviter pro ratione culpæ puniatur, ab eoque oppido, aut Diœcesi, si Episcopo visum fuerit, invocato ad id (si opus fuerit) brachio sæculari, vt est à Concilio Tridentino (p) dispositum. Quod si ij, qui in concubinato degunt, ambo soluti sint, vltra pœnas à iure statutas, alijs, arbitrato Episcopi, coerceantur.

(p) Sess. 24.
cap. 8.

§. II.

(q) Mexic. 1.
c. lubat, text.
in c. Cum secundum leg.
de hæret lib.
6. & lex 7. tit.
20. lib. 8. Rec.

PRæcipitur quoque, vt (q) si aliquis in concubinato cum consanguinea intra quartum gradum, aut cum in fidei verberetur, pœnam excommunicationis latæ sententiæ incurrat, & ab Episcopo pro qualitate delicti puniatur.

§. III.

(r) Guad. tit. 5.
const. 19.

DEclaratur quoque (r) non solum illum, qui in eadem domo cum concubina cohabitaverit, pœna in concubinarios statuta comprehendi, sed etiam quemcumque in peccato huiusmodi constitutum, si delictum iuxta formam iuris probari possit, in quo Episcopi, & Ecclesiastici Iudices omni Christiana prudenz

MEXICANUM. 389

sentia se gerant, prout rei ratio postulat.

§. IV.

Diligenter cavendum est, ut à populo Christiano, tamquam à messe zizania. lenorum, & lenarum pestis extirpetur, qui tamquam laquei quidam diaboli hominum animas ei laqueant in interitum. Incircò iubetur, ut (f) si quisquam in hoc pernicioso delicto fuerit primo deprehensus, publicam penitentiam faciat. & in scala ad portam Ecclesiae mitra in ignominiam capiti imposita, tamdiu, quamdiu Episcopo videbitur, stet: si secundo, publicè verberibus percutiatur, mitramque, in signum publicae ignominiae gestet, Episcopique arbitratu in exilium mittatur.

(f) Granatae
de Sortileg.
n. 4.

§. V.

Perpendens hæc Synodus gravius, turpius, & perniciosius esse, tam in Ecclesiasticis, quam in sæcularibus, incontinentiæ, vitium, cupiensque, ut ij non solum ab omni vitæ inhonestate abhorreant, sed ab omni periculo, & suspitione impudiciæ alieni, ad eam, quæ decet, continentiam, ac vitæ integritatem revocentur; ex decreto Concilii



390 CONCILIUM

(t) *Seff.* 25. c.
14.

(v) *Mex.* 1. c.
51. §. 1. 2. &
4. & *Guad.* tit.
5. const. 18
Syn de Quir.
const. 38. &
Lim 3. act. 3.
c. 19.

lij Tridentini (t) statuit, ac præcipit, ne
(v) ullus Clericus sacro ordine initiatus;
cuiuscumque qualitatis existat, in domo
aut extra domum, concubinam tenere
audeat, nec similibus mulierum domos
frequenter, aut cum ipsis consuetudinem
habeat. Quod si aliqui primo à superio-
ribus moniti, ab his non abstinerint, si
Beneficia Ecclesiastica obtinent, fruc-
tuum, & proventuum Beneficiorum suo-
rum tertia parte ipso facto privati sint;
qui fructus fabricæ Ecclesiæ, aut alij pio
loco arbitrato Episcopi applicentur. Si
verò secundo admoni in eodem delicto,
vel cum eadem, vel cum alia scemina per-
severantes, adhuc non paruerint; non
tantum fructus, & obventiones suorum
Beneficiorum amittant, qui prædictis lo-
cis applicentur, sed etiam à Beneficio-
rum ipsorum administratione (quoad
Ordinarius etiam, vti Sedis Apostolicæ
delegatus, arbitrabitur) suspendantur.
Quod si ita suspensi, nihilominus, eas
non expellant, aut cum ijs etiam versen-
tur; tunc Beneficijs, aut officijs, & pen-
sionibus quibuscumque, honoribus, &
dignitatibus Ecclesiasticis perpetuò pri-
ventur, atque inhabiles, ac indigni his,
& quibuscumque in posterum reddan-
tur.

MEXICANUM. 391

tur, donec post manifestam vitæ emendationem ab eorum superioribus cum ijs ex causa fuerit dispensandum. Sed si postquam eas semel dimisserint, intermissum consortium repetere, aut alias huiusmodi scandalosas mulieres, sibi adiungere ausi fuerint; præter prædictas pœnas excommunicationis gladio plectantur. Néc quævis (x) appellatio, aut exemptio huius decreti executionem impediât, aut suspendat. Nomine verò Beneficiorum, de quibus decretum hoc mentionem facit, quamcumque Indorum administrationem à Clericis obtentam comprehendi hæc Synodus declarat.

(x) Limen. 3.
act. 3. c. 19. ad
finem.

§. VI.

CLerici verò hoc peccato delinquentes, qui Beneficia Ecclesiastica, aut pensionem non habent, iuxta delicti. & contumaciæ perseverantiam, & qualitatem, ab ipso Episcopo carceris pœna, suspensione ab ordine, ac inhabilitate ad Beneficia obtinenda, alijsvè modis, iuxta Sacros Canones, puniantur.

§. VII.

Quoniam verò aliqui cum mulieribus coniugatis in concubinato



§ 92 CONCILIUM

versantur, ut liberiùs in suo nefario scelerere perseverent, existimantes contra se minimè procedendum, ne similia fornicationum adulterium in apertum proferratur; hæc Synodus statuit, ac præcipit, ut quando maritus eius, quæ in concubinato cum Clerico versatur, conscius delicti fuerit, ad punitionem delicti, si cut in alijs concubinatibus fit, procedatur. Quando verò crimen vxoris ad mariti noticiam minimè venisse comperiat, iuxta Concilij Tridentini (y) decretum, iubetur, ut si delictum publicum sit, & delinquentes ter admoniti ea de re non se emendaverint; ad puniendum delictum procedatur, ea tamen adhibita cautela, ne nomen conjugatæ mulieris in processu evulgetur ad evitandum damnum, quod inde ortum habere possit. In modo autem procedendi in casibus similibus, is ordo servabitur, qui Ordinarij arbitrato magis expedire videbitur. Eius enim prudentiæ erit remedio coercere, & ita de remedio in delictis providere, ut nullum inde nascatur incommodum.

§. VIII.

(2) Mex. 1, c.
11, §. 3, 1

Porrò si (2) Clericus (quod absit),
incontinentèr vixisse cum sua ser-



MEXICANUM. 393

Va cōmperiatur; cum ipso facto amisisse dominium eius servæ hæc Synodus declarat, de cuius servæ pretio Episcopus disponat in vsus piorum operum. Ac præterea iubetur Clericus puniri iuxta iuris rigorem. Si verò ex ea filios procreaverit, ipso facto ab omni servitute liberi sint.

§. IX.

VT aliquorum Clericorum malitiæ occurratur, qui cum famulabus inconiēnter cum vixerint, eas suis famulis, aut alijs in vxores dant, qui in eodem delicto easdem versari patiantur, hisque fallacijs sua flagitia occultare contendunt; præcipit hæc Synodus, ne (a) Clerici in suis domibus famulas prædicas tenere possint: aliter ducentum pondopœnam incurrant, pijs operibus, accusatori, & iustitiæ sumptibus æquè applicandorum. Si verò in contumacia delicti perseveraverint, privatione etiam Beneficiorum, & inhabilitate ad ea obtinendum, necnon exilio ad arbitrium Episcopi plectantur. Quò verò Clerici omnem incontinentiæ, suspicionem effugiant, interdicit hæc Synodus, ne (b) Clerici, maximè illi qui in oppidis Indorum commorantur, fœminam aliquam sus-

(a) Lex reg. 1.
tit 19. lib. 8.
Recopil.

(b) Mex. 1. c.
57. cum §. 1.
& Lim. 1. act.
3 c 19. ad finem.

pec-

394 CONCILIUM

pectæ ætatis in famulatum adhibeant; nec per diuturnum tempus, nec per menses, nec per hebdomadas; sed ad id, vel viri alicuius servitute, vel fœminæ in eâ ætate constitutæ vtantur, de qua nulla possit haberi suspicio. Clerici itidem, qui ex suis regionibus, aut aliunde progerendis negotijs ad civitatem divertent, honestas domos, & minimè suspectas sibi in hospitium quærant, in eisq; commorentur: aliter ab Ordinario punientur, cuius rei executio eidem valdè commendatur.

§. X.

VT omnis à populo auferatur occasio, omneque in eo vestigium deleatur, quibus Sacerdotum fama vllatenus maculari possit; statuit hæc Synodus, ac præcipit, ne (c) vllus Clericus, cuiuscumque status, aut conditionis existat, præfens intersit baptismo, nuptijs, Missæ novæ, aut exequijs sui filij, vel filiæ, aut sui nepotis, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, nec educare, aut in suis domibus eos, nec etiam suos generos tenere possit, neque eos sibi in committatu adhibere. Præsertim verò in Ecclesia, vbi Beneficia, seu præbendam obtinet, eos minimè teneat in grave aliorum escan-

(c) Conc. Lateranens. sub Leone X. sess. 11. Mex. 1. c. 5. §. 5. & Guadix tit. 5. const. 21. & Tolet. act. 3. cap. 9. ad finem, & Gran. tit. de Filijs Presb. & Syn. de Offi. tit. 8. const. 3. §. 9.

MEXICANUM 395

Salum. Quotiescumque verò secus fecerit, triginta pondo persolvat, eaque sumptibus iustitiæ, accusatori, & Iudici, si accusator desit, æquis partibus applicentur. Episcopis verò, & Iudicibus Ecclesiasticis valdè commendatur omnia adimplere, quæ contra filios Clericorum Concilium Tridentinum (d) decrevit.

(d) Sess. 25. c. 25.

LIBRI QUINTI
TITULUS XI.

De sententia excommunicationis.

§. I.

CUm excommunicationis sententia pœna valdè gravis sit, & gladius salutaris, quo Ecclesia utitur, ut fideles in officio contineantur, & à vitijs revocentur; levi de causa exercendus non est, ne magis contemni, quàm formidari videatur. Quapropter ex decreto Concilij Tridentini (e) præcipit hæc Synodus, ne excommunicationes pro rebus furto subtractis decernantur, si res illæ ablatae quinquaginta pondo valorem non attingant, de quo valore per infor-

(e) Sess. 25. c. 3. de Reformatione. c. 14. Syn. de Quir. cont. 21. & Conc. Mil. 4. 3. p. tit. For. Episc. Granat. tit. de Sent. excomm. n. 6. 7. & 8.

ma-



396 CONCILIUM

mationem , aut iuramentum partium , constet , necnon alijs adhibitis diligentijs , arbitrata Episcopi sufficientibus , quibus non obstantibus , res huiusmodi recuperari minimè potuerunt , & non aliter. Excommunicationes etiam ad effectum manifestandi rem aliquam occultam , nisi in re gravi , & magni momenti , quæ præstitis omnibus diligentijs aliter revelari non potest , minimè concedantur. Quod si excommunicationes huiusmodi petantur lite aliqua inchoata , vel ad testes , vel ad alicuius rei ad litem spectantis declarationem , nisi citata parte , minimè concedantur , quibus illi solummodo ligentur , qui in favorem eius , ad cuius instantiam excommunicatio declarata est , aliquid noverint : præterea pro rebus in factis consistentibus , & permanentibus , veluti pro limitibus , finibus , aut metis , pro iure pascendi , scindendi , aut venandi , alijsvè rebus similibus , quæ aliter de iure decerni possunt , ne concedantur.

§. II.

Porro statuitur , ac iubetur , ne excommunicationes huiusmodi pro rebus furtivis , vel ad effectum revelatio-

MEXICANUM. 397

nis ab alio quam ab Episcopo, vt Concilio Tridentino (f) constitutum est, discernantur; & tunc non alias, quam causa diligenter, & maturè per Episcopum examinata, sub pœna pondo triginta fabricæ Ecclesiæ, accusatori, & pijs operibus applicandorum. Quam pœnam incurrat Iudex Ecclesiasticus, qui id propria authoritate effecerit, non obstante quacumque in contrarium consuetudine. Nullatenus autem censure huiusmodi, aut aliæ, citationesve in albo expediantur, vt fraudes, & falsitates, quæ inde ortum habere possunt, omninò vitentur.

§. III.

VT excommunicati ab alijs fidelibus vitentur, & hoc modo incitati, quam primum sibi remedium querant, & à pessimo statu in quo versantur, liberare procurent, statuit, ac mandat hæc Synodus, vt in vnaquaque Parochia, in loco publico vbi legi possit, tabella vna collocetur, quæ nomina scripta contineat eorum, qui in tali Parochia excommunicati sunt. Parochi verò, aut Sacristæ singulis Dominicis diebus intra Missarum solemnias, tempore offerentij, excommunicatos huiusmodi denunciant;

(f) Sess. 23. c. 3. Mil. 4. 1. p. titul. de Foro Episc. verbo: Cum verò, vers. Ibi: neque vero eius Vicar. etiam generali, & Syn. de Usm, tit. 3. constit. 523. & Provd. de Quir. act. 3. c. 4. Gran. tit. de Senten. excomm. n. 5. & Syn. de Quir. constit. 18.

398 CONGILIUM

cient : aliter quoties in hoc negligentē egerint, pondo dimidium fabricæ Ecclesiæ persolvant. In reliquis verò Ecclesijs, & Monasterijs hoc item annunciari current, vt ibique noti fiant, & à divinis officijs arceantur.

§. IV.

Quia verò nonnulli adeò obstinato animo sunt, vt spirituale detrimentum contemnentes, per multum tempus in excommunicatione, aut in alijs Ecclesiasticis censuris inforDESCANT ; statuit, ac præcipit hæc Synodus, vt (g) si aliquis Clericus per decem dies excommunicatus, aut suspensus permanferit, pondo duo persolvat : si per viginti dies, pondo quatuor : si per mensem, pondo sex : sicque cum tempore contumaciæ pœna etiam accrescat. Quæ quidem multa fabricæ Ecclesiæ, & executori æquè applicetur. Hoc tamen declaratur, ne scilicet per totum tempus predictum excommunicatus Clericus huiusmodi fructus, & obventiones Beneficij ab eo obtento lucretur. Si verò per annum censura innodatus perseveraverit, carcere includetur, & contra eum, vsque ad Beneficij privationem, proce-

(g) Gran. tit. de Sent. excomm. n. 1. & Syn de Quir. const. 19.

MEXICANUM. 399

Actur, & alijs etiam pœnis plectetur,
quas Episcopus iudicaverit.

§. V.

SI verò aliquis sæcularis in excommunicatione per mensem, aut per maius temporis spatium, postquam ei fuerit notificata, inforduerit, pœnas à iure statutas (h) incurrat: si verò per annum in dicta excommunicatione perseveraverit, in eum tamquam de hæresi suspectum, ex decreto Concilij (*) procedetur.

(h) Lex reg. 1.
tit. 5. lib. 8.
Rec. & Syn.
de Quir. conf.
19. ad fin.

§. VI.

CUpiens (i) hæc Synodus, ut nullus in excommunicationis statu perseveret; vidensque ex eo aliquos in eo permanere, quod ad civitatem, seu oppidum, ubi Iudex habitat (quod valdè distare solet) accedere debeant absolutionem recepturi: aut ex eo, quod ratione absolutionis ab excommunicatione aliqua recipiant salaria, aut recipi pantantur; facultatem quoque Curatis dat absolvendi quascumque personas ab excommunicationibus pro rebus furtivis decretis, si eis consiterit de satisfactione partium, tam quoad sortem principalem, quam quoad expensas. Absolutio-

(*) Decret. 25. c.
3 de Refor.
(i) Mex. c. 11.
Syn. de Quir.
conf. 20.

466 CONCILIUM
tionem autem, si notoria sit excommu-
nicatio, aut excommunicatus denuncia-
tus fuerit, conferent coram Notario, &
testibus. Idemque intelligatur ab eis
posse fieri ad instantiam partis, absolven-
do eos, quos pars absolvi consenserit in
totum, vel ad reincidentiam.

§. VII.

NÉ ministri Ecclesiæ, aut aliæ quæ-
cumque personæ, ob ignorantiam
efficiant quod tempore interdicti, aut
cessationis à divinis iure prohibitum est;
hæc Synodus iuxta in capitulo. (K) Al-
ma Mater, declarat ab eis sequentes re-
gulas observari.

(K) Tex. in c.
Alma Mater,
de Senten. ex-
comm. lib. 6.

Tempore Apostolici, seu Ordinarij
interdicti, Missa, & alia divina Officia
celebrentur clausis ianuis, & ab Ecclesia
interdictis, & excommunicatis exclusis,
tantummodoque Clericis, non coniuga-
tis, admisis.

Ex Sacramentis verò hæc adminis-
trantur, videlicet: Baptismus parvulis,
& adultis conferatur; confirmatio omni-
bus; Pœnitentia sanis, & ægrotis; Eu-
charistia tantummodo cum ea solemnitate,
quæ servatur in tempore, quando
non est interdictum; Matrimonij quo-
que



MEXICANUM. 401.

que Sacramentum per verba de præsen-
ti; benedictio tamen nuptialis eo tem-
pore conferri non potest. Extrema- Vnc-
tio nulli potest tunc ministrari; sepultura
verò in loco sacro solùm Clericis non
coniugatis, qui non fuerint violatores
interdicti, concedatur.

Clericis.

In die (l) Nativitatis Domini, Re- (l) Guad. t. 3.
surrectionis, & Pentecostes, & in festo conf. 23. & 24.
Corporis Christi cum octava, & in die
Assumptionis Beatæ Mariæ, sicut in litte-
ris Apostolicis Eugenij IV. & Martini V. (m) Guad. d.
continetur, interdictam tollatur. Dies tit. 3. conf. 23.
autem prædicti cum omni solemnitate & 24. De hæc
celebrentur, à primis, vsque ad secundas mat. consule
vesperas. Bart. de Me-
din. in summ.
c. 11. §. 14. &
Hieron. Cu-
riel, tract. de
cessat. à div.
pag 164. &
Ioan. Gar in
qq. Canonic.
c. 10. Anron,
Gom late in
exposit. Bull.
Cruc. claus. 5.
& n. 20. fol.
59 colum. 2.
& post claus.
11. ibi s. 1 21.

Tempus cessationis à divinis.

Tempore cessationis à divinis hæc
observentur.

Primo, (m) cessatione à divinis stante,
eo in loco divina officia celebrari non
possint in vlla Ecclesia, sed omninò ces-
sent.

Secundo, ad Sacram Eucharistiam re-
novandam singulis octo diebus, Sacer-
dos (vno adhibito ministro secreto) po-
terit Missam celebrare.

Cg

Ter:



402 CONCILIUM

Tertio, quoad horas recitandas, eas singuli solum recitent, non autem bini, privilegiatis exceptis.

Quarto, quoad Baptismum, tam parvulis, quam adultis cum omni solemnitate necessaria conferatur, ac si non esset interdictum, nec cessatio à divinis; itidemque fiat de Sacramento Confirmationis.

Quinto, quoad Sacramentum Pœnitentiæ, tam ægrotis, quam sanis ministratur.

Sexto, Eucharistia ad infirmos solemniter, & pulsato cymbalo, etiam si divina officia non recitentur, deferri poterit.

Septimo, Extrema-Vnctio nulli possit personæ conferri.

Octavo, Ecclesiastica sepultura Presbyteris concedi poterit in cœmeterio, non intra Ecclesiam.

Nono, matrimonium per verba de præsentibus contrahi poterit, benedictiones tamen nuptiales nequaquam dentur.

Decimo, & ultimo, quoad litteras Apostolicas, & privilegia a quibus concessa, ut his temporibus Missam audiri possint, illi, qui ea obtinent, si tantum sibi ad tempus interdicti concessa sunt, tempore cessationis à divinis, litteris, &

MEXICANUM. 403

privilegijs huiusmodi non utantur : & vice versa , obtinentibus tamen litteras , & privilegia huiusmodi valde commendatur , ut antequam eis utantur , viros doctos consulant , & de litteris , & privilegijs huiusmodi inquirant , ad quæ se extendant , & per Bullam Cruciatæ , vel aliter sint revocata , ne formam in eis præscriptam excedant , & eis , ut decet , sine aliquo conscientiæ scrupulo utantur . Item , in his locis , ubi in privatis domibus , Sacrum peragi consuevit , vna solum Missa singulis diebus celebrari possit .

(n) Conc. Trident. sess. 144 c. 1. & 6 de Sacr. Pœnit. Mil. 1. cap. 8. Guad tit. 2. à const. 19 cum seq. Mil. 1. q. 2. Quæ pertinent ad Sacr. Pœnit. admittit Gran tit. de Pœn remiss. Synod. de Quirog cons. 11. Con Mil. 4. part. 2. tit. Quæ pert. ad Sacr. Pœnit. Idem Mil. 5. titul Quæ ad Pœnit. Sacr. pertinet & S. Carl. Bor. in tract. de hoc tit edito , quæ refert Anton. Possev. lib 3. suæ Biblioth. Select. c. 23. fol. 286.

LIBRI QUINTI

TITULUS XII

De pœnitentijs , & remissionibus.

§. I.

Magni ponderis , (n) & momenti in Ecclesia est , toto conatu ad id incumbere , ut homines , qui in statu innocentia minime perseverantes , ab eo cecidere Sancti Pœnitentiæ Sacramenti beneficio restituantur , & revocentur . Quia verò in hoc ministerio versari non

404 CONCIILIUM

minus difficile, quam salutare est; hæc Synodus confessiones omnes exhortatur, & monet, vt sui officij memores æternam animarum salutem, quæ sibi commissa est, omni Christiano zelo procurent, talesque se gerere contendant, vt alijs beatitudinis ianuam aperientes, ipsi ab ea non excludantur. Quo verò in hoc officio exercendo melius dirigantur, hæc decreta proponuntur.

§. II.

Nullus Sacerdos, siue sæcularis, siue regularis, ex quocumque privilegio, aut consuetudine, sæcularium personarum, etiam Sacerdotum, confessiones audire potest, nec idoneus ad id reputari, nisi aut Parochiale Beneficium, aut ab Episcopo per examen, si illi videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem obtineat, iuxta præscriptum Concilij Tridentini, (o) cuius auctoritatem, sequuta hæc Synodus, omnibus huius Provinciae Sacerdotibus, tam sæcularibus, quam regularibus, iubet, vt sine approbatione, & facultate Diocesani, Sacramentum Pœnitentiæ ne administrent, aliter confessiones factas irritas declarat, & pœ-

(o) Sess. 23. c.
25. Mex. 1. c.
9. & Gran tit.
de Pœnit. &
remil. n. 4. &
5. & Syn. de
Quir. constit.
12. & Prov.
eiusd. act. 3.
c. 47 & Lim.
3. act. 2. c. 14.



MEXICANUM. 405

hīrentes à peccatis non esse absolutos; ac præterea hi, qui secus, vt dictum est, confessiones audierint, pro qualitate delicti, & sacrilegij hac in re commissi puniuntur. Eisdem declarat hæc Synodus, illos confessarios quibus Episcopus limitatam facultatem ad certos personarum status concesserit, reputari idoneos non debere ad aliarum personarum confessiones audiendas. Nec per Bullam Cruciatæ eligi possunt in confessarios ab alijs, quàm ab huiusmodi personis. Confessiones verò, si quas audierint, facultatem, & approbationem suam excedentes irritæ sunt, & nullæ.

§. III.

AD tollendas difficultates, quæ oriri possunt declarat hæc Synodus, confessarios omnes ex licentia Episcopi expositos, si is obierit, in eadem facultate, & autoritate remanere, donec à Sede vacante, aut ab Episcopo successore facultas huiusmodi revocetur, aut limitetur.

§. IV.

Quo verò liberè, & integrè confessarius convenientem medicinam culpæ morbis attente

406 CONCILIUM

(p) Adversus
Sacerdotes,
tum læcula-
res, tum regu-
lares, in hoc
sacrilegij de-
lictò inciden-
tes, excomm.
pœnam inflig-
git. Conc. 4.
Mil. p. 2. tit.
Quæ pert. de
Sacram. Pœ-
nit. verb. Ex-
comm. Prov.
de Quir. act.
3. c. 27. iuvat.
Guad. tit. 2.
constit. 3. &
Gran. tit. de
Pœnit & re-
mission. n. 12.
Conc. Mil. 3.
fol. 191. verb.
Si pœn. & 4.
tit. Quæ pert.
ad Sacr Pœn.
verb. Demô-
stret Et Syn.
de Osm tit. 3.
const. 5. §. 8.

possit, nulloque affectu, quominus id præstet, impediatur; præcipit hæc Synodus, & interdicit, ne ullus (p) confessarius quicquam à pœnitente accipiat, quum is ad sua peccata confitendum accedit, vel statim postquam ea confessus est, ita ut eius rei causa dari intelligatur, sub pœna excommunicationis læsententiæ. Ac præterea teneatur in foro conscientiæ restituere id, quod hac de causa accepit, fabricæ eius Ecclesiæ, in qua confessiones audiat. Si verò primo de hoc delicto convictus fuerit, ab huiusmodi officio per annum suspendetur; si secundo, per duos annos; si tertio, ad audiendas confessiones in perpetuum inhabilis reddetur, & à Beneficio, si illud obtinet, privabitur: si verò non, tamdiu exul erit, quamdiu Episcopo videbitur.

§. V.

Quoniam verò multi Curati; & confessarij Indorum, vel ob imperitiam linguæ pœnitentium, vel ob alias causas, aliquod, vel aliqua peccata tantummodo audiunt, ut inde materia ad absolvendum sibi suppeditetur, confessionem dimidiantes, graveque delictum contra integritatem huiusmodi

MEXICANUM. 407

Confessionis committentes; hæc Synodus statuit; ac præcipit, ne in posterum, præterquam in mortis articulo, vllus Sacerdos, ante quemquam absolvat, quam integrè à pœnitente audierit, & intellexerit, omne id quod opus est, vt integrè confiteatur. Quod si aliquid ad pœnitentiæ substantiam necessarium à pœnitente intelligere non possit, eum ad alium Sacerdotem in ea lingua peritiorum remittat. (q) Si verò secus fecerit, pro gravitate delicti punietur.

§. VI.

Æ Quum est, (r) vt hoc Sacramentum, quæ medicina peccatorum est, ita decenter administretur, vt omnis ab eo peccandi occasio abhorreat. Quare præcipit hæc Synodus, vt in Ecclesijs sedes constituantur ad mulierum confessiones audiendas, ita vt inter confidentem, & confessorem tabella interiecta sit cum foraminibus, seu clathris, per quos confessiones audiantur. Sedesque huiusmodi ad confitendum ita pateant, vt tamen pœnitens, quàm confessor conspiciantur. In hospitalibus verò, aut eremitorijs, mulierum confessiones ne audiantur, nisi in sede, vt præmissum est, consti-

(q) Conc. Trident. sess. 14. c. 5. de Conf. (r) Ita sanxisset Gregor. XIII. notat Zenedo ad sextum lib. Decretalium, collect. 1 r. n. 5. Guadix 2. constit. 30 Mil. 1 p. 2. tit. Quæ pert. ad Sacram. Pœnit. administ. verb. Sacerd. Gran tit. de Pœnit. & remis. n. 18. & synod. de Quir. cõst. 15. & Prov. eiusdem, act. 3. c. 28 & Lim. 3. act. 2. c. 18. & Syn. de Osm. tit. 3. constit. 1. §. 6.

408 CONCILIIUM

tura, id fiat, nec sine causa necessaria in
privatis aedibus confessiones audiantur.

§. VII.

Sæpè evenit ex eo, quod infirmus
ægritudinis suæ periculi non admo-
netur, nec ad confitendum peccata inci-
tatur, dum sibi constans est, eundem
postea ægritudine urgente, absque pecca-
torum confessione mori, & æterno for-
san supplicio damnari. Quare iuxta mo-
rum (f) proprium fœlicis recollectionis
Pij Papæ V. hæc Synodus statuit, ac præ-
cipit, (c) omnibus medicis, qui ad curan-
dum infirmum iam in lecto iacentem
fuerint vocati, ut eum primum admo-
neant, quatenus peccata sua confiteatur,
quibus, si per schedam confessarij non
constiterit ab infirmo id præstitum esse,
amplius quam tres dies infirmum ne
visitent. Quod si secus fecerint, pœnas
in motu proprio prædicto contentas in-
currant, videlicet: perpetuam infamiam,
privationem gradus, quem in medici-
næ facultate obtinent, exclusionem à
Congregatione Doctorum, & eorum,
qui in Universitatibus honoris gradu in-
signiti sunt. Ac præterea decem pondo
perfolvant fabricæ eius Ecclesiæ, in qua

(f) Mex. 7. c.
39. § 2. & Me-
xic. 2. c. 8. &
Gradat. cit. de
Pœnit. & re-
mission. n. 17.
(c) Mot. pro-
prius Pij V.
constituit 3. &
Greg. XIII
const. 71. fol.
53. in Bullar.
Apostolic. de
quo consule
Poffev. in Bi-
blioth. Selec-
tæ, lib. 14. c. 4.
f. 153. & Ze-
ned. ad Decre-
tal. Coll. 107.
& Coll. 163.



MEXICANUM. 409

infirmus commoratur. Item etiam Chirurgis iniungitur, & eorum conscientia imponitur, ne saluti corporis prospicientes, aliquid contra salutem animae consulant, aut præcipiant. Ne verò eorum, quæ in motu proprio huiusmodi præcipiuntur, ignorantia præsumatur; iubet hæc Synodus, ut in omnibus Cathedralibus Ecclesijs huius Archiepiscopatus, & Provinciæ quotannis initio Quadragesimæ is publicetur.

§. VIII.

Quoniam verò hæc Synodus, ut sufficienti doctrina confessarios instruere, & eorum, quæ ad suum officium pertinent, admoneret (præsertim verò in casibus, & difficultatibus quibusdam specialibus in hoc Archiepiscopatu, & Provincia occurrentibus) cupiensque fidelium poenitentium necessitati occurrere; Directorium confessorum, & poenitentium constituit, & approbavit. Eam ob causam statuit, ac iubet, ut (v) Curati omnes huius Provinciæ, tam sæculares, quam regulares, & quicumque Sacerdotes, qui confessiones suas auditori, Directorium huiusmodi secum habere teneantur, eiusque formam observent: aliter qui illud non habuerint,

(v) Cum dict. motibus proprijs Pij V. & Greg. XIII. loquitur lex reg. 3. tit. 16. lib. 3. Recop. Mex. t. c. 10. Mil t. p. 8 tit. Quæ pertinet ad Sacr Poen. administrat. verbo: Iubemus. Syn. de Quir. constit. 17. & Lim 3. art. 3. c. 39. & Conc. Mil. 1. tit. decret. 17. & Mil. 3. fol.

470 CONCILIUM

591. verbo:
Gravissima.
& Mil. 4. tit.
Quæ pertinet
ad Sacr. Pœn.
verb. Medici
quicumque,
& Syn. de Of-
ma, tit. 3. con-
stit. §. 6. Sy-
nod Burg. tit.
de Pœnit. &
remif. c. 9. Es-
tã esse direc-
torio aproba-
do por su Sã-
tidad confor-
me à esse de-
creto, y en los
demàs. decre-
ros donde se
habla del.

(x) Sess 14. c.
7. & can. 21.
Mex. 1. c. 91.
Mil. 1 p. 2 tit.
Quæ pertinet
ad Sacr Pœn.
adminif. ver-
bo: Ad eorum
etiam crimi-
num, & Gran.
vbi sup & Sy-
nod de Quir.
const. 23.

& ad aliquod Beneficium concurrat, ab-
eo concursu excludatur, donec Directo-
rium habeat. Beneficiati verò illud non
habentes, à suis Beneficijs suspendantur,
quousque huiusmodi Directorium sibi
comparent, & perlegant. Nemo autem
ad maiores ordines admittatur, nisi prius
constiterit revera penes se habere Direc-
torium huiusmodi, ad cuius præscriptum
examinari debeat. Examinatoribus verò
præcipitur, & eorum conscientia in iun-
gitur, vt sine vlla exceptione, omni hu-
mano affectu posthabito, decretum hu-
iusmodi observent, & executioni man-
dent, tam quoad examen ad ordines,
facultatem celebrandi, & confessions
audiendi, quàm quoad concursum Be-
nificiorum.

§. IX.

Semper in Ecclesia Catholica viguit
consuetudo, qua atrociora quæ-
dam, & graviora crimina Episcopis re-
serventur, vt difficultate absolutionis, ea
subditi perpetrare formident. Quam ob
causam Sanctum Tridentinum (x) Con-
cilium decernit, hanc casuum reservatio-
nem maximè convenire, & Episcopos in
sua Diœcesi posse casus reservare. Cuius
authoritatem, sequuta hæc Synodus, de-
cla



MEXICANUM. 411

clarat in hoc Archiepiscopatu, & Provincia hos esse casus Episcopis reservados, à quibus nullus absolvat, nisi ei ab Episcopo facultas permessa sit.

Casus Episcopis reservati.

1. Imprimis homicidium voluntarium, aut abortum cum affectu procurare.

2. Qui circulis dæmones coercent, ut cum eis loquantur.

3. Qui ad magicas artes, beneficia, superstitiones, & alia huius generis, Eucharistia, oleo sancto, lapidibus, aut altaribus, sacrivè rebus ab utuntur.

4. Qui sacrilegium commiserit, aut Ecclesiam violaverit.

5. Qui in damnum proximi peieraverit.

6. Qui excommunicationem ab Episcopo, superiorevè, aut Iudicibus Ecclesiasticis decretam incurrerint, excepta excommunicatione pro rebus furtivis, quam incurrentes post satisfactionem parti factam, à Curatis, & Rectoribus absolvi poterunt.

7. Qui matrimonio coniuncti, altero coniuge in Hispania relicto, in his partibus

472 **CONCILIUM**
bus quinque annis amplius commoran-
tur.

8. Qui matrimonium clandestinum
contrahere attentabunt, & tam sæcula-
res, quam regulares, qui in eo interve-
nerint.

9. Qui solutionem decimarum, aut
primitiarum, verbo, consilio, aut opere
prohibuerint.

10. Qui publicè blasphemaverint.

11. Qui incestum matrimonium di-
rimens admitterint.

12. Sodomiam, aut bestialitatem
committentes.

13. Qui scripturas in præiudicium
proximi depravaverint.

14. Incendiarij, qui scientè, & pru-
denter incendium admittunt, si adhuc
publicati non fuerint: quandoquidem
post publicationem absolutio reservata
est Sanctissimo Domino nostro Pape.

*Excommunicationes quoque late senten-
tiæ ab hac Synodo statuta, quarum ab-
solutio Episcopo reservatur,
sunt hæc.*

1. Qui iubent, aut consentiunt tau-
rorum cursus in cæmeterijs.

MEXICANUM 417

2. Qui Ecclesias obsident, earum ianuas claudunt, & ingressum impediunt.

3. Qui pro reliquijs Sanctorum pretium recipiunt.

4. Hispani, qui liberum, Indorum, & servorum consensum ad matrimonium impediunt.

5. Qui in concubitu cum consanguinea intra quartum gradum, aut cum infideli vivunt.

6. Examinatores, qui suffragium, quod secreto tulerunt, revelant.

7. Qui Clericis peregrinis, testimonium non deferentibus, necessaria ad Missam celebrandam tribuunt: Iudices etiam, qui eis licentiam concedunt, testimonijs prædictis in minimè recognitis.

8. Clericus, qui ex sua religione sine facultate discesserit.

9. Qui aliqua Christianæ doctrinæ documenta in linguam suam conversa, Indijs, sine Ordinarij facultate dederint.

10. Qui libros sine licentia imprimunt.

11. Qui decimarum exactiorem impediunt.

12. Qui bona alicuius Cappellæ, absque eo quod locentur, aut aliter in utilitatem Cappellæ exercentur, in depositum dant.

414 **CONCILIUM**

13. Sæculares, qui cum divina celebrantur Officia, in Chori cancellos ingrediuntur, contra id, quod titulo de Celebratione Missarum prohibetur.

14. Qui matrimonium per verba de præfenti contrahere attentant sine Parocho, & testibus, & qui in huiusmodi contractus intervenerint.

Hæc, quæ libris quinque certis titulis distinctis, statuta, decreta, atque sancita continentur, Provincialis Mexicana Synodus, ut publicum id perpetuum momentum extet, subscribi, & sigillo in forma communiri mandavit. Mexici die decima sexta Octobris, anno Incarnationis Dominicæ MDLXXXV.

P. Archiepiscopus Mexicanus.

Fr. Garcia Episcopus Guatemalensis.

Fr. Ioan. Episcopus Mechoacanensis.

D. Episcopus Haxcalensis.

Fr. Gregor. Episcopus Yucatanensis.

Fr. Domini. novæ Gallaciæ Episcopus.

Fr. B. Episcopus Antequerensis.

In veritatis testimonium meum nomen subscripsi.

Doct̃or Ioannes de Salcedo

Secretarius.

Nos

MEXICANUM. 415

Nos Antonius, tituli Ss. Ioannis, & Pauli Presbyter Cardinalis Carrafa, fidem facimus, & attestamur. Synodum Provinciale à Reverendissimo D. Archiepiscopo Mexicano cum suis Provincialibus Episcopis anno Domini MDLXXXV. celebratam, à Sacra Congregatione Cardinalium Concilio Tridentino interpretando authoritate Sanctissimi Patris nostri præpositorum, emendatam, atque aptatam fuisse. Eiusque Synodi originale apud ipsam Congregationem remansisse cum quo præfens Synodus hoc libro chartarum centum viginti septem, quarum prima incipit: In nomine Sanctæ, & individuae Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: ultra verò desinit: Doctor Ioannes de Salcedo Secretarius, descripta, & collata in omnia, & per omnia concordat. In quorum fidem his propria manu subscripsimus, & ab infra scripto Secretario item subscribi, sigillumque nostrum, quo in Congregationis prædictæ litteris, & scripturis obsignandis utimur, apponi mandavimus. Romæ die vigesimo septimo Octob. MDLXXXIX. Ita est. A. Card. Carrafa. Laurentius Frizolius Sacræ Congregationis antedictæ



416 CONCILIUM

Secretarius de mandato. Et est signatum
 sigillo Illustrissimi D. Cardinalis Carrafa.
 Loco ✕ sigilli Illustrissimi Cardinalis
 Carrafa.

STATUTA ORDINATA

à Sancto Concilio Provinciali Me-
 xicano III. Anno Domini
 MDLXXXV.

*Ex prescripto Sacrosancti Concilij
 Tridentini decreto, sess. 24. cap. 12. de
 Reform. verb. Cætera.*

*Revisa à Catholica Maestate, & à Sa-
 crosancta Sede Apostolica confirma-
 ta. Anno Domini MDLXXXIX.*

Sancta Synodus Provincialis in Ci-
 virate Mexicana, quæ Provinciæ
 Novæ Hispaniæ caput, & Metropolis
 est, legitimè congregata; præfidente in
 ea Illustrissimo, & Reverendissimo D.
 D. Petro Moya de Contreras, eiusdem
 Civitatis, & Diocæsis Archiepiscopo
 per cuius indictionem, & convocatorias
 litteras eadem Synodus hoc anno Do-
 mini MDLXXXV. inibi celebrata fuit,
 prout celebratur de præfenti; Illustrissi-



MEXICANUM. 417.

Inno Domīno Archiepiscopo Metropoli-
tano, & Reverendissimis Dominis Epif-
copis Suffraganeis, Cathedraliumque hu-
ius Archiepiscopatus, & Provinciæ Eccle-
siarum Decanis, & Capitulis, omnibus-
que Beneficiatis, Vicarijs, Parochiis,
Cappellanis, & Clericis, cuiuscumque
ordinis, qualitatis, & præheminentiæ ho-
nore fulgentibus; ac quibusvis eiusdem
Provinciæ Notarijs, Scribis, & Officiali-
bus, quos hic contenta concernentes,
aut concernere possunt, in Christo Iesu
Domino nostro, qui vera salus est, salu-
tem, &c.

Quamvis nobis Christiana Religio
non ostenderet quantum sacrarum cœ-
remoniarum ritus, & observantia conse-
rat, ut animus ad divinum cultum, &
veræ Religionis custodiam eleveretur; iu-
vat tamen plurimum communis om-
nium rationum consensus, in quibus nul-
la unquam fuit adeò barbara, quæ licet
suos falsos deos, tamquam veros colen-
do erraverit; primo tamen humanorum
bonorum principio, & causæ nempe
Deo, adorationem, ac reverentiam non
tribuit. Sic enim cœremoniarum ritum
necessarium esse gentes existimabant, (y)
ut in earum debita observantia spes suas

(y) D. Auguſt.
lib 10 de Ci-
vitate Dei, c.
4. & D. Tho-
mas, lib. 1. cō-
tra gentes, c.
110.

418. CONCILIUM

collocarent, incuriæ autem negligentiæ in eis commissæ adversus eventus imputarent, eosque præ cæteris religiosiores, & magis pios iudicantes, qui se in earum ritu diligentiores ostendissent. Quin etiam tam divina fide, quam communi experientia constat, exteriori cæremoniarum cultu ad divinarum cultu contemplationem spiritum summopere excitari, ac suavissimè ferri. Vnde videmus, ut in lege scripta, cæremonias à Deo præscriptas, illarum quidem figuras, quibus Redemptor noster, eiusque Sacri Discipuli usi fuerunt, quæque Mater ac Magistra nostra Catholica Romana Ecclesia, vel per traditionem Apostolicam, vel sancto zelo, ac Divinæ Providentiæ ad piorum, & obedientium Catholicorum ædificationem, superborumque, & arrogantium hæreticorum, ac infidelium confusionem introductas recepit: quarum quædam univèrsalis, ac totæ Ecclesiæ communes, ut in Sanctorum Sacramentorum, aliorumque Cælestium mysteriorum administratione quædam verò pro cuiusque Provinciæ, & Ecclesiæ instituto peculiare existunt. Ut igitur non solum Sancta hæc Metropolitanæ Ecclesiæ Mexicana, sed etiam

MEXICANUM. 419

Reliquæ eiusdem Archiepiscopatus, & Provincie Cathedralis Ecclesie, tam in divini cultus, & divinorum officiorum ceremonijs, quam in legibus, & statutis per earum Prælatos, capitula, ac ministros custodiendis, & observandis omnimodam. (vt par est) conformitatem habeant, atque adeo diversitatem (quæ plarium sæpè absurdorum causa esse dignoscitur) quoad fieri possit, fugiant; itcitè hæc eadem Sancta Provincialis Synodus, collata sibi à Sacrosancto Concilio Tridentino (2) ad præmissa omnia, & singula autoritate fungens, in eiusdem Sancti Concilij obedientiam, & executionem, ac eorum, quæ tam in Missali, & Breviario Sanctissimi Patris nostri, scælicis recordationis Pij Papæ V. iussu editis, quam in huius Metropolis, ad quam cæteræ eiusdem Provincie Cathedralis Ecclesie conformari, & regulari debent, erectione disponuntur, & ordinantur, & observantiam; statuit, decernit, & mandat, cæremoniale, & statuta infrascripta, in omnibus eiusdem Archiepiscopatus, & Provincie, Cathedralibus Ecclesijs huiusmodi inviolabiliter observari, practicari, ac executioni mandari. Pro cuius rei fundamentò præcipit eiusdem

(2) Sess. 14. c. 12. verb. Cætera de Reformatione ad finem capit. Iuvant divina verba S. Greg. quæ refert Cardin. Anton. Carr. ex eiusd. Sanctissimi Pontificis epistol. tit. 2. in Respons. ad 3. interrogat. D. August. primi Anglor. epist. fol. 53 r.



420 **CONCILIUM**
dem Mentropolitanae Ecclesiae erectio-
nem poni, tenorem videlicet sequentis.

ERECTIO ECCLESIAE MEXICA-
na, quae eadem est cum caeteris
eiusdem Provinciae.

Ioannes de Cummarraga, Dei, &
Apostolicae Sedis munere Episcopus,
& servus Ecclesiae Mexicanensis, cuius
sub Christi Dei Evangelio aeterno mili-
tanti, gratia, & pax a Deo Patre, & eius
consubstantiali unigenito Filio, pacis
auctore, qui sui divini corporis effuso
sanguine donavit nobis omnia delicta,
delens quod adversus nos erat chiro-
graphum decreti, quod erat contrarium
nobis, & ipsum tulit de medio, affigens
illud Cruci, pacificans per sanguinem
Crucis eius, sive quae in terris, sive quae
in Coelis sunt. Placuit divinae bonitati
Hispaniarum Regnis adeo celebres praefi-
cere haeros, qui nedum barbaricos en-
ses, ac mores, qui illorum victoriam se-
quuntur, e medio effugarent; verum sui
patrimonij, ac vitae prodigi facti, remo-
tissimas, & incognitas penetrarent regio-
nes, ac idolatriae monstro inde sublato,
Evangelium vitae Crucis vexillo hinc
R-



MEXICANUM. 421

Inde triumphante, Christianorum magna stipante caterva, plaudente Religione Christiana, magnis auspicijs latè diffuseque plantarent. Sic sunt Serenissima Regina Ioanna, ac illius genitus invictissimus Carolus Maximus, Imperator semper Augustus, rei sæcularis, ex Dei electione solus, & indubitatus Monarcha. Quorum cura circa hoc potissimum versatur, ut omnes gentes eandem orthodoxam profiteantur fidem, & vniversus orbis ad vnius viri Dei cultum redigatur, fiatque vnum ovile, & vnus pastor; atque iuxta Beatissimi Pauli oraculum, vnum corpus, vnus spiritus, vna spes, vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, & Pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis, à cunctis proclametur vniformiter. Ob hoc innumeras quippe rates, carinas, atque tréemes, Scyllæ, Charybdi, ac alijs compluribus cærulei maris angustijs, exposuere. Ob hoc Sanè incassum suorum regionum thesauros, quasi manu vndequaque perfossa, per abruptas, & incultas horas, etiam nec assem mundani lucri inde sperantes, Herculeo illo suo animo, sæpissimè & affatim proiecerunt, attentantes iter, vel cunctibus;



422 CONCILIUM

vel redeuntibus, multis nominibus infaustum, nullo tamen infelicius, quam quod pluries Christiani nominis augmentum non contingebat, ac pene duplicabat molestiam, quod gentem illam omninò adversam, & inductilem, cuius utilitati potissimum tantum laboris desudabatur. Ob hoc res utrique lucidissima, selectos viros quam plurimos, nedum in arte militari, verumetiam in omnigena eruditione, ac pietate, ad barbaros, & ferè bestialiter vitantes homines destinarent. Alteros quidem, qui illo suo regali sceptro submitterunt, alteros verò, qui sacra Dei Tempa ædificarent, & ad sinceram fidei veritatem radijs veræ Theologiæ illuminatos illos redderent, & immaculatam, quam ædificarent Ecclesiam (si fortè diabolico instinctu misceretur) à foede barbarica appellatione vendicarent. Perspiciebat nimirum regia prudentia id quod verissimum est, non mediocriter ad Christianæ Religionis ornamentum facere, ne quid omninò canatur, aut legatur in Templis, quod non gravissimo, ac doctissimo, cuique placere possit, hoc est, quod non ex divinis libris haustum sit, aut certè à viris eximijs profectum. De-

mura

Uacere



MEXICANUM. 433

frum tanta solertia, tam ingenti cura,
& augusta opera, huius res studio infati-
gabili christiani nominis sumpta Pro-
vincia annis non paucis intudarunt, ut
illis in locis, in quibus ab incognitis sæ-
culis Astaroth, Bel, Baal, Dagon, & re-
liquæ (*) baraticæ ferinæ, spurcitæ cole-
bantur, iam non nisi divinum nomen sa-
cri hymni, hypostaticæ laudes, virginæ
cantus divinorum panegyrici, Martyrum
sanguinis, virginum puritas, Ecclesiæ
dogmata, & Pontificia iura hinc inde re-
sonent atque tripudiant. Loquantur ipsa
opera, testentur rem quamdam profanæ
blasphemix, & dæmonium omnibus ple-
næ regiones, nunc verò insulæ Christia-
næ, & oppida scelicissima Christo, ac glo-
riose militiæ dicata. Huius scelicitatis
participes sunt Comana, Parlarum flu-
men, Venecia minor, Sancta Martha,
Numen Dei, Diarenum, Panama, Nica-
ragua, Indiæ Cathago, Profunda-Lo-
ca, Perurum, Yucatanum, Cocumellum,
Flumen Palmarum, Hispanica Insula,
Fernandina, Margarita, Iamayca, & Sanc-
ti Ioannis; ac alia quam plurima loca,
quædam à fluminibus, quædam verò ad-
ducunt illa conquistantium genealogiis
nomina trahentia, quæ adeò divini cul-

(*) Baraticæ



424 CONCILIUM

tus schemate fulgent, exuberantissimis
Templis, ac Monachorum cœnobijs hinc
inde constructis, ac vero de illis respec-
tu nostri divinorum iudicium iam veri-
ficetur: *Erunt novissima, &c.* Hoc ve-
rò ingens divini amoris incendium, pijs-
simorum horum Regum studio actum
est, quibus taliter favit divina clementia;
ut non solum regali sceptro cunctos nos-
tri avi Reges antecedant; verum pietate
præcipua fidem Christianam præ
cunctis ampliaverint. Quapropter mihi
magis interea vibet, illis mentem istam
Regibus dignam, quam fortunam quam-
libet amplam gratulari. O sælicem Christi
populum, si passim contingat tales esse
Principes, quibus Christi gloria nihil sit
antiquius, qui totum regium ornatum
moribus, & vita refranant, quibus etiam
si sceptrum detrahas, tam Reges Chris-
tianos agnoscas, in quibus sane fortuna,
quam antiquitas cæcam faciebat, occu-
lata videtur, qui generis sui longè claris-
sima schemata, morum suorum orna-
mentis illustrant, regiam dignitatem vir-
tute integritate conduplicant, Imperiali
Aquilæ, nescio quid Maiestatis additum
videtur; postquam hi similes non hab-
bentes Principes totius orbis Monar-

MEXICANUM. 425

estiam tenent. Quid superest, nisi ut Christum optimum, maximumque comprecemur, ut istam mentem illis, illos verò nobis, quam diutissime servet incolumes? Ad tantam itaque exuberantiam (ut ad rem breviter veniamus) horum principum devenit clementia, quod Mexicanam Provinciam, inter omnes regie ditioni submissas præcipiam, in terra firma, quam *Novam Hispaniam* nuncupamus, situatam, non solum à barbarico illo cultu, Christi fide vndequaue evangelizata, mundaverint, verum, & ordo hierarchicus, quem Romana tenet Ecclesia, in illa observetur. Apostolico super hoc implorato consensu, Episcopale Cathedralis Templum, ac Parochiales, & Ecclesiasticas dignitates, Canonicatus, Prebendas, Beneficia, & cætera huiusmodi, in ipsa erigere, construere, ædificare, & fundare omninò (regio super hoc habito Concilio) decreverint: atque, ut rem effectui commendarent, me inutilem, & omninò ad tantæ rei executionem inhabilem, cum apud illos plurimi non deessent, qui me à sententia, cumulate valerent suis sanctissimis votis satisfacere, ex angulo mei Franciscani instituti semisepultam extraxerunt, & in primum



426 CONCILIUM

num Mexicanensem nominaverunt, & elegerunt Episcopum. Quorum piæ petitioni, & electioni Sanctissimus D. N. Papa Clemens, huius nominis septimus, paternali affectu, vt par est, condescendens Apostolicas litteras per manus regias nobis suppeditandas solerti cura destinavit: quas quidem litteras in membramine, more Romano, conscriptas Apostolico plumbo in filis sericeis rubei, croceique coloris pendente, sanas, integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspitione carentes, is qui regium agebat negotium, coram magno cœtu, in præcipuo Templi sacro loco, Sancti Spiritus invocato favore, nobis præsentavit. Quas quidem ea qua decuit reverentia, & sumissione suscepinus, & legimus series vero eatum de verbo ad verbum est quæ sequitur.

*CLEMENS EPISCOPUS, SERVUS
servorum Dei, ad perpetuam rei
memoriam.*

S Acri Apostolatus ministerio, meritis licet insufficientibus, superna dispositione præsidentes, vniversi orbis
Pro-



MEXICANUM. 427

Provincia, & loca ea præsertim, quæ
Omnipotentis Dei misericordia Chris-
tiana veritatis lucem nostris potissimè
temporibus inceperunt agnoscere, fre-
quenti medicatione intendimus, vt in
illis orthodoxæ fidei cultus augeatur, &
Christiana Religio propagetur, ac eorum
incolæ, & habitatores, venerabilium Præ-
sulum doctrina, & autoritate suffulti,
in eadem fide semper proficiant, ipsaque
loca maximè insignia, dignioribus titu-
lis attollantur, & maioribus honoribus
decorentur; præsertim cum id Catholi-
corum Regum, & etiam Cæsareæ maies-
tatis pia vota exposcant, & cognoscimus
in Domino salubriter expedire. Sanè
cum oppidum Mexicanense in Indijs ma-
ris Tyrreni indici nuncupati, olim auspi-
cij claræ memoriæ Ferdinandi Arago-
niæ Regis, & Elisabethæ Reginae Castellæ,
& Legionis Regnorum, per dilectum fi-
lium nobilem virum Petrum Arias mili-
tem Segobiensem, eorum gentium ar-
morum ad easdem Indias destinatum
exercitus generalem Capitaneum novi-
tèr repertis, & è manibus infidelium illas
tunc occupantium ereptis, ac ad ditio-
nem, & dominium eorum, & pro tem-
pore existentium Regum eorundem
Reg-



428 CONCILIUM

Regnorum redactis, illisque in temporali-
bus subiectis, quæ eisdem Regibus dum
vixerunt, & de inde charissimo in Chri-
sto filio nostro Carolo Romanorum Im-
peratori semper Augusto, dictorum Reg-
norum nedum hæredi, & successori, ve-
rum etiam in desiderio orthodoxam fi-
dem vtiq; exaltandi imitatori, ac sub
eorum obedientia, & dominio, ratione
dictorum Regnorum, ex tunc successivè
eodem Petro Capitaneo Governatore
permanentibus, consistens, admodum
insigne existat, longumque, & latissi-
mum, & distinctum territorium circum-
circa habeat; adedque in eo ultra vigin-
ti millia viciniorum, vel incolarum, quo-
rum plures fideles, tam noviter conver-
si, quam etiam alij forenses, & de diver-
sis mundi partibus ad illud habitandum
confluentes, commorentur, & resideant;
ac in eo inter alias Ecclesias, Monasteria,
pia loca ex devotione Regum maiesta-
tis, & Capitanei prædictorum inibi con-
structa vna Parochialis Ecclesia sub in-
vocatione Beatæ Mariæ Virginis, cum
structuris, & ædificijs convenientibus, ad
quam omnes ipsi fideles promissis, & di-
vinis Officijs audiendis, ac Ecclesiasticis
Sacramentis suscipiendis, quanquam ad
eorum



MEXICANUM. 429

eorum Parochialem Ecclesiam recur-
runt, etiam consistit; & idem Carolus
Imperator summopere cupiat eandem
Parochialem Ecclesiam in Cathedrallem,
ipsumque oppidum in civitatem Mexi-
canensem erigi, & institui: Nos habita
super his, cum venerabilibus fratribus
nostris S. R. E. Cardinalibus inatura de-
liberatione eodem Carolo Imperatore
nobis super hoc humiliter supplicante,
ad laudem, & gloriam Omnipotentis
Dei, & eiusdem Beatæ Mariæ Cœlestis,
necnon ipsius fidei exaltationem, Apos-
tolica autoritate tenore præsentium,
supplicationibus Caroli Imperatoris hu-
iusmodi inclinati, de eorundem fratrum
Concilio pariter, & assensu, oppidum
Mexicanense, ac Parochialem Ecclesiam
Beatæ Mariæ huiusmodi in Cathedrallem
Mexicanensem, sub invocatione eiusdem
Beatæ Mariæ nuncupandam, pro vno
Episcopo Mexicanensi, qui inibi, & in
illius civitate, ac Diœcesi verbum Dei
prædicet, & infideles ad eandem fidem
convertat; ac tam illos sic conversos,
quam alios prædictos fideles, in eadem
fide expertius instruat, doceat, & confir-
met: ac Sacramenta Ecclesiastica in eis
ministret, & ministrari, ac prædictam
crec-

430 **CONCILIUM**

erectam Ecclesiam, illiusque ædificia ad formam Cathedralis Ecclesiæ redigi faciat; ac in Civitate, & Diœcesi prædictis, Collegiatis, & Parochiales, ac alias Ecclesias, Monasteria, Cappellas, hospitalia, oratoria, & alia loca pia; ac in illis respectivè in numero, & cum dotibus, ac qualitatibus decentibus per eum assignandis, specificandis maiores, principales, Abbatiales, Conventuales, & alias Dignitates, Personatus, administrationes, & officia, etiam curata, & electiva: necnon Canonicatus, & Præbendas, integras, & dimidias portiones, Cappellarias, Vicarias, & alia Beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, ac capitula, necnon Capitulares, Abbatiales, Conventuales, & alias mensas erigat, & instituat respectivè; ac alia temporalia, spiritualia, iurisdictionalia, & Pontificia officia, omniaque, & singula alia, quæ alij Episcopi Regnorum eorundem facere, & exercere consueverunt, & quæ pro divini cultus augmento, & fidei huiusmodi exaltatione, ipsorumque fidelium animarum salute expedire cognoverint, faciat, & exerceat: ac omnibus, & singulis alijs privilegijs, prærogativis, præherentibus, & gratijs, quibus alij Episcopi

pi



MEXICANUM. 431

pl prædicti de iure , & consuetudine , ac alias vtuntur, potiuntur, & gaudent ; ac vti, potiri, & gaudere poterant quomodolibet , in futurum vtatur, potiatur , & gaudeat ; ac vti, potiri, & gaudere libere, & licitè valeat. Necnon in eadem Ecclesia Mexicanensi capitulum Canonicorum , & personarum, Episcopali, & capitulari mensis ac sigillo, & alijs insignijs, iurisdictionibus, privilegijs, & præheminentijs Episcopaiibus , & capitularibus , erigimus, & instituimus; ac incolas , & habitatores dictæ civitatis cum nomine decoramus; necnon eidem erectæ Ecclesiæ pro illius civitate , civitatem erectam , & pro Diœcesi terras , insulas, loca , & oppida , quæ idem Carolus Imperator, vel eius Concilium Indiarum nuncupatum, positis limitibus , & confinibus necessarijs, statui, & assignari iusserit : ac pro Clero, & populo illorum incolas, & habitatores huiusmodi, respectivè , ac pro dote , & etiã Pontificali dignitatis , & pro tempore existentis Episcopi, illius decentiori sustentationi decimas , primitias , & alia iura Episcopalia, spiritalia, & temporalia, de bonis, rebus, & fructibus, de quibus Carolus Imperator, vel Concilium huiusmodi

di



233 CONCILIUM

di specificaverint, & ordinaverint. Itaque idem Episcopus Mexicanensis in civitate, & Diœcesi prædictis Episcopalem iurisdictionem, authoritatem, & potestatem exercere, ac decimas, & primitias, & inra huiusmodi præcipere, & elevare, ad instar Episcoporum prædictorum, libere, & licite valeat, applicamus, & approbamus. Necnon ius patronatus, & infra annum, propter loci instantiam, per se, vel alium, seu alios, ad id, etiam ante vacationes deputandos procuratores, præsentandi personas idoneas, tam hæc prima vice, quam quoties illa pro tempore vacaverint, ad Ecclesiam videlicet Mexicanensem, nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice, per Nos, & illum respective, in eiusdem Ecclesiæ Episcopum, & Pastorem præficiendum. At verò omnes, & singulas alias dignitates, personatus, administrationes, officia canonicatus, & præbendas, portiones, Cappellanas, Vicarias, Monasteria, Prioratus, & alia Beneficia huiusmodi eidem tempore existenti Episcopo Mexicanensi, ac eius Vicario, seu officiali per eum instituentis, ad easdem præsentationes Carolo Imperatori prædicto, ratione Regnorum Castellæ, & Legionis, huius-



MÉXICANUM. 433

modi, ac pro tempore existenti illorum Regi, vel Reginae, de similibus Concilio, & assensu reservamus, concedimus, & assignamus; non obstantibus constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, decorationis, applicationis, appropriationis, reservationis, concessionis, & assignationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDXXXIV. nono Septembris Pontificatus nostri anno septimo.

Post quarum quidem litterarum Apostolicarum præsentationem, & receptionem, nobis, & per nos, ut præmittitur, factas; fuimus pro parte Serenissimæ Domine Ioannæ, & Caroli semper Augusti eiusdem filij, Hispaniarum Regum, debite requisiti; ut ad complementum litterarum Apostolicarum, & contentorum in eis procedendum, in prædicta nostra Cathedrali Ecclesia, ad honorem gloriosissimæ Virginis Mariæ Assumptionis dedicata, & in dicta

434 CONCILIUM

Nova Hispania fabrica, Dignitates, cano-
nicatus, & præbendas, ac portiones, alia-
que Beneficia, & officia Ecclesiastica, quot-
quot, & prout melius expedire videremus,
tam in civitate, quàm per totam Diœce-
sim erigeremus, & institueremus. Nos igitur
Frater Ioannes de Cummarraga, Epif-
copus, & Commissarius Apostolicus præ-
fatus, attendentes petitionem, & requisitionem
huiusmodi iustas fore, & rationi
consonas; cupientesque, ut verus, & obe-
diens filius Apostolica iussa nobis directa
reverenter exequi, ut tenemur; commis-
sionem præacceptavimus. & eadem autho-
ritate Apostolica, qua fungimur in hac par-
te, præfata Maiestate instante, & petente,
in prædicta Cathedrali Ecclesia Mexica-
nensis civitatis in prædicta Nova Hispania,
ad honorem Dei, & Domini nostri
Iesu Christi, ac Beatissimæ Mariæ Virgi-
nis Matris eius, in cuius, ac sub cuius titu-
lo per præfatum Sanctissimum Dominum
nostrum Cathedralis Ecclesia est erecta,
tenore præsentium erigimus, creamus, &
instituímus.

§. I.

Decanatum, quæ dignitas est prima
post Pontificalem in eadem Eccle-
sia existat, qui curet, & provideat, quod
Offi.

MEXICANUM. 435

Officium Divinum, & omnia alia, quæ ad cultum Dei pertinent, tam in choro, quam in Altari, quam etiam in processionibus, in Ecclesia, & extra, in capitulo, vbi cumque conventus Ecclesiæ, seu capituli ad illud exsolvendum congregabuntur, cum consilio, & ea qua decet honestate, ac modestia ritè, & rectè perficiantur: ad quem etiam pertinebit, ijs, quibus à choro ex causa discedere convenit, expressa causa, & non alias licentiam concedere.

§. II.

Archidiaconatum eiusdem civitatis, ad quem Clericorum ordinandorum examinatio, Prælati solemniter celebrante ministerio civitatis, & Diocæsis. Si sibi à Prælati iniungatur, visitatio, & aliqua quæ de iure communi competunt, exercere pertinebit, qui in altero tamen iurium, vel in Theologia ad minus Baccalaureus existat, in Univeritate graduatus.

§. III.

Cantoriam, ad quam nullus possit præsentari, nisi in musica, saltem in cantu plano, doctus, & peritus existat, cuius in facistolio cantare, & servitores Ecclesiæ cantare docere, & quæ ad can-



436

CONCILIUM

tum pertineant, & spectant ordinare, corrigere, & emendare, in choro, & ubicumque per se, & non per alium officium erit.

§. IV.

Scolastriam, ad quam etiam nullus nisi in altero iurium, aut in artibus, Baccalaureus in aliqua generali Universitate graduatus existat, presentetur, qui Grammaticam Clericos, & Ecclesie servitores, ac omnes Diocesanos audire volentes, per se, vel per alium docere tenebitur.

§. V.

Thesaurariam, ad quam Ecclesiam claudere, & aperire campanas pulsare facere, omnia utensilia Ecclesie custodire, lampades, & luminaria curare, de incenso, luminibus, pane, & vino, ac reliquis ad celebrandum necessarijs de redditibus fabricae Ecclesie exponendis ad votum capituli, providere pertinebit.

§. VI.

Necnon decem canonicatus, & praebendas, quas a dictis Dignitatibus omnino separatas esse decernimus, nec unquam unam simul cum dignitate aliqua obtinere posse ordinamus. Ad quos etiam

MEXICANUM 437

Canonicatus, & præbendas nullus præsentari possit, nisi ad sacrum præbyteratus ordinem iam sit promotus. Ad quos quidem canonicatus quotidie (præter quam in primæ, & secundæ dignitatis festiuitatibus, in quibus Prælatus, vel eo impedita aliqua de Dignitatibus celebrabit) Missam celebrare pertinebit.

§. VII.

Instituimus insuper sex integras, & totidem dimidias portiones, & qui ad dictas integras portiones præsentandi fuerint, ad Sacrum Diaconatus ordinem sint promoti. In quo quidem ordine teneantur in Altari quotidie deservire, necnon Passiones decantare. Qui verò ad dimidias, ad Sacrum Subdiaconatus: qui quidem Epistolas in Altari, & in choro, & prophetias, lamentationes, & lectiones teneantur decantare.

§. VIII.

Volumus insuper, & statuimus, quòd ad dignitates, canonicatus, portiones integras, & dimidias supradictas, vel ad aliquod aliud Beneficium totius nostræ Diœcesis, nullus præsentari valeat, qui cuiusvis ordinis privilegij, aut officij occasione à iurisdictione nostra ordinaria sit

438

CONCILIUM

exemptus. Et si fortè contigerit exemptum, aliquem præsentari, vel institui; talis præsentatio, vel institutio sit ipso iure nulla.

§. IX.

ET quia non est parvi momenti Rectores nominare; ordinamus, quòd tot Rectores possimus eligere, quot servitio nostræ Cathedralis Ecclesiæ necesse fuerint: qui ad nutum nostrum, nostrorumque pro tempore successorum, provideri, & quando licuerit, amoveri possint, qui exerceant in dicta Cathedrali Ecclesia, nostra officium rectè, & ritè, Missas celebrando, confessiones audiendo, aliaque Sacramenta cautè, & sollicitè ministrando,

§. X.

AC sex Acolytos, qui acolytatus officium in Altaris ministerio quotidie per ordinem exercebant. Ordinamus Capellanos insuper sex, quorum quilibet, tam in nocturnis horis, quàm in diurnis, ac etiam Missis ad facistolium personalitè interesse, & in vnoquoque mense Missas viginti, nisi iusta integritate, vel impedimento fuerit impeditus, celebrare teneatur.

§. XI.

MEXICANUM.

439

§. XI.

Praesentationem autem dictarum dignitatum, canonicatum, portionum integrarum, & dimidiarum, aliarumque dignitatum, canonicatum, & portionum similium futurarum, in praedicta nostra Cathedrali Ecclesia creandarum, praefatis Catholicis Hispaniarum Regibus, ac eorum successoribus, prout de iure eis competit, & autoritate Apostolica, reservamus eadem autoritate.

§. XII.

Acolytorum, & Cappellanorum praedictorum electionem, seu provisionem, ad nos, & successores nostros; unquam nostro capitulo, pertinere decernimus. Volumus autem quod dicti Cappellani, qui pro tempore fuerint eligendi, non sint familiares Episcopi, nec alicuius personae dicti capituli, nec fuerint tempore vacationis.

§ XIII.

Officium verò Sacristae, qui ea quae ad officium thesaurarii spectant, ipso praesente, & de eius commissione, & in eius absentia ad votum capituli exercere tenebitur.

Ec 4

§.XIV.

§. XIV.

Officium organistæ, qui organa in diebus festivis, & alijs temporibus; ad votum Prælati, vel capituli, pulsare te- neatur.

§. XV.

Officium Perticarij, cuius in proces- sionibus ordinare, Prælato, Pres- bytero, Diacono, Subdiacono, & reliquis alteri ministrantibus, de Choro ad Sa- chriftiam, vel Altare de Altari ad Sachris- tiam, in Choro euntibus, vel redeuntibus antecire, officium erit.

§. XVI.

Officium œconomi, sive Procurato- res Ecclesiæ fabricæ, & hospitalis: qui architectis, muratoribus necnon fa- bris lignarijs, & alijs officialibus œdifican- dis Ecclesijs operam dantibus præerit: qui per se, vel alios, redditus, & pro- ventus annuos, & quæcumque emolumenta, & obventiones, ad dictam fabricam, & hospitale, quovis modo pertinentia, colligere, & expendere habebit, redditurus annuatim rationem de receptis, & con- sumptis, Episcopo, & capitulo, vel officia- libus, ab eisdem ad hoc specialiter deputa-



MEXICANUM. 44

ris. Necnon ad eorum nutum eligendus, vel removendus, præbita prius per eum idonea satisfactione, quam ad administrationem admittatur.

§. XVII.

Officium insuper cancellarij, sive Notarij Ecclesiæ, & capituli, qui quoscumque contractus inter Ecclesiam, Episcopum, & capitulum, & quoscumque alios, in protocollo, & notis suis recipere, actus capitulares scribere, donationes, possessiones, census, feudos, precaria per eosdem Episcopum, & capitulum, & Ecclesiam, vel eisdem factas, vel in posterum faciendas, annotet, & scribat, & instrumenta custodiat: partes reddituum Beneficiatis distribuat, necnon rationes reddat, & recipiat.

§. XVIII.

Officium insuper canicularij, qui canones ab Ecclesia eijciat. In omnibus Sabbatis, & quorumcumque festorum vigiliis habentium, vigilijs, & alijs, ubi, & quando per thesaurarium sibi fuerit iniunctum, Ecclesiam purgabit.

§. XIX.



§. XIX.

DE quibus omnibus videlicet, quinque Dignitatibus, decem Canonicatibus, sex integris, & totidem dimidijs portionibus, & sex Cappellanis, & sex Acolytis, & officijs prædictis, quia de præfenti fructus, redditus, & proventus decimarum non suppetunt, thesaurariam ex Dignitatibus, quique verò Canonicatus, & omnes integras, & dimidias portiones; ad præfens in dicta erectione volumus suspendere. Quòd si præfatis quatuor Dignitatibus, & quinque Canonicatus redditus memoratæ quartæ partis ad præfens (quod non credimus) non suppetant; quod defuerit, inter eos dividatur, secundum valorem præbendarum, & non numerum personarum: donec ad maiorem quantitatem fructus pervenerint, restituendi ad præbendas præfatas, per nos, & nostros successores, ordine nobis considerando, ad potiorem Ecclesiæ nostræ utilitatem; ita tamen ut cum Deo duce, ad pinguiorem fortunam, fructus, & redditus nostræ prædictæ Ecclesiæ pervenerint, quam primum ad dotem thesaurariæ suspensæ applicatam desuper crescentibus fructibus augmentum fuerit, thesaurariam eandem, ex nunc erec-

MEXICANUM. 443

erectam, & creatam esse decernimus, absque alia nova creatione, & erectione, personæ per eandem Catholicam Maiestatem nominandæ, conferendam. Et consequenter dum fructus, redditus, & proventus ulterius augmentum receperint, tres integrè portiones, & dimidiè successivè suo ordine admittantur. Et demum de redditibus superexcrecentibus, sex acolytatus, pro sex clericulis, qui in quatuor minoribus sint constituti, & acolytorum officium in Altaris ministerio exercent; & sex Cappellaniæ simplices, pro sex prædictis Cappellanis, similiter provideantur. Postmodum verò officium organistæ, & perticarij, & œconomi, Notarij, & canicularij prædictorum, dicto numero successivè, iuxta ordinem litteralitè præmissum, absque aliquo intervallo augeatur.

§. XX.

ET quia secundum Apostolum, qui Altari servit, de Altari vivere debet, omnibus, & singulis Dignitatibus, personis, & Canonicis, & Præbendatis, & integris, & dimidijs portionarijs, Cappellanis, Clericulis, sive Acolyris, cæterisque officijs, & eorum officialibus, iuxta numerum supradictum expressis, omnes, & singulos fruc-



444 CONCILIUM

fructus, redditus, & proventus; tam ex reā
gia donatione, quam ex iure decimarum,
aut alio quovis modo, ad eos de præsenti,
aut in futurum pertinentes; videlicet
ordine litterario, Decano, Archidiacono,
cantori, scholastico, thesaurario, & Cano-
nicis, necnon portionibus integris, & di-
midijs, & omnibus alijs supra notatis, &
dominatis, modo sequenti.

§. XXI.

DEcano scilicet centum & quinquā-
ginta libras (*Pesos* vulgaritèr in illis
partibus nuncupatos) quarum librarum
quælibet vnum castellanum aureum, qua-
dringentos octoginta quinque morapeti-
nos monetæ vſitatæ Hispaniæ constituens;
Archidiacono centum & triginta valoris
eiusdem *Pesos*, seu castellanos, & cuilibet
de Dignitatibus totidem, & cuilibet de
Canonicis centum, portionariorum cuili-
bet septuaginta, dimidijs triginta quinque,
Cappellanis quidem viginti, Acolytis sin-
gulis duodecim, organistæ sexdecim, &
Notario totidem, Perticario totidem
œconomo verò quinquaginta, caniculario
quidem duodecim libras auri similes to-
tidem castellanos, & morapetinos con-
stituentes, ex nunc pro tunc, ordine litterarū
rio, prout exprimitur, ſervato, cum fruc-
tus;

MEXICANUM. 445

tus, redditus, & proventus superexceve-
rint, applicamus, & assignamus.

§. XXII.

ET quia, ut dictum est, propter offi-
cium datum Beneficium; volumus,
& in virtute sanctæ obedientiæ distinctæ
præcipiendo, mandamus, quod prædicta
stipendia sint quotidianæ distributionis
assignatæ, distributæ quotidie inter essenti-
bus singulis horis, nocturnis pariter, &
diurnis exercitijs dictorum officiorum.
Itaque à Decano usque ad Acolytus in-
clusivè, is qui alicui horæ non interfuerint
in Choro, stipendio, sive illius horæ distri-
butione careat; & officialis, qui sui officij
exercitio, vel executioni deerit, multerur
similiter singulis vicibus prorata salarij.
Tales verò distributiones, quibus absentes
privantur, alijs inter essentialibus accrescant.

§. XXIII.

Item volumus, & eadem autoritate
ordinamus, ut omnes, & singulæ Dig-
nitates, Canonici, & portionarij dictæ nos-
træ Ecclesiæ Cathedralis teneantur reside-
re, & servire in prædicta nostra Ecclesia
per octo menses continuos, aut interpola-
tos; alioquin nos, vel successores nostri,
qui



446 CONCILIUM

qui pro tempore fuerint , aut capitulum Sede vacante, teneantur, eo prius vocato, & audito , si iustam , & rationabilem causam absentiae non habuerit, & allegaverit; perfonatum, & canonicatum, sive portionem, vacantem pronunciare, & de illo, vel illa idoneis, ad praesentationem tamen praefatae Catholicae Maiestatis , & eorum in Regnis Hispaniae successorum , providere. Iustam autem absentiae causam hoc loco diffinimus aegritudinem , dum tamen Beneficiatus infirmus in civitate maneat, aut in suborbis eiusdem civitatis. Aut si eam incurrerit stans extra civitatem, cum redierit, aut reddere paraverit ad eam, dum tamen hoc probationibus legitimis confiteret, vel cum de mandato Episcopi, vel capituli simul, & pro causa, & utilitate Ecclesiae, absens fuerit. Itaque ista tria concurrant in hac sua absentia.

§. XXIV.

Volumus insuper , & de consensu, & benepiacito Serenissimae Maiestatis , & eadem authoritate Apostolica statuimus, decernimus, & mandamus, quod omnium decimarum , tam Cathedralis, quam aliarum Ecclesiarum dictae civitatis, & Dioecesis, fructus, redditus, & proven-
tus



MEXICANUM. 447.

tas in quatuor æquales dividantur partes, quarum vnā nos, & successores nostri Episcopi perpetuis, futurisque temporibus, pro onere Pontificalis habitus sustentando, & vt decentius, & iuxta Pontificalis officij exigentiam, statum nostrum sustentare valeamus, absque aliqua diminutione pro nostra speciali mensa habeamus. Decanus verò, & capitulum, & reliqui ministri Ecclesiæ, quos supra assignauimus, aliam quartam partem, modo præmissa inter eos dividendam habeant, à quibus partibus licet ex commissione Apostolica, & longo temporis usu, moribus, & consuetudine approbata eadem Catholica Maiestas tertiam partem (*Tercias* in Hispania vulgaritèr nuncupatas) habere, & recipere integralitèr consuevit, volens erga nos suæ libertatis dexteram extendere, prout extendit circa alias partes, & circa qualitates infra expressas, nos, & Episcopos successores, ac capitulum prædictos, vt magis debitores tanto munere refectos reficeret; & vt pro eadem, & regijs eiusdem Maiestatis successoribus preces effundere tenemur, in nostræ, & dictæ Ecclesiæ nostræ, & capituli in sua quarta decimarum parte liberos, & exemptos esse voluit. Reliquæ verò duæ quartæ partes

tes iterum in novem dividendas partes decernimus, duas, quarum eidem Maiestati Serenissimæ in signum superioritatis, & juris patronatus, ac ratione acquisitionis prædictæ terræ, futuris perpetuis temporibus percipiendas, & levandas, applicamus.

§. XXV.

DE reliquis verò septem partibus bifariam duximus esse faciendam divisionem. Quarum quatuor de dictis septem omnium decimarum Parochiæ nostræ Cathedralis Ecclesiæ applicamus mensæ capitulari, ut melius Ecclesia valeat administrari. Ex quibus quatuor partibus nos, & successores nostri, cuilibet vestrorum assignamus sexaginta *Pesos* vulgariter nuncupatos, Sacristæ verò quadraginta. Qui quidem Rectores habeant omnes primitias, præter octavam partem, quam applicamus Sacristæ, qui etiam Rectores quotidie in Choro, Missæ maiori, ac Vespertinis horis, superpelliceis induti reside-
re teneantur, ut commodius animarum saluti Sacramenta exercere valeant, ne eorum absentia, seu in curia, quis absque aliquo Sanctæ Mariæ Ecclesiæ, Sacramento incautè discedat. Et donec fructus excre-

MEXICANUM. 449.

bus, conferatus Acolytis, Organistæ, & Percarioro, quod supra dictum est: & quod superfuerit, habeat prædicta mensa Capitularis.

§. XXVI.

IN singulis vero Parochialibus Ecclesijs, tam dictæ Civitatis, quàm totius nostræ Diœcesis, quatuor prædictæ de dictis septem partibus simul cum primitijs, Beneficijs in vnaquaque dictarum Ecclesiarum erigendis, & creandis applicamus; declarantes etiam simili modo octavam partem dictarum quatuor partium, atque primitiarum, sic dictis Beneficijs applicatarum, Sacristæ cuiusque Parochialis Ecclesiæ dictæ Civitatis, & Diœcesis nostræ esse tribuendam.

§. XXVII.

Volumus autem, & ordinamus, quod omnibus dictæ Civitatis, & Diœcesis nostræ Ecclesijs Parochialibus (excepta nostra Ecclesia Cathedrali) tot Beneficia simplicia creentur, & ordinentur, quot ex quantitate reddituum dictarum quatuor partium, sic eisdem Beneficijs applicatarum, creati, & ordinari poterunt. Assignata tamen congrua, & honesta

E f luten

450 CONCI LIUM

sustentatione Clericis, quibus Beneficia illa conferri debent. Itaque nullus sit determinatus dictorum Beneficiorum numerus, sed superexcreſcentibus fructibus, crescat etiam Ministrorum copia in eisdem Ecclesijs. Quæ quidem prædicta Beneficia simplicia, servitoria, quæ pro tempore in dictis Ecclesijs creati contigerit, ut dictum est, quotiescumque contigerit vacare, quo vis modo, providere volumus, & instituimus filijs dumtaxat patrimonialibus descendentibus ab incolis, qui ex Hispania, dictam Provinciam transmeant; aut ad eam in habitandam, in futurum transire contingat, donec in posterum visa, & cognita per nos, vel successores nostros Christianitate, & capacitate Indorum ad instantiam, & petitionem supradicti patroni, nunc, vel pro tempore existentis, visum fuerit Indijs, etiam naturalibus dicta Beneficia providenda (præmisso prius examine, & dispositione iuxta formam, & laudabilem consuetudinem in Episcopatu Palentino hæctenus observandam) inter filios patrimoniales, quibus sic de dictis Beneficijs provisum fuerit, infra annum, & dimidium à die sibi factæ provisionis, teneantur præsentare, & ostendere coram dictæ

Pro



MEXICANUM. 451

Provinciæ appellationum Iudicibus, aut
 Governatore, pro tempore ibidem existen-
 tibus, ratihabitationem dictarum Catho-
 licarum Maiestatum, vel pro tempore suc-
 cessorum suorum, in Hispaniæ Regnis col-
 lationem, & provisionem sic sibi prædicta
 forma factam: alioquin prædicta Benefi-
 cia eo ipso vacare censeantur. Præfatique
 Catholici Reges, sive illorum successores,
 personas alias possint ad dicta Beneficia,
 iuxta prædictam formam qualificatas,
 præsentare.

§. XXVIII.

Volumus autem, quoad donec
 existant filij patrimoniales, qui
 iuxta præfactam consuetudinem Palenti-
 nam, possint eligi ad dicta Beneficia; pro-
 visio dictorum Beneficiorum fiat ad præ-
 sentationem dictarum Catholicarum Ma-
 iestatum patronorum, & non alias.

§. XXIX.

Sed quia animarum cura dictæ Civi-
 tatis, ac totius nostræ Diocesis, ad
 nos, & futuros successores nostros princi-
 paliter, & præcipue spectat, tanquam qui
 iuxta Apostoli sententiam, de illis in die
 Iudicij rationem reddituri sumus; acce-



452- CONCILIUM

dente ad hoc consensu ac voluntate earundem Catholicarum Maiestatum, patronorum prædictorum, & sua instante petitione, ac auctoritate, & tenore prædictis; volumus, & ordinamus, quod in nostra Cathedrali Ecclesia, & in omnibus dictæ Civitatis, ac nostræ Diocesis Ecclesijs Parochialibus, nos, & Prælati, qui pro tempore fuerint, commendemus, & iungamus animarum curam pro nostræ voluntatis arbitrio, cui viderimus ipsarum Ecclesiarum Beneficiato, seu Beneficiatis, seu cuicumque alij Sacerdoti, etiam non Beneficiato, pro eo tempore, ac sub illa forma, quibus nobis visum fuerit dictarum animarum saluti magis expedire, sub divini obtentatione iudicij futuros omnes, & nostros successores exhortantes, & relinquentes, quod in hac comissione animarum nulla sit apud eos personarum acceptatio; sed solum sibi à Deo commissarum ovium utilitati consulant, & salutì. Et ut qui præfate animarum curæ à nobis, vel illis præpositi fuerint, congruentius valeant sustentari; & pro ipsarum animarum sollicitudine aliquam recipiant temporalem retributionem; applicamus eorum cuilibet primitias omnes Parochiæ illius, in qua sic curam

MEXICANUM. 453

ram animarum gesserit, relicta parte Sacristæ superius designata.

§. XXX.

Volumus in super, & ordinamus, quòd institutio, & destitutio Sacristarum omnium Ecclesiarum nostræ Diœcesis fiat semper ad nutum, & dispositionem nostram, & nostrorum pro tempore successorum cum moderatione salarii, si forsan prædicta pars, quæ sibi (ut præmissum est) solvi debet, in magnam excreverit quantitatem. Ita tamen, quòd quidquid ex octava eadem parte illis per nos, vel successores nostros ademptum fuerit, vi ipsius Ecclesiæ fabricam, vel aliquod Divini cultus augmentum eiusdem Ecclesiæ, & non alios usus, consumi debeat.

§. XXXI.

Similiter tres partes restantes de septem partibus supradictis, in duas iterum partes æqualiter dividantur: quarum vnam, scilicet medietatem trium dictarum partium, cuiuslibet dictorum oppidorum Ecclesiæ fabricæ liberè applicamus: reliquam vero partem, videlicet medietatem trium dictarum partium, hos-

454 CONCILIUM

pitalibus cuiuslibet oppidi consignamus; de qua quidem medietate, sive parte eisdem hospitalibus applicata dicta hospitalia teneantur hospitali principali, ubi Cathedralis fuerit Ecclesia, decimam solvere. Applicamus etiam eadem auctoritate in perpetuum fabricæ nostræ Diœcesis dictæ Santissimæ Mariæ, omnes, & singulas decimas vnius parochiani eiusdem Ecclesiæ, & omnium aliarum Ecclesiarum totius Civitatis, & Diœcesis; dum tamen talis parochianus non sit primus, seu maior, vel dignior nostræ dictæ Ecclesiæ Cathedralis, & aliarum Ecclesiarum nostræ dictæ Diœcesis, sed secundum post primum.

§. XXXII.

Officium vero Divinum, diurnum pariter, & nocturnum, tam in Missis, quam in Horis, fiat semper, & dicatur secundam consuetudinem Ecclesiæ Hispaniensis, donec, & quousque Synodus celebretur.

§. XXXIII.

Volumus insuper, & de eius celsitudinis instantia, & petitione ordinamus, quod portionarij ipsi vocem habeant in capitulo, vnâ cum Dignitatibus,



MÉXICANUM. 455

bus, & Canonicis, tam in spiritualibus, quam in corporalibus, præterquam in electionibus, & alijs à iure prohibitis casibus, qui solis dignitatibus, & Canonicis pertinent.

§. XXXIV.

ET insuper volumus, & de eius serenitatis instantia, & petitione ordinamus, quod in dicta nostra Cathedrali Ecclesia (præterquam in diebus festivis, in quibus vna tantum Missa solemniter celebrabitur hora tertiarum) duæ quotidie Missæ celebrentur, quarum vna primis diebus veneris cuiuslibet mensis, de anniversario fiat pro Hispaniæ Regibus præscriptis, præsentibus, & futuris, diebus vero sabbati, Missa prædicta in Virginis gloriosæ honorem, pro præfatorum regum in columitate, & salute respective celebretur. Cuiuslibet autem mensis prima die lunæ eadem Missa pro animabus in Purgatorio existentibus solemniter dicatur. Reliquis vero diebus prædicta Missa de prima possit celebrari ad voluntatem, & dispositionem cuiuslibet personæ volentis ipsam dotare. Dictique Episcopus, & capitulum possint quamcumque dotem recipere, & à quibusvis personis



456. CONCILIUM

sibi oblatam pro eiusdem Missæ celebritate. Secunda verò Missa de festo, vel de festiâ occurrenti secundum ritum Hispaniæ Ecclesiæ, vel alias, hora tertiarum celebratur & quicumque maiorem Missam celebraverit, ultra communem distributionem omnibus illi Missæ interessentibus assignatam, vel assignandam, stipendium lucretur triplum, quam ad quamcumque diei horam; Diaconus verò duplum, & Subdiaconus simplum. Et quicumque maiori Missæ non interfuerit, tertiam, & sextam illius diei non lucretur, nisi ex rationabili, & iuxta causa, & Decani licentia, vel alterius in choro pro tempore præsentis, absens fuerit: super quo petentis licentiam, & concedentis conscientiam oneramus. Et quicumque similiter Matutinis, & Laudibus interfuerint, triplum lucretur, quam ad quamcumque diei horam, & insuper stipendium primæ, quamvis illi non interfuerint.

§. XXXV.

Volumus insuper, & de eiusdem Majestatis instantia, & petitione ordinamus, quod vis in qualibet hebdomadâ capitulum teneatur, feria videlicet sexta, & tertiæ quod feria tertia peractetur ibi-
dell



MEXICANUM. 457.

Item de negocijs occurrentibus ; feria autem sexta de nulla alia re , nisi demorum correctione , è emendatione tractetur , & de ijs quæ ad Divinum cultum debite celebrandum , & ad Clericalem honestatem in omnibus , & per omnia , tam in Ecclesia , quam extra conservandam spectent. Et quælibet alia dies ad capitulum celebrandum sit interdicta ; nisi novi casus , qui emerferint illud exegerint. Per hoc autem volumus iurisdictione nostræ Episcopali , aut successorum nostrorum , circa correctionem , & punitionem dictorum Canonicorum , aliarumque personarum nostræ Cathedralis Ecclesiæ aliquatenus derogari. Quam omnimodam correctionem , punitionem , & iurisdictionem in dictas personas nobis , & dictis successoribus reservamus ; ad instantiam , & petitionem præfatorum Maiestatum patronorum , & de eorum consensu. Item eadem auctoritate , & de eiusdem Catholice Maiestatis beneplacito , statuimus , & ordinamus quod quilibet dictæ nostræ Ecclesiæ ; & Diocesis Clericus primæ tonsuræ , ad hoc ut possit privilegio gaudere , Clericalem deferat tonsuram , unius regalis argentei magnitudine , monetæ vsualis Hispaniæ , & per duos digitos infra aures
tans



438 CONCILIUM

tantum, à tergo prosequenter, scissura capillos tondeat, vestibusque honestis induatur, chlamyde, videlicet, vel mantelo seu pallio, quod vulgariter *loba* nuncupatur, ò *manteo*, clauso, vel aperto, ad terram protensis, non rubei, croceique coloris, sed alterius honesta coloris, quibus tam in vestibus superioribus, quam inferioribus vtatur.

§. XXXVI.

Itidem eadem Apostolica auctoritate, nec non de eiusdem celsitudinis, & Catholicæ Maiestatis consensu deliberato (quia in ipsa *de Mexico* in Nova Hispania vulgariter nuncupata, Civitate Mexicanensi, & sub invocatione Beatissimæ Mariæ Virginis Assumptionis, Cathedralē Ecclesiam in honorem eiusdem Virginis Assumptionis, Apostolica auctoritate perpetuo erigimus) domos, habitatores incolas, & vicinos tam intra Civitatem, quam in sub orbis eiusdem Civitatis, de præsentī, vel in futurum habitantes, & commorantes: in dictæ Ecclesiæ Virginis Mariæ Assumptionis Parochianos deputamus, & assignamus, donec in dicta Civitate commoda per nos, & nostros successores fiat divisio Parochiarum



MEXICANUM. 459

rum: cui etiam iura Parochialis Ecclesie solvere teneantur, decimas, primitias, & oblationes offerre; & à Rectoribus eiusdem Ecclesie confessionis, Eucharistie, & alia Sacramenta recipere, nec non eisdem Rectoribus Sacramenta huiusmodi conferre, & administrare, & parochianis accipiendi licentiam concedimus pariter, & facultatem.

§. XXXVII.

Item volumus, statuimus, & ordinamus, quod consuetudines, constitutiones, ritus, & mores legitimos, & approbatos, ~~etiam~~ officiorum, quam insigniarum, & habitus anniversariorum, officiorum, Missarum, aliarumque omnium caeremoniarum approbatarum Ecclesie Hispalensis, nec non aliarum cuiusvis Ecclesie seu Ecclesiarum, ad nostram Cathedralam decorandam, & regendam necessario reducere, ac transplantare, libere habeamus.

+
farn.

§. XXXVIII.



§. XXXVIII.

ET quia quæ de novo emengunt , no-
vo indigent auxilio ; igitur litera-
rum supradictarum virtute nobis , & suc-
cessoribus nostris plenissimam emendan-
di , ampliandi , & ea quæ oportuerit , sta-
tuendi , & ordinandi , in posterum po-
testatem reservamus, vt possimus id face-
re de consensu, petitione, & instantia re-
giæ Maiestatis ; quam circa quæstionem,
& taxationem doris perpetuam, vel tem-
poralem , & limitum nostri Episcopatus,
& omnium Beneficiorum; quam circa re-
tentionem decimarum , vel divisionem
earundem , secundum tenorem Bullæ
Alexandri , per quam ipsis Regibus His-
paniæ fuit facta donatio decimarum. (*Li-
cet ad præsens per eandem Regiam Ma-
iestatem ad alimenta nobis sint , cum
his tamen qualitatibus donata.*) Quæ
omnia , & singula , instantibus , & pe-
tentibus prædictis dominis meis Regina,
ac Regibus , dicta Apostolica authorita-
te, qua fungimur in hac parte , & melio-
ribus, modo, via, atque forma, quibus me-
lius possumus , & de iure debemus, erigi-
mus, instituimus, creamus, facimus, dis-
ponimus, & ordinamus, cum omnibus, ac



MEXICANUM. 461

ſingulis ad id neceſſarijs , & opportunitis , non obſtantibus contrarijs quibuſcumque , & illis præcipuè , quæ Sanctiſſimus Dominus noſter præfatus , in ſuis præſentis litteris Apoſtolicis voluit non obſtare ; & ea omnia , & ſingula , omnibus , & ſingulis , præſentibus , & futuris , cuiuſcumque ſtatus , gradus , ordinis , præheminentiæ , vel conditionis fuerint , intimamus , inſinuamus , & ad omnium notiã deducimus , & deduci volumus ; per præſentes mandamus prædicta authoritate , & ſanctæ obedientiæ virtute , omnibus , & ſingulis ſupradictis , & ea omnia , & ſingula , quemadmodum à nobis inſtituta ſunt , obſervent , & obſervari faciant . In quorum omnium , & ſingulorum fidem , & teſtimonium præmiſſorum , præſentes litteras , ſivè præſens publicum inſtrumentum , exinde fieri , & per Notarium publicum inſcriptum ſcribi , & publicari , noſtrique ſigilli iuſſimus , & fecimus appentione communiti . Datum Toleti ſub anno à

Nativitate Domini milleſimo quingentefimo tricceſimo
quarto.



STATUTORUM PARS PRIMA.

CAPUT I.

Imprimis hæc Sancta Synodus statuit; & præcipit, vt quando aliquis in Prælatum huius Metropolis, seu Provinciæ electus, ad capiendum suæ sedis possessionem personalitèr, seu per procuratorem, venerit; ante omnia Bullas, seu litteras Apostolicas super præsentatione, per Regiam Maiestatem desuper facta expeditas; decano, & capitulo præsentet. Qui postquam eas viderint, ac legitimas esse reperint, capitulares omnes, vocem, & suffragium in electionibus iuxta præfatam erectionem habentes, ad capitulum sequenti die habendum, citari, & vocari faciant; vbi de electi huiusmodi receptione debita cum solemnitate facienda deliberent. Et in ea postquam decreta fuerit, procedant sub hac forma.

§. I.

Præbendati omnes, qui capitulo, vt præfertur, congregando interfuerint ab aula capitulari ad Ecclesiæ corpus exeant, ibique electum personalitèr accedentem accipiant; electo autem huiusmodi



MEXICANUM. 463

di per procuratorem accedenti, Præbendati quatuor ex antiquioribus, per eiusdem capituli præfidentem nominandi, ad ipsius aulae capicularis ianuam obviam procedant. Sedes verò in capitulo diversimodè, iuxta venientis huiusmodi personæ qualitatè, præparetur. Electo enim personalitèr accedenti, faldistorium cum pulvinaribus, ac cæteris eum actum concernentibus, disponatur. Procuratori autem tapetum, sella, & pulvinà ad pedes collocetur. Electo præterea in eodem faldistorio Missale statuatur, vt præstandam ab eo iuramentum præstet, & sub forma sequenti.

§. II.

NOs P. Archiepiscopus de Mexico iuramus per Deum, & hæc Sancta Dei Evangelia, quòd erectionem huius Sanctæ Ecclesiæ Mexicanæ observabimus, & observare faciemus: consuetudines bonas, & approbatas eiusdem Ecclesiæ, in quantum non contrariantur prædictæ erectioni, Sacris Canonibus, & Sancti Concilij Tridentini decretis, & Provincialis Synodi Mexicanæ editis constitutionibus, manè tenebimus, iuraque nostræ Dignitatis, & Ecclesiæ sponsæ nostræ in nullo infringere, pro viribus conabimur.

Sem-



464 CONCILIUM

Semper præ oculis habentes verum Dei obsequium, & animarum profectum, prout ex debito nostræ Pastoralis sollicitudinis tenemur. Ita nos Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

§. III.

Cuiusmodi iuramentum procurator, & qui possessionem electi nomine capturus accesserit, præstare teneatur. Quo præstito, capitulares omnes, nemine dempto, processionis ordine hymnum: *Te Deum laudamus*, solemniter decantantes, præcedentibus, tam eiusdem Ecclesiæ Cathedralis Cruce, quam Parochialium, Monasticarum, Eremitarumque Ecclesiarum Crucibus: vna cum ipsarum Vicarijs, Parochis, Ministris, ac vniuerso Clero, qui ad hoc præuenire debent, electum ipsum, sub umbraculo, seu baldachino, per Dignitates, & in eorum defectum, per Præbendatos huiusmodi seniores, ferenda, ad Chorum eisque committentur. Quo cum peruentum fuerit, crucibus, Clero, & Monachis prædictis, ad chori fores detentis, capitulares omnes electum adhuc sub baldachino procedentem, eodem ordine comitantes, chorum ingre-
diantur: cum denique electum, in sede

MEXICANUM. 285

Episcopali, in signum possessionis per
duos ex Dignitatibus antiquiores Bene-
ficiatos collocent. Procuratorem vero,
duo per Præsidentem deputandi capitula-
res (solemnitate ac possessione huiusmodi
prætermisissis) factaque in ipso actu de-
monstratione, quæ personam propriam à
substituto distinguat, in eadem Archie-
piscopali Sede constituent. Quibus per-
actis ordine; processione ac forma præ-
missis, ad locum Capituli iidem capitula-
res revertantur, ibique electum in Ar-
chiepiscopali eiusdem Capituli Sede mo-
do præscripto collocent; ac tunc Deca-
nus, vel qui in eius absentia præcederit,
surgens à loco suo; & ad Sedem eandem
magna cum observantia, & reverentia ac-
cedens, flexis genibus, electo, ut præter-
tur, sedenti, manum deosculetur, eoque
signo ipsum in dominum, Prælatum, &
Pastorem recipiat; ac eidem, ut tali, de-
bitam præstet obedientiam; idemque ip-
sum, modo, & forma prædictis, reliqui
Capitulares, servato antiquitatis ordine,
faciant. Quibus effectis, aperta eiusdem
loci Capitularis ianua, omnes Beneficiati,
Parochi, Rectors, Vicarij, Cappellani,
atque servientes, reliquus denique Cleri-
cus ibi repertus, famuliter intrent; idem-

que recognitionis , & obedientiæ signum
Prælati exhibeant.

§. IV.

Procuratorem verò, qui possessionem
prædictam electi nomine capturus
venerit, Decanus , & Capitulum , Hym-
num : *Te Deum laudamus* , similiter ca-
nentes , prætermisso baldachino , à loco
Capituli ad Chorum deducant, ipsumque
primo in Sede Chori , ac de inde in Sede
Capituli Archiepiscopalibus confedere fa-
ciant: ibique in obedientiæ debiti Præla-
to , cuius illæ personarum , & iurisdic-
tionem gerit, recognitionem, eidem Capitu-
lari ordine suo , cum decenti submissio-
nis , & reverentiæ demonstratione , eius-
dem Procuratoris, ut præfertur, sedentis,
manum, sua quisque manu dextera por-
recta, contingant , porrectamque manum
ad se solventes deosculentur , & hoc ip-
sum reliqui Beneficiati , & Parochi cum
toto Clero faciant.

§. V.

VT Prælati capta per Procuratoris
rem possessione , debita cum so-
lemnitate recipiatur Civitatem ingre-
diens, sequens forma servetur.



MEXICANUM 467

§. VI.

IN primis Decanus, & Capitulum, omnes, & singulos Præbendatos, & Parochialium Ecclesiarum Rectores, ac Beneficiatos, Priores quoque, & Conventus Religiosorum eiusdem Civitatis, ut die, & hora ingressus prædicti cum suis crucibus de more conveniant, præmoveri, citari, & vocari faciant; ac processionis ordine una cum ipsius Cathedralis Ecclesie cruce, ingrediente Prælato obviam procedant.

§. VII.

Prius tamen iisdem Decanus, & Capitulum, & omnes Clerici, qui ad hoc congregari potuerint, suis mulis sedentes, præcedente eiusdem Capituli sceptrifero, sceptrumque suum manu gerente, debita eius actus conformitate, & ordinatione servata, extra Civitatem, ad mediam levam, vel eo minus, ad Præsidentis arbitrium, progrediantur: & ipsi prælato, cum ad eum pervenerint, eodem quo procedunt ordine, singuli, & reverentiam exhibeant, & illius manus deosculentur. Quo facto, omnes ad Ecclesiam, decentibus ad processionem vestibus præparandi, sine

468 CONCILIUM

moraredeant. Processionis autem huiusmodi initium omnes, tam eiusdem Cathedralis Ecclesiae, quam reliquarum Parochialium, Monasticarum, & Eremiticarum Ecclesiarum, Hospitaliumque, cymbala hilari sonitu prænuncient: & quamdiu eadem processio duraverit, similiter pulsentur.

§. VIII.

POSTquam ad Ecclesiam omnes pervenerint, Decanus, vel qui praesidens fuerit, pluviali indutus, una cum duobus Ministris, Diaconi, & Subdiaconi habitum, & insignia gerentibus; reliqui verò praebendati pretiosioribus Ecclesiae pluvialibus pariter ornati processionis ordine, praevia eiusdem Cathedralis Ecclesiae cruce, praecipuam ipsius Ecclesiae ianuam, qua Praelato datur ingressus, egrediantur: sicque procedant, quousque crux eadem ad certum fori locum, precioso salsistorio, decenter ornatum, pervenerit. Quo loco accedens Praelatus genibus flexus, eandem crucem sibi per Praesidentem, ut praefertur, ornatum, porrigendam, deosculetur. Ad vitandum verò confusionem, antequam Praelatus tula descendat, eadem processio ad

Ecc

MEXICANUM. 469

Ecclesiam reddeat, Præbendatis cum choro musicorum retrò manentibus, qui Antiphonam : *Sacerdos*, & *Pontifex*, &c. in Ordinario præscriptam concinant, & illa cum reliquis necessarijs, pronuntiata; Hymnum: *Te Deum laudamus*, alternatis versibus canentes, eodem processionsis ordine ad Ecclesiam regrediantur. In cuius ingressu idem præsidens, vt supra ornatus, aquæ benedictæ aspersorium Prælati, qui se, & circumstantes aspergat, illius manum deosculatus, offerat; deinde ad altare maius similiter ordinati procedant, vbi Prælatus super pavementum falsistorio coopertum, dum Antiphona in ordinario præscripta cum versibus dicitur, genua flectat: Quibus dictis, Prælatus inde surgat, & eisdem Comitantibus, altare maius ascendat, ibique omnibus astantibus Episcopalem benedictionem impendat, & inde solemnitate, cruce, & processione huiusmodi prætermisissis, domum suam, eisdem comitantibus, adeat.





470

CONCILIUM

CAPUT II.

De loco Capitulari.

§. I.

QUoniam iuxta constitutiones, & ordinationes in huiusmodi Archiepiscopatus, & Provinciae erectione conditas; quinque Dignitates, Decanus videlicet, Archidiaconus, Cantor, Scholasticus, & Thesaurarius: decem quoque Canonici, sex etiam integri, ac totidem dimidij portionarij, esse debent; ideo hæc Sancta Synodus decernit, & mandat, vt hi omnes in Capitularibus ipsorum Congregationibus ordine infra scripto sedeant. Imprimis quidem Decanus ad Sedis Prælati destinatæ latus dextrum, & penes Decanum cantor ac tertio loco Thesaurarius; quinque deinde Canonici, tres postea integri, tres denique dimidij portionarij, vnus post alium, iuxta traditæ cuiusque possessionis prioritatem, consideant. Ad sinistrum autem eiusdem Sedis Archiepiscopalis latus, primam Archidiaconus, secundum Scholasticus, quinque deinde Canonici, sex demum integri, & dimidij portionarij sequen-

MEXICANUM. 247

quentes successivè Sedes, servato eiusdem antiquitatis ordine, teneant.

§. II.

STatuit præterea eadem sancta Synodus, vt Dignitates Canonici, integri, ac dimidij portionarij prædicti, in quibuscumque officiorum, tam Divinum cultum, & horarum Canonicarum celebrationem, quam reliqua per Capitulares agenda negotia concernentium, distributionibus, ac deputationibus, ordine superioris descripto, iuxta cuiusque antiquitatem, nulla prorsus habita ratione quousque chori latere, dextro videlicet, aut sinistro, locum teneat, inter se præferantur.

§. III.

IN processionibus autem, Præbyter celebraturus, medius inter utrumque chorum incedat; ita vt Decanum quidem dextrorsum, Diaconum vero paratum sinistrorsum habeat. Quod si Decanus abfuerit, dextrum Diacono, sinistrum vero Archidiacono latus præbeat.

472 CONCILIUM

§. IV.

QUæ tamen procedere non intelligantur quoties Capitularibus actibus, & processionibus huiusmodi Prælati intervenerit. Nam iuxta supremæ Dignitatis, & potestatis eius exigentiam (sacrosancto Tridentino (b) disponente Concilio) primam in choro, processionibus, & quibusvis alijs actibus, locum, seu quam ipsæ capere, & eligere voluerit, Sedem habere debet.

(b) Sess 25. c.
6 verb Episc.
de Reform.

CAPUT III.

De Decano, & eius præminentijs.

§. I.

Cuiusvis Cathedralis Ecclesiæ huius Archiepiscopatus, & Provinciæ Decanus, sacro Presbyteratus ordine insignitus existat; sin minus, ad eam Dignitatem minime recipiatur. Quamvis etiam in præinserta erectione, hæc à Decano qualitas non requiratur; eadem tamen sancta Synodus Provincialis Prælatos omnes, ut ibi quando, & quomodo fieri potuerit, sancti Concilij Tridentini

MEXICANUM. 473.

(c) exhortationem opere compleant; im- (c) Sess. 24.
primis admonet, omnibusque sibi ab hu- c 12 verbo:
iusmodi erectione collatis facultatibus, Hortatur etiã
nulla excepta, fungens declarat, quod
quoties officia seu ministeria, per Capitu-
lares, tam in choro, quã ad Altare, or-
dine in tabula designando, per agenda,
aliquibus præbendatis committi contige-
rit, qui vel ea acceptare noluerint, vel
semel acceptata, suis locis, & tempore
præstare negligenter omiserint; tunc de-
canus, non solum rebelles, & negligentes
multare; sed etiam officia vel ministeria
per eos omissa, alijs committetur (habi-
ta officij seu ministerij huiusmodi, ac præ-
bendari, cui commissum fuerat, de effectus-
que & negligentia ratione) possit, ac de-
beat.

§. II.

Insuper ad decanum (d) quam diu in (d) Constitu-
ciuitate fuerit, & non ad aliquem tio Hispal. fol
alium Capitularem, eosdem capitulares ad 50.
extraordinarium Capitulum (quod non
nisi in gravibus negotijs, quæ Ordinarium
Capituli diem spectare non possint, fiat)
sub iusta & rationabili pœna citare & con-
vocare pertineat. Quoties autem similia
occurterint, decanus brevem negotij, seu
negotiorum tractandorum rationem scer-
tri

474 CONCIDIUM

trigero, qui eandem capitularibus expō-
nat, in scriptis tribuat. Quod si negotia
huiusmodi talia fuerint, quæ vt præfertur
explicari non debeant; tunc Capitulares
ad gravia negotia vocari, dixisse sufficiat.
Id quod hæc Sancta Synodus ipsius deca-
ni, vel eius, qui absente eo, præsentia
munus obierit, prudentiæ committit, iux-
ta huius Sanctæ Synodus decreta, in Sa-
cro sancti Generalis Concilij Tridentini (e)
obedientiam & conformitatem edita:

(e) Sess. 25.
cap. 6.

§. III.

AD eundem similiter decanum nego-
tia in Capitulo tractanda propone-
re spectet. Illo vero negotium quodvis si-
bi per aliquem ex Capitularibus insinua-
tum, proponere nolente, vel differente,
illud ipsum, ac decernent Synodo, qui-
cumque capitularis, petita prius à Capi-
tulo licentia proponere possit, id vero de-
cano vel præsentente huiusmodi impedire
conanti, datis ibi sine vlla scandali no-
ta suffragijs, quod pars capituli maior
deliberavit, hoc fiat & observetur.

§. IV.

VT autem debitus in choro & acti-
bus capitularibus ordo teneatur,
sic

MEXICANUM. 473

fitque semper qui absente decano præsi-
deat & regat; eadem statuente Synodo,
declaratur, vt absente decano, Archidia-
conus; hoc verò deficiente, Cantor; in
huius autem absentia, Scholasticus; in cu-
ius defectum Thesaurarius, in præsiden-
tia succedat: absentibusque Dignitatibus,
Canonicus, vel præbendatus antiquior
vbique præsideat.

§. V.

STatuit tamen & ordinat eadem San-
cta Synodus, vt nullus ex capitula-
ribus, quambis absente decano, præsi-
dere valeat, nisi quamdiu in sede sua emi-
nenti se derit, præsentia muneris funga-
tur. Declarat nihilominus, hoc statuto
decanum, cui iuxta præmissæ creationis
tenorem præsidendi in choro dignitas, &
præminèntia competit, non compræhen-
di; sed ipsum in quouis chori loco exis-
tente præsideri posse, extra chorum ta-
men huiusmodi, quamvis in Ecclesiâ exis-
tat, non præsidere. Decani autem defe-
ctus, vel excessus, si quos ille in suo offi-
cio commiserit, per capitulares plene
congregatos, habita loci ac dignitatis
eius debita ratione, in capitulo adver-
tentur & corrigantur.

276

CONCILIUM

CAPUT IV.

De Archidiacono.

Quilibet, tam Metropolitanæ, quam cuiusvis in hac Provincia constitutæ Cathedralis Ecclesiæ, archidiaconus, (qui vel in altero iurium, vel in Theologia saltem baccalaureus graduatus esse debet). quæcumque sibi per supra insertam erectionem concessa & declarata sunt, præstare & exercere potest. Prælati tamen cum potuerit Sancti Concilij Tridentini (f) exortationem opere compleri faciat.

(f) Sess. 24. c.
12. verb. Arch.
ch. de Refor.

CAPUT V.

De cantoris officio ac dignitate.

§. I.

(g) Constitut.
Hispal. fol. 53

Cantori vero præterea (g) quæ in præfata erectione præcipiuntur & iniunguntur, cuiuslibet hebdomadæ tabulam, seu matriculam, ab omnibus observandam præscribere, seu præscribi facere, & quæ quibusque hebdomadæ diebus recitanda, celebranda, seu dicenda sint, antequam ad mat-

MEXICANUM.

377

inadvertere, tam Dignitatibus, & Canonicis Missas, quam integris ac dimidijs portionarijs Evangelia, Passiones, Epistolas, lectiones, ac lamentationes, quam etiam capparum gestationem, servato antiquitatis ordine, & habitu, officiorum huiusmodi alternatione, committere, per novam huius Sanctæ Synodi declarationem deinceps incumbat.

§. II.

AD cuius etiam, vel eius locum tenentis, succentoris officium introitorum versus, *Alleluia*, Responsoria, Antiphonas, Prophetias, ac cerei paschalis benedictionem, per præfixum in matricula seu tabula huiusmodi distributionis ordinem commendare, Capellanes præterea servientes, & chori Ministros; qui tamen omnes eidem reverenter obedire tenentur circa debitam divino cultui, ac Sacris Officijs decentiam, & compositionem, deficientes aut negligentes corrigere pertineat. Cantori autem in præmissis deficienti, vel exedenti, iustam pro culpa modo, attenta eius Dignitate correctionem in capitulo, vel extra illud, decanus adhibeat.

CA.

478 CONCILIUM

CAPUT VI.

De Scholastici Dignitate

§. I.

QUAMVIS iuxta præcisam præscriptæ erectionis formam, Scholasticum vel in altero iurium, vel in Artibus baccalaureum esse sufficiat; hæc tamen Sancta Synodus Provincialis, Sacrosancti Tridentini (h) Concilij, cui se conformat, dispositionem in actè in posterum præcipit observari, eidemque Scholastico imprimis iniungit, vt quoties illi à capitulo commissum fuerit, quascumque eiusdem capituli nomine literas, seu epistolas notet, scribat, easque solito Capitulari sigillo in capsâ sub tribus clavibus (quarum vna penes decanum, vel eius loco præsentem, altera penes eundem Scholasticum, ac tertia penes ipsius Capituli Secretarium existat) servandum sigillit. Quibus eadem Sancta Synodus etiam mandat, vt non nisi indubitatas, ac totius, vel maioris, saniorisque partis Capituli fide ac testimonio probatas literas, ex quibus nullum Prælati, seu Capituli damnum, vel præiudicium obvenire posse

(h) Sess. 23 c.
18 verb De
Cœler. de Re
form. ex Con-
stit. Hispal. fo
lio 56.

MEXICANUM. 479

credatur, sigillare præsumam aut sigillent.
Huius autem mandatj transgressores de-
hinc punitionis rigore subiaceant.

CAPUT VII.

De Thesaurario.

§. I.

Thesaurarius, cui tam quæ in prædi-
cta erectione, quàm quæ in huius
Sanctæ Synodi cærimoniali, & decretis
ordinata réperiant, incumbunt, ea pari-
ter cum sequentibus observet ac præstet.
Pro candelarum benedictione die Purifi-
cationis Beatæ Mariæ faciendæ, ceræ quan-
tatem ac distributionis formam, à Præ-
lato simul cum decano, & Capitulo, præ-
scribendas teneat. Quæcumque Reliquia-
ria, Reliquias, ornamenta, aurum, ar-
gentum, aliquæ Ecclesiæ bona, quæ pro
tempore empta, restaurata, & constitu-
ta fuerint, sub expresso rei cuiusque pon-
dere, valore, dispositione, & qualitate,
sibi per inventarium consignanda reci-
piat. Coadjutores quoque suos Sacristas,
idoneam pro ijs quæ réceperint cautionem
ad eorundem Prælati, & Capituli bene-
placitum præstare faciat.



CONCILIUM

CAPUT VIII

De Canonicis

§. I.

(i) Sess. 24. c.
2. verb. Hor.
tatur de Ref.

Cuiuscumque sub hoc Archiepiscopatu, & Provincia constitutæ Cathedralis Ecclesiæ Canonici, qualitates in supra memorata erectione præscriptas habeant: curent tamen diligenter Prælati, ut ubi, & quando commodè fieri poterit, iuxta Sancti Concilij Tridentini (i) dispositionem, saltem dimidia eorum pars, vel in sacra pagina, vel in iure Canonico Doctores, aut Magistri, aut licentiatii existant; quibus Missas conventuales, exceptis ijs, quæ ad dignitates pertinent, secundum Breviarij, & Missalis, eiusdem Concilij Tridentini Decreto editorum, formati; tabellæ quoque desuper ordinande, ac Cæremonialis per huiusmodi Sanctam Synodum Provinciale constituti, ab omnibus, quos illud concernet, respective observandi, dispositionem, & ordinem dicere iocumbat.

MEXICANUM. 481

CAPUT IX.

De integris, ac dimidijs portionarijs.

§. I.

Integri, ac dimidij portionarij quatuor litatibus in præmissa erectione memoratis ornentur, & iniunctis ab eadem muneribus singuli diligenter incumbant. Circa suffragia vero per eos, in quibusvis actibus, & Congregationibus Capitularibus ferenda, tam præfatæ erectionis, quam literarum executoriarum, in contradictorio iudicio desuper expeditarum, ordo, & forma servetur.

§. II.

Qui omnes Dignitates, Canonici, integri, ac dimidij portionarij, Capitulares supra relati, præbendas suas per quotidianas distributiones, iuxta eiusdem erectionis dispositionem, pro parte singulis eorum assignata, tam in fructum decimarum redditibus, quam in anniversariorum, funerum, & aliorum manualium, & obventionum emolumentis, gaudeant.



CONCILIUM

CAPUT X.

*De decimarum partibus ad Prælatum,
Capitulum, fabricam, Hospitale,
& Servientes pertinen-
tibus.*

§. I.

ADtolendum omne dubium, lites-
que, ac dissensiones, quæ in red-
dituum divisione ac distributione oriri
possent; hæc Sancta Synodus ordinat, de-
clarat, & mandat, vt tam de quarta præ-
latum tangente, quam de alijs partibus
ad Capitulum, fabricam, Hospitale, re-
giam Maiestatem, Servientes, & Officia-
les spectantibus, id omnino fiat, quod præ-
fata erectionis ordinationes, & statuta
disponunt. Quæ fundamentalis quidem,
& quasi primaria lex esse debet, qua om-
nes, & singulæ huius Archiepiscopatus,
& Provinciæ Cathedralis Ecclesiæ, abs-
que vllius rei defectu vel exces-
su regantur, & guber-
nentur.

MEXICANUM. 483

CAPUT XI.

*De forma in admittendis ad possessionem
præbendatis habenda.*

§. I.

QUando aliquis, Dignitas, Canonicus, vel portionarius, qui regie Maieſtatis præſentationem, & Ordinarij collationem, ac facta per eum iuxta Sancti Concilij Tridenti (K) formam, si (k) Sess. 24. ca. 12. De Reſor. & motus Pij IV.

dei professionis certitudinem habeat, noviter admittendus acceſſerit; decanus, si in civitate fuerit; sin minus, chori præſens, ad tradendum personæ sic accedenti, eius quam petit præbendæ possessionem, Capitulares ad Capitulum per diem ante vocari præcipiat.

§. II.

DEinde Capitulares omnes, per eorum ſceptrigerum (qui qualiter eos qui in civitate fuerunt, vocaverit, fidem faciat) convocati, & in Capitulo prout de uſu, & conſuetudine habent, congregatis præbendandum huiusmodi ad locum Capituli ingredi iubeant; qui ſtans in medio aulæ Capitularis nudo ca-

CONCILIUM

pite omnibus interim dominis Capitularibus sedentibus . & coopertis capitibus ; hæc vel similia verba proferat.

§. III.

REgia Maiestas me ad talem præbendam , huius Sanctæ Ecclesiæ per promotionem aut obitum talis N. ultimi illius possessoris vacantem , dignata est præsentare , cuius collationem , seu Canonicam institutionem mihi Illustrissimus Dominus N. vel eius Vicarius fecit. Dominationi vestræ supplico , vt me ad illius possessionem admittat : nam quantum in me fuerit , huic Sanctæ Ecclesiæ , & in ea Dominationi vestræ servire curabo.

§. IV.

HÆc loquutus , iurium suorum literas , & documenta penes Secretarium Capituli præsentet , ad locum capitularem egrediatur. Capitulares vero postquam præsentationem , institutionem , seu collationem , reliquasque literas , & documenta huiusmodi (prævia desuper opportuna consultatione) viderint , & examinaverint , an tradenda sit illi possessio , necne solita suffragia ferant ; ac de possessionis traditione deliberata , duo Cog-

miss.

MEXICANUM. 485

missarij, Dignitas videlicet, & Canonice-
cus, nominentur, per quos ipsa accedens,
a Secretario Capituli admonendus; Su-
perpelliceo, & iuxta temporis infra dicen-
di exigentiam, cappa chori indutus, ad
capiendum sedis suæ possessionē in choro
deducatur; quæ ibi capta, ad Capitulum
reducatur, similem in eo fidei professio-
nem sub iuramento facturus, quam cor-
am Prælato, vel eius Vicario fecerit,
quam Canonicam eius præbendæ institu-
tionem sibi ab eo fieri obtinuit. Ac pro-
inde coram decano, vel in eius locum
præsidente, flexis genibus, manibusque
super Missali positis, constituatur, & iux-
ta Sacrosancti Concilij Tridentini (m)
dispositionem, ac Motus propij felicitis re-
cordationis Pij Papæ IV. (n) tenorem iu-
ret, & profiteatur, in forma sequenti.

(m) Sess. 24.
cap 12.

(n) Mot. propij
Pij IV.

§. V.

EGO N. firma fide credo, & profiteor
omnia, & singula quæ continentur
in Symbolo fidei, quo Sancta Romana
Ecclesia utitur, videlicet: Credo in vnum
Deum, Patrem Omnipotentem, facto-
rem Cæli, & terræ, visibilibus omnium,
& invisibilibus, & in vnicum Dominum
Iesum Christum Filium Dei vnigenitum,

486 **CONCILIUM**

& ex Patre natum ante omnia sæcula:
Deum de Deo, lumen de lumine, Deum
verum de Deo vero; genitum, non fa-
ctum, consubstantialem Patri, per quem
omnia facta sunt. Qui propter nos homi-
nes, & propter nostram salutem descendit
de Cœlis. Et incarnatus est de Spiritu San-
cto ex Maria Virgine: & homo factus est.
Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio
Pilato, passus, & sepultus est. Et resurre-
xit tertia die secundum Scripturas. Et as-
cendit in Cœlum: Sedet ad dextram Pa-
tris. Et iterum venturus est cum gloria
iudicare vivos, & mortuos. Et Spiritum
Sanctum Dominum, & vivificantem: qui
ex Patre Filioque procedit. Qui cum Pa-
tre, & Filio simul adoratur, & conglori-
ficatur: qui locutus est per Prophetas. Et
vnam Sanctam Catholicam, & Apostoli-
cam Ecclesiam. Confiteor vnum Bap-
tisma in remissionem peccatorum. Et spe-
cto resurrectionem mortuorum, & vitam
venturi sæculi. Amen.

Apostolicas, & Ecclesiasticas traditio-
nes, reliquasque eiusdem Ecclesiæ obser-
vationes, & constitutiones, firmissimè
admitto, & amplector.

Item Sacram Scripturam, iuxta con-
sensum, quem tenuit, & tenet Sancta
Ma-



MEXICANUM. 487

Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione Sacrarum Scripturarum, admitto. Nec eam vquam, nisi iuxta vnanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse vere, & propriè Sacramenta novæ legis à Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, Scilicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam-Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium. Illaque gratiam conferret: & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ Ritus, in supradictorum Sacramentorum solemnè administratione recipio, & admitto.

Omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio.

Profiteor pariter in Missâ offerri Deo verum, propriam, & propitiatorium Sacrificium pro vivis, & defunctis; atque in Santissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter, & substantialiter Corpus,



488 CONCILIUM

& Sanguinem, vnâ cum humanitate, & divinitate Domini nostri Iesu Christi, atque conversionem totius substantiæ vini in Sanguinem, quam versionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fatuor enim sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum Sumi.

Constanter teneo Purgatorium esse animasque ibi tenentes fideliâ suffragijs iuvari. Similiter, & Sanctos vnâ cum Christo regnantes, venerandos atque invocandos esse; eosque orationes Deo pro nobis offerre; atque eorum Reliquias esse venerandas, similiter assero. Imagines Christi ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse; ac eis debitum honorem, & venerationem impartendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse; illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistram agnosco. Romanoque Pontifici, Beati Petri Apostolorum Principis successoris ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo ac iuro.

Item

MEXICANUM. 489

Item omnia à sacris Canonibus, & de-
cumenicis Concilijs, & præcipuè à sacro-
sancta Tridentina Synodo tradita, defi-
nita, & declarata, indubitanter recipio
atque profiteor. Simulque contraria om-
nia, atque hæreses quascumque ab Eccle-
sia damnatas, & reiectas, & anathematiz-
atas, ego pariter damno, rejicio, & ana-
thematizo.

Hanc veram Catholicam Fidem, ex-
tra quam nemo salvus esse potest, quam
in præfenti sponte profiteor, & veraciter
teneo, eandem integram, & immaculatam,
vsque ad extremum vitæ spiritum con-
stantissimè, Deo adiuvante, retinere, &
confiteri, atque à meis subditis, illis, quo-
rum cura ad me in meo munere specta-
bit, teneri, doceri, & prædicari, quantum
in me erit, curaturum. Ego idem N.
spondeo, voveo, & iuro. Sic me Deus
adiuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

§. VI.

Qui præterea Præbendatus, ad præ-
bendæ huiusmodi possessionem
admissus, singulari se inreiurando
astringere teneatur in forma sequenti.

Ego N. huius almæ Ecclesiæ, iuro per
hæc Sancta Dei Evangelia, quod ab hæc
ho-



290 CONCILIUM.

hora inanea obediens ero omnibus constitutionibus, statutis, & consuetudinibus laudabilibus prædictæ Sanctæ Ecclesiæ; easque in omnibus, & per omnia observabo. Contra eas, & iura dictæ Ecclesiæ directè, vel indirectè, scienter non me opponam. Iuramenta, & secreta Capituli nemini pandam. Veram obedientiam, & reverentiam iure debitam Illustrissimo, & Reverendissimo Domino huius Sanctæ Ecclesiæ Præsuli exhibebo. Honorem, & utilitatem dictæ Ecclesiæ in omnibus, & per omnia procurabo. Conspiraciones, *
*Monopolia. monipodia, & conventicula, tum contra Reverendissimum Dominum Antistitem existentem, & futuros successores eius Canonice intrantes, tum contra Capitulares, & Beneficiatos fratres meos, & eorum aliquem, non procurabo. Et quod in afsecutione huius præbendæ non intervenit fraus, dolus, aut illicita pactio, vel simoniz labes directæ, vel indirectæ. Sic me Deus adiuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

§ VII.

His peractis, ambo Domini Capitulares commissarij, ut præfertur nominandi, & si Præbendatum huiusmodi, ad chorum non deduxerunt, deducant, eun-

MEXICANUM. 491

eundemque in ipsa Dignitatis, Canonica-
tus, vel portionis, in qua successerit, Se-
de, in signum possessionis collocent, ibi-
que in libro legere, servatis omnibus so-
lemnitatibus necessarijs & opportunis, fa-
ciant. Quem deinde ad id Capitulum re-
deuntem similiter comittentur, & in Ca-
pitulari Sede illi debita constituent. Ip-
sumque denique Capitulares omnes in
signum fraternitatis, ad amplexum, &
patis osculum accipiant, eique de omni-
bus, & singulis fructibus, redditibus, pro-
ventibus, & emolumentis ad eam præ-
bendam pertinentibus, integre responde-
re mandent, & publicum de præmissis
omnibus instrumentum petenti, confici ac
dari decernant.

CAPUT XII.

*De modo ad hoc, ut Præbendati noviter
recepti sciant caeremonias
servando.*

§. I.

EXpedit plurimum (o) ut Præbenda- (o) Constit.
ti, in ijs maxime quæ sibi circa Di- Hispal. c. 11.
vini cultus ministerium, & Præbendarum f. 78.
suarum servitium agenda sunt, optime
in-

492 **CONCILIUM**

instructi existant. Iccirco, eadem Syno-
do statuente, decernitur, & ordinatur, vt
quilibet Præbendatus, cum primum re-
ceptus fuerit, non solum ordinum suorum
cæremonias in Missali, ex Decreto sancti
Concilij Tridentini edito, præscriptas;
sed eas, quæ officij Divini recitationem,
chori quoque cantum, & ordinem con-
cernunt; frequenti horum statutorum, &
cæremonialis nostri lectione addiscat, &
callæat. Ad quod etiam per cæremonia-
rum Magistrum (ex huius Sanctæ Synodi
Provincialis simili Decreto deputandum)
in titulo: *De celebratione Missarum* exa-
minetur. Nec prius in eis, ac debito præ-
bendæ suæ officio sufficienter instructus
esse credatur, quam eiusdem cæremonia-
rum Magistri fide ac testimonio probe-
tur. Quòd si sex mensibus à die captæ per
eum possessionis elapsis, cæremonias, ac
debitum præbendæ suæ ministerium igno-
raverit, & negligens in addiscendo fuerit,
ad id à Prælato, cuius in hoc conscientia
oneratur per rigorem opportunum, vsque
ad Beneficij suspensionem, & fructuum
privationem, compelli possit,
& debeat.

(S)



MEXICANUM. 493.

CAPUT XIII.

DE HIS, QUÆ PRÆBENDATI,
& alij Ministri in divini cultus minist-
terio, ac Beneficiorum, officiorum-
que suorum exercitio aggere

debent. (p)

§. I

Quoniam opportunus Præbenda-
rum, & Beneficiorum, in Cathe-
dralibus, ac Parochialibus Eccle-
sijs existentium, usus in eo consistit, ut
Præbendati, ac Beneficiati huiusmodi, iux-
ta Breviarij, Missalisque Romani disposi-
tionem, sacras cæremonias cum decencia,
honestate, ornatu, eaque, quæ Dei Minis-
tros decet, conformitate observent, ac te-
neant; statuit propterea, & præcipit hæc
Sancta Synodus, ut omnes huius Episco-
patus, & Provinciæ Prælati, Cathedra-
liamque, & Parochialiam Ecclesiarum
capitula, Parochi Vicarij, Beneficiati, &
Ministri, quæcumque ad hunc finem in
Cæremoniali, ac præsentibus statutis ex
eiusdem Sanctæ Synodi Provincialis de-
creto edicis, ordinata, statuta, & decreta
sunt, sub pœnis in eis contentis, inviola-
biliter custodiant, & exequantur.

(p) Circa of-
fic. in Choro
exercendum
piè sanxlt Cõ-
cil Mil §. tit.
Quæ ad divi-
na offic. pert.

QUALITER OMNES CATHEDRALIUM Ecclesiarum Præbendati certis anni temporibus cappas Chori gestare debent.

§. I.

(q) Constitut. Hispal. const. 12 f. 80. Santiag c 1 consuet de Gran. Conc Lim 2. anni 1567. c. 63. fol. 162. pag. de Orig. & fundamen. harum capparum, quæ vulgo vocantur *Capa de Coro*, loquit Ioann. Trull in Reg. Canon. cor. regul lib. 1. c. 12. n. 6. & 7.

CUm in Cathedralibus Hispaniæ (q) Ecclesijs per sanctas constitutiones receptum, & observatū reperiatur, vt omnes illarum Præbendati, certis anni diebus superpelliceis induti, cappas nigri coloris ad Chororum destinatas superinduantur; idemque in hoc Archiepiscopatu, & Provincia laudabili semper cōsuetudine inva- luerit; & quæ in Metropolitanis, præcipuisque Regnorum Castellæ Ecclesijs vsu, & observantia vigent; maxime deceat in his etiam partibus immutabili cōstitu- tione servari; iccirco hæc Sancta Syno- dus omnibus, & singulis Præbendatis hu- iusmodi ordinat, ac præcipit, vt ad Ho- ras Canonicas, Missas, processiones, di- vinum Officium, & quotiescumque præ- via sublimi cruce capitulariter processerint, superpelliceis ornati, prædictas Cho- ri

MEXICANUM 495

ri cappas gestare teneantur, diebus nimirum, & forma sequentibus.

§. II.

Imprimis, ad Vesperas commemorationis defunctorum, capitulares omnes Christiana (quæ ipsos decet) maiestate, atque modestia compositi, processionis ordine Chorum exeuntes, præcedente eorum sceptrigero, ad Sacristia, ut ibi sua quisque cappa induatur, accedant: ac deinde cappis huiusmodi induti, simili processionis ordine ad Chorum redeant, in eoque Vesperas defunctorum exordiantur; à quo die usque ad Sabbatum Sanctum exclusivè eisdem cappis utantur, præterquam ad primas Vesperas, & per totum diem cuiuslibet infra-scriptarum festivitatum, eo tempore occurrentium, quæ sunt.

§. III.

Nativitas Domini, incipiendo ab eius vigilia, cum duobus sequentibus diebus, Sanctorum Stephani Protomartyris, & Ioannis Evangelistæ.

Circa



496

CONCILIUM

Circumcisio.	}	Domini.
Epiphania.		
Purificatio.		
Assumptio.	}	B. Mariæ.
Conceptio.		
Præsentatio.		
Expectatio partus.		
Festa SS. Apostolorum.	}	Andree.
		Thomæ.
		Matthiæ.
Translatio corporis Sancti Iacobi Apostoli, Patroni Hispaniarum.		
Festum Sancti Iosephi, Patroni Novæ Hispaniæ cum die octava.		
Festum Sancti Thomæ Aquinatis.		
Dominica Palmarum ad processionem tantum.		

§. IV.

C Appæ verò per Præbendatos, ut præfertur, gestandæ, ex laneo stamine subtili, quod vulgò *Anascote*; seu *Burato* dicitur, aut quavis alia non inhonesta tela nigri coloris efficiantur, prætermisissis curiositatibus, fulcimentis, à forros nuncupatis, præterquam in cucullo, & oris anterioribus, quæ ut moris est, aut raso, aut bombycino serico fulcire possint; quibus etiam cauda honestæ longitudinis, accedat, quæ nisi in processibus, comi-

MEXICANUM. 497

ratibus, & actibus publicis, in quibus demitti, & extendi solet, plicata semper feratur. Capitularis autem, qui præsignatis diebus in assistentia Divini Officij cappa huiusmodi usus non fuerit; processione, & actus, in quo sic defecerit, emolumenta, & fructuum distributionem, quam alias lucraturus erat, amittat; ac si contumacia creverit, multatio quoque convenienter crescat, super quo præsentis in choro conscientia oneratur.

CAPUT XV.

*De Respectu, & Obedientia debita
præsidenti: ac de eius
officio.*

§. I.

SI dum Divina peraguntur officia, præsentis, cui in rebus tunc occurrentibus necessaria, & opportuna providere incumbit, debita non deferatur obedientia; omnis proculdubio celebrationis ordo, non sine magno Christiani Populi scandalo confundetur. Quæ propter hæc sancta Synodus

498 CONCILIUM

(r) Ex consue-
tud. Granat
c. 27. & 28.

statuit, & mandat, vt omnes (r) Beneficia-
ciati, Cappellanes, Cantores, & Chori
Ministri, cuiusvis status, aut conditionis
existant, Præsidenti, in his quæ circa Di-
uina Officia mandauerit, absque vlla
prorsus excusatione, aut repugnantia pa-
reant. Si quis autem (quod absit) ver-
bo, aut alio quouis modo præsentem non
obtemperavit; arbitrio Capituli, habi-
ta inobedienciæ, & scandali ratione, ab
eodem præsentente multerur. Cui tamen
eadem sancta Synodus in primis iniun-
git, vt quæcumque agenda sint, modestis,
& ab iniuria alienis verbis, mature dis-
cernat, atque præcipiat. Quod si hac in
parte idem præsentens nimis excesserit,
res ad Prælatum, vt de opportuna
emendatione ac remedio provideat, de-
feratur.

§. II.

Præsidentem matutino tempore, prius-
quam ad primam pulsari finiatur,
ad Ecclesiam veniat, eiusque mundi-
tiam, tum in altaribus, tum in choro,
qui quotidie verti, ac Stivo tempore,
etiam rigari debet, tum quoque in Se-
dibus, per eiusdem chori pueros in ta-
bula designandos, etiam quotidie ter-
gendis, diligenter inspiciat. Deinde
cho,



MEXICANUM. 499

chorum primus omnium ingressus antequam incipiantur officia, ad aliorum exemplum, iuxta sedem suam genua flectat, & punctatorem ad primam chori sedem genibus flexum existere, ac omnes eum silentio intrate, genua flecteto, ac suprascriptis ceremonijs, ubi procuret. Galeram, aut ligneos calceos, aut quemvis alium indecentem habitum gerentes choro prohibeat. Neminem nisi super pelliceo indutum, aut chorum ingredi, aut inter chorum, & altare Maius, dum Divina Officia celebrantur, transire permittat: & in univrsum suum quemque munus, & officium, tam in choro, quam in Ecclesia, quam etiam ubicumque Capitulum convenerit prestare; prout æquum est, faciat. Silentium denique, a quo decens, vel indecens chori ministerio pendet, ab omnibus servari: loquentes monendo, ac in ipso rationum, tempore horarum emolumenta ipsi, quos propter defectus huiusmodi multaverit, deduci videndo super omnia intendat. Ac pro inde suam quemque tenore sedem veritate unius loci in alium migratione, præcipiat, ita ut quantum chori capacitas permiserit, singulis Beneficiatis, singula sedes hinc



500 CONCILIUM

inde vacent, quo silentij fiat observatio
facilior, & chori plenitudo maior appa-
reat. Quemcumque ab alio discedere,
vt pote colloquentem, aut alia ex causa
iusserit, eundem non obtemperantem
vnius horæ multet emolumentis. Ad
Hymnum *Te Deum laudamus*, psallentes
choro contineat, ne ipsum solum ibi
manere contingat. Duo quoque scam-
na tapetibus strata, pro Sacris contio-
nibus audiendis antequam incipiat
prima, vnum vero simili tapete ornatum
ante horam Vesperarum, quoties in
eis futuris sunt capigeti, afferri, & op-
portuno tempore apponi faciat. Paten-
tes Ecclesiæ fontes singulis diebus Do-
minicis mundari, & aquam Benedictam
(quæ eisdem singulis Dominicis diebus
benedicatur) semper continere provi-
deat, ac suis omnes officijs, quando, &
quomodo oportet incumbere, accura-
te præcipiat. Egrediendi denique cho-
rum hijs dumtaxat, qui iuxta præscriptæ
erectionis tenorem vrgenti aliqua ne-
cessitate laboraverint, licentia
concedat.



MEXICANUM. 507

CAPUT XVI.

*De ijs qua ceremoniarum magister erit
ga ingredients chorum praestare
tenetur.*

§. I.

Ceremoniarum Magistro, (f) personis, tam secularibus, quam aliarum Cathedralium Ecclesiarum Capitularibus, quibus ex sanctae huius Synodi permissione chorum ingredi licet, obviam exire, easque ad locum ubi sessurae sint, qua decet modestia, urbanitate, ac reverentia comitare, & in earum sedibus collocare, incumbat. Difficultatem vero, seu dubitationem (si qua in hoc rerum genere orta fuerit) idem Ceremoniarum Magister cum Praelato, & in eius absentia, cum praesidente pro tempore existenti conferat, ut quid potissimum agendum sit decernatur, decretumque Magister huiusmodi sine aliquo defectu perficiat.

(f) Ex Ecclesia Compostellana à cap. 17. vsque ad cap. 22.



§. II.

Qui tamen, si vel in loci assignatione, vel in cuiusvis alterius rei executione arbitrio suo quid vis aliud egerit, vel in aliquo defecerit, eiusdem præsentis iudicio mulctetur. Cum autem nisi Cæremoniarum Magistro in eius officio ab omni pareatur, convenientem Divini cultus ordinem confundi oporteat; ideo hæc Sancta Synodus quoscumque huius, & altarum Ecclesiarum Cathedralium Novæ Hispaniæ Prælatos, nunc, & pro tempore existentes, hortatur in Domino, ut quotiescumque per Cæremoniarum Magistrum de aliqua cæremonia, vel laudabili consuetudine servari debita admoniti fuerint, eundem benigne suscipiant, ac eius animadversionem opere exequantur; ut, & ipsis suis decenter officijs respondeant, & suo alios exemplo ad obediendum eidem cæremoniarum Magistro moveant. Reliquis autem omnibus Beneficiatis, Cappellanis, & Ministris Ecclesiasticis iniungit, ac præcipit, ut ipsum Cæremoniarum Magistrum in eius officio venerentur, eique morem gerant. Qui ex supradictis con-

tra-

MEXICANUM. 503
trafererint, primo vnus horæ. secundo
Integri diej. ac tertio vnus hebdomadæ
emolumentis multentur.

CAPUT XVII.

*De ordine per Capitulum Capitula-
riter egrediens ser-
uando.*

§. I.

Quando Prelatus, (t) & Capitulum (t) Ex Eccle-
aliquam Ecclesiam, vel Monaste-
rium, vel Eremitorium proces-
sionis ordine adiverint, solempniter exire,
(t) Ex Eccle-
sia Composi-
c. 28.

sionis ordine adiverint, solempniter exire,
& procedere, ac Divinis Officijs ordine
atque silentio servatis assistere debent,
vt, & sacrorum Rituum quibus vtuntur,
decentiæ satisfaciant, & quò magis to-
tius populi oculis exponuntur, eo Maio-
ra Ecclesiasticæ honestatis documenta
perhibeant. Proinde hac sancta Synodo
dederente statuitur, & ordinatur, vt
quoties Capitulates ab Ecclesia proces-
sionis ordine, sive voti, sive funeris gra-
tia, quomodolibet exierint; super pelli-
ceis ornati ac pro temporis per hæc sta-
tura superius designati exigentia, cappis
etiam super induti, Cappellanis simili-



364. CONCILIUM.

ver, & Ministris super pellicea gerentibus, incedant. Quod si celebrandi alibi causa Capitularis processio fiat; pretiosioribus ornamentis ex conveniente eisdem festivitati colore, Præsbyter quidem alba, & pluviali indutus, solitoque birreto contactus, vsque ad celebrationis huiusmodi locum, ubi planetam accipiat; Ministri vero albis dalmaticisque præparati procedant. Si vero post meridiem huiusmodi processions ordo sit futurus, Præsbyter ac Ministri præscripta forma decorati progrediantur. Cantores vero ac tibi cines semper, ut solent (nisi aliud processio postulaverit) intersint. Omnes autem ordine suo euntes, ac Divinis officijs assistentes, & debitis cæremonijs, & opportuno silentio utantur. Qui vero, vel cum collateralibus colloquutus fuerit, vel nutibus ac signis luserit, aut alias quomodolibet contra præmissa fecerit, Præsidentis arbitrio multetur.

§. II.

ET quoniam ratio postulat, ut Capitulum competentem locum ac sedem habeat, ubi Divinis Officijs assistere possit; eadem sancta Synodus cære-

MEXICANUM. 303

moniarum Magistro decentem huiusmodi locum prævidendi, ac maiori Saceristæ ut scàmna, & tapeta, vbi capitulum ordine suo sedeat, & Divinis Officijs intersit (ita ut neque in his, neque in alijs sedibus, die Corporis Christi, & illius Octavis apponi solitis, aliqua Sæculares, vel etiam Ecclesiasticæ personæ sedere præsumant) defferri faciat, præcipiendi curam imprimis iniungit.

CAPUT XVIII.

De Magistri Cappellæ officio, & cantoribus.

§. I.

EXperientia quotidiana satis constat, quantum oporteat chori Ministros, & cantores à Cappellæ Magistro sufficienter instrui, & quæ quoque die cantu figurato canenda sint ordinato ad id factitatorio prævideri, ut divinorum officiorum solemnitas digno semper honore celebretur. Quapropter necesse est, ut idem Cappellæ Magister, tam præmissis, quam alijs infrascriptis ad eius officium ex huius Sanctæ Synodi Decreto spectantibus, operam suam diligenter impendat.

S.



306 CONCILIUM

§. II.

(v) Ex Ecclesia Composit.
à 14. & ex
Constit. Græ-
nat. cap. 31.

Imprimis. ut singulis non feriatis die-
bus, statim post Primam, quousque
pulsari sinatur, ad Missam, in loco intra
Ecclesiam ad id specialiter designando,
scholam ad omnes, tam Beneficiatos,
quàm reliquos cantores, & Ecclesie Mi-
nistros, atque servientes eo accessuros in
cantu figurato, & contrapunto docen-
dum, & instruendum, tempore quo alia
cãtus firmi lectio per successorem habenda,
non impediatur, habere debeat. Quo-
ties autem, nisi ex causa infirmitatis vel
absentie à civitate de Prælati, & Capituli
licentia factæ, defecerit, iuxta culpæ mo-
dum præsidicis arbitrio multetur. Quam
diu vero abfuerit, vel ægotaverit, ali-
quem ex cantoribus, iudicio præsidicis
magis idoneum, qui in eius locum præ-
factæ lectioni sine defectu præsit, consti-
tuit. Cui etiam eadem Sancta Synodus
iniungit, ut quæ diebus festivis, præci-
pue solemnioribus, ac maiores hebdo-
madæ officijs, Nativitatis quoque Do-
mini die, ad Matutinum figurato cantu
celebrandis, canenda sunt, opportunè
à cantoribus prævideri maxime cureto-
ne dum officium in choro contigerit.

idem



MEXICANUM. 507

idem Cappellæ Magister, eius Horæ in qua sic defecerit, salario multetur. Quia vero ad eundem Cappellæ Magistrum spectat, Missas, ac reliqua figurato cantu huiusmodi decantanda eligere, ac designare; ita ut illa, & non alia cantari debeant; eidem propterea iniungitur, ut quemadmodum quæ ipsæ composuerit, cantari, prout æquum est, faciat: Sic etiam quæ ab alijs insignibus musicis composita repererit, similiter cani faciat. Cum in hac cælebri Ecclesia, ad quam undecumque concurritur, omne musicarum genus, à diversis auctoribus ad inventum, cantari debeat, quo cantores in cuiusvis generis musica exercitentur, atque adeo assuescant, & peritiores evadant.

§. III.

Oportet etiam, ut à cantoribus, tibicinibus, & chori Ministris, eidem Cappellæ Magistro in eius officio reverenter pareatur. Et ideo eadem Sancta Synodus præcipit, & mandat, ut quod idem Cappellæ Magister cantoribus, & chori Ministris decantandum, tibicinibus vero, & organistæ sonandum commiserit, ac quibuslibet illorum quippiam, vel ad chori factitorium dicē-



308 CONCIILIUM

cere, vel super cantu firmo contrapunctum facere, vel ad organi sonitum concinere; vel denique in reliquis ad eiusdem Magistri officium pertinentibus iniunxerit; id ipsum ab omnibus, & singulis supradictis, sine aliqua excusatione aut mora, perficiatur. Qui vero eiusdem Magistri commissa, & iniuncta huiusmodi non egerit, præsentis arbitrio mul-
tetur.

§. IV.

PRæcipit similiter eadem Sancta Synodus, vt singulis Dominicis, & alijs observari solitis festivis diebus, in quibus ad organi sonitum canendum fuerit; idem Cappellæ Magister, & cantores initio Tertiarum, & Vesperarum, videlicet ad, *Deus in adiutorium meum*, &c. Chorum ingrediantur, vt tam ad Antiphonam, *Asperges*, quam ad psalmodiam, quam etiam ad contrapunctum, super eiusdem psalmis intonandum prompti, & parati existant. Quod si vel Cappellæ Magister, vel cantores huiusmodi prædicto tempore ingressi non fuerint, attento parvo eorum salario, moderatè mul-
tentur.



MEXICANUM. 309

§. V.

VT autem cantores dexteriores evadant, ordinat eadem Sancta Synodus, vt ij, quos Cappellæ Magister instructione egere dixerit, lectioni musicæ, de qua superius fit mentio, interesse teneantur. Quí vero ex supradictis lectioni huiusmodi, nisi ob adversam valetudinem, vel absentiam ab hac civitate de legitima licentia factam defuerit, præsentis arbitrio etiam moderatè multetur.

§. VI.

ET quoniam sepe contingit, vnico absente cantore, chorum musicorum imperfectum manere, ac proinde decentem solemnitatibus ornatum, & splendorem desiderari. Et experientia docet, ex aliquorum præbendatorum (qui etiam cantores sunt) absentia, notabiles intervenisse defectus; iccirco Sancta hæc Mexicana Synodus decernit, & mandat, vt nulli præbendato cantoris munus habenti, vel ad Vesperas, vel per totum cuiuslibet festivitatis musicam requirentis diem, capere requiem liceat; sed præbendati huiusmodi, qui cantorum salario fruuntur, ea ipsa ad quæ alij



§ 10. CONCILIUM

cantores non præbendati tenerentur, nisi hebdomadarij fuerint; ac propterea, in aliquo eius hebdomadæ ministerio occupati existant, servare similiter debeant. Qui autem contra hanc ordinationem fecerint, multæ subiaceant.

§. VII.

INsuper idem Magister, & cantores, in omnibus Dominicis Paschalium festivitatum diebus, ad primas, & secundas Vesperas Domini Sabaoth, in Reliquis etiam Dominicis, & Beatæ Mariæ festivitatis observari solitis, ad primas Vesperas, primum, tertium, & quintum psalmum, ad Matutinum verò, canticum *Benedictus*, alterius cum organo versibus, ea musicæ differentia, quæ *fabordon* dicitur; hymnum tamen, & canticum *Magnificat*, tam ad easdem primas, quam ad secundas Vesperas, totam quoque Missam, non solum in præmissis festivitatis sed etiam in alijs duplicibus maioribus similiter observari solitis, cantu figurato canere teneantur.

§. VIII.

PRæterea, à prima die Sabbati Quadragesimalis usque ad feriam tertiam



MEXICANUM. 317
 tiam maioris hebdomadz inclusive, An-
 tiphona *Salve Regina*; & tam in Nati-
 vitatis, & Epiphaniæ Domini diebus,
 quàm in Assumptionis, ac Nativitatis
 Beatæ Mariæ, & alijs pro tempore no-
 minandis festivitatibus, cantinelas ryth-
 micas, devotas quidem, & honestas, ac
 per Prælatum approbatas, ac in Domini-
 ca Palmarum Passionem Domini, & in
 maiori hebdomada primas ad Matuti-
 num lamentationes aliaque officia eis-
 dem in tabula committenda, cantare
 debeant.

STATUTORUM PARS secunda.

CAPUT I.

*De Capitulis in Ecclesia habendis, illo-
 rumque tempore, & assisten-
 tiæ modo.*

§. I.

DUobus (x) cuiuslibet hebdomadz (x) Ex Ecclēf.
 diebus, per Ecclesiarum huius Compost cap
 Archiepiscopatus, & Provinciæ erectio- 95 96 97 98.
 nem designatis, Capitulares ad Capitu- 99. Const Gra
 lum congregari debent; quacumque vi- nat cap 60. tit
 del Cabildo.



312 CONCILIUM

delicet tertia feria, vt de temporalibus ad mensæ Capitularis, & fabricæ bona spectantibus negotijs agant: qualibet quoque sexta feria, vt de spiritualibus rebus, ad Divini Cultus reformationem pertinentibus differant. Ad illud (y) verò non nisi post Horarum Canonicarum Officium, nempe post primam quousque tertia, vel sexta dicenda sit, vel post Missæ Maioris celebrationem accedant, Ita vt tam ad præbendarum, Beneficiorumque suorum obligationem, & scopum (qui divinus est Ritus) quam ad Congregationis Capitulares, quæ, vel præscripto vel vespertino, post Horarum recitationem tempore haberi possunt, potius attendant.

§. II.

(y) Conc. Milan. 1. tit. De his quæ ad capitulum pertinent. Conc. Comp. act. 2. d. 7. & Conc. Tolet. act. 3. cap. 12. Statutum Ecclesiæ Comp. cl. c. 91. & Limens. 2. c. 74. Milan. 1. p. 1. tit. De his qui dignit. personatus, aut Canonicatus habent. verb. Canonici iuvat. Concil. Milan 3. tit. De his quæ ad capitulum pertinent.

CUM primum locum capituli ingressi fuerint ad sacra ibi propositam imaginem singuli preces fundant; ac servata antiquitatis ordine, suo quisque loco sedeat. Post hæc præsidens se signo Sanctæ Crucis signet, ac intelligibili voce dicat: *Sancti Spiritus absit nobis gratia, &c. Et: Adiutorium nostrum, &c. Orationem Sancti Spiritus: Domine, &c. Et: Actiones nostras, &c.*

MEXICANUM: 513

§. III.

Sextis ferijs (z) de competenti Altaris, & chori ministerio, vt defectus (si qui fuerint) emendentur, & in futurum caveantur, ac in obediētes pro culpæ modo mulentur, potissimum agant. Ita vt præsidens ad decentiam, honestatem, silentium, attentionem, ac devotionem, & id genus alia, Deo ministrantibus necessaria, Capitulares publice adhortetur, ipsosque ijs præcipue virtutibus incumbere, quibus chori decentiæ, & iniuncto sibi munere satisfaciant, vt hoc laudabili exemplo reliquæ Ecclesiæ Ministri ad similem Divini Cultus observantiam exitentur, idem admoneat: & si opus fuerit, successorem, punctatorem, cæremoniarum Magistrum, ac cæteros officiales vocari faciat, animadvertat, & corrigat, quatenus Dei Optimi Maximi obsequio eiusque cultui felicioribus augmentis incumbat.

(z) Concilio
Compost. act.
3. statut. Com
postel. c. 99.

§. IV.

Tertijs vero ferijs, de temporalibus tam mensæ Capitularis bonâ, quàm quævis alia negotia concernentibus rebus deliberent. Ita vt non nisi

KK

præ



§ 14. CONCILIUM:

præsidentis, aut de illius, & capituli licentia quivis, capitularibus omnibus interea tacentibus, & attentis auscultantibus, occurrentia negotia proponat.

§. V.

Hic verò in suffragijs ferendis servetur modus, ut prius res proposita ab omnibus non solum bene audiat, sed etiam si ardua fuerit per convenientem sine clamoribus colloquutionem discutiatur. Ac si adhuc talis fuerit quæ maturiori consultatione indigeat, de maioris partis eiusdem capituli sententia ad alium diem differatur. Differatur, si minus illic resolvatur. Tuncque ante omnes præsidentis brevi ac compendioso loquendi modo (quo etiam reliqui utantur) suffragium ferat; deinde singuli, servato antiquitatis ordine, suam similiter sententiam dicant; ita ut nullus aliorum vel sermonem interecipiat, vel sententiam resumat, vel etiam reprehendat: sed quilibet quidquid, inspirante Domino, senserit, nemine id ægre ferente, aut aliquo modo impediente, liberè ibi pronuntiet. Sui quisque sermonis initio ac fine, aliquam nudato capite inclinationem capitulo, versus Præsidentem,

cui



MEXICANUM. 315

cui etiam sermo dirigendus est, faciat. Prælati autem ibi præsidente capitularis locuturus, postquam nudo similiter capite se erexerit ac iterum sedens cooperito capite suam sententiam protulerit; rursus detracto pileo surgat, ac inclinato corpore eidem Prælati reverentiam præstet. Sic igitur omnes (a) suffragia ferant, & primi novissimas, sicut ab eis auditi sunt, patienter audiant. Qui autem alterius suffragium interruperit, quatuor regalium primò, octo verò secundò, ac si perseveraverit, multiplicata eorundem regalium pœna, quæ in quadranti irremissibiliter exequenda signetur, iuxta huius Synodi Provincialis decreta puniatur.

(a) Lib. 3. tit. 2.
De Beneficiis
Cathedr.
Eccles. §. 2.

§. VI.

OMnium deinde suffragia quantumvis fuerint inter se contraria, præsidens resumat, & colligat, & quod eorum pars maior deliberaverit, hoc autem potissimum tenendum fore declaret. Idque per Secretarium Capituli, nisi propterea dolentibus ijs qui contrarium senserint, faciat in actis annotari. Si quis autem se ab ea Capituli deliberatione si annotata gravari protestatus fuerit; pro-



§ 16. CONCILIUM

testationem huiusmodi idem præsidens apud acta capitularia scribi, illaque cum opportuna actorum insertione, in forma fidem faciente conscriptam eidem potestati, ut si voluerit ad competentem iudicem recurrat ab eodem Secretario gratis dari præcipiat. Ea autem negotia, quæ iustitiam concernent, non ex capituli suffragijs, se ipsius, advocatorum sententia, prout iustitia poposcerit, explicentur. Quoties verò similes casus contigerint, iurisperiti ab omni affectione immunes, & quoad fieri possit non capitulares, consulantur. Et quoniam in actibus particularibus huiusmodi nonnullæ sepe discordiæ, inimicitia, ac discussiones ex oriri solent; ideo hæc Sancta Synodus omnes in Christo monet, ut modestis ac temperatis verbis, & quibus nemo lædi possit, utantur. Quod si quis adversus alium in honestè aut iniuriôsè locutus fuerit; statim sex dierum emolumentis, & graviore, si opus fuerit, pœna, per maiorem Capituli partem, iuxta excessus, & scandali qualitatem moderanda, multetur. Cuius quidem pœnæ executio omni prorsus appellatione postposita fiat, ut sic damnis maioribus, quæ evenire possent, occurratur.

MEXICANUM. 517

Curratur : paxque , & vnitas Ecclesiasticis personis digna seruetur, ac eius generis culpæ , quæ Prælatum , & eius Vicarium latere possunt , aliqua punitione corrigantur. Locum Capituli nullus nisi superpelliceo ac tempore exigente, etiam cappa indutus , sub amissione suffragij pœna ingrediatur , vt sic omnes huius Archiepiscopatus , & Provinciæ Ecclesiæ laudabilem consuetudinem, ac traditionem, quam in hoc tenuerunt, teneant.

§ VII.

Nullus Capitularis Dei Domini nostri , aut gloriosæ matris eius, aut cuiusvis Sanctorum nomen iuret. Qui verò semel per præidentem monitus adhuc iuraverit, vnus mineralis (*) pondo Ecclesiæ fabricæ applicandi , & in quatranti ad hunc effectum signandi pœna mulctetur. Idque non solum in capitulo , sed etiam in choro , & qualibet Ecclesiæ parte seruetur. Ita vt quilibet capitulares fratrem suum iurantem monere , eundemque , si contumax fuerit, præidenti qui ipsum præscripta pœna corripiat, denunciare curet.

(*) Fort. ming
regalis,

* * *

KK 3

§



318 CONCILIUM

§. VIII.

Capitularium in capitulo existens nullus ad aliquid loquendum, nisi in forma superius expressa surgat à loco suo, ubi quiete quousque capitulum finiatur, sedere debet: nec inde nisi de præfidentis licentia, sub emolumentorum vnus horæ illius diei multa, egrediatur.

§. IX.

Si aliqua ex causa quispiam ex capitularibus enssem, aut mucronem, aut aliud telum in Ecclesia vel choro attulerit, pro delicti personæ, & loci qualitate, arbitrio Ordinarij plectatur.

§. X.

Quoties alicuius negotij tractati secretum capitularibus ex eorundem pro maiore parte sententia indicendum fuerit, sub pœna præstiti iuramenti indicatur; aut si eidem capitulo videbitur, novum de secreto servando iuramentum ab omnibus præstetur: & qui iurare noluerit, vnus, aut (si videbitur) plurium dierum emolumentis mulctetur, ac suffragio privatus extra capitulum fiat.

§.



MEXICANUM. 519

§. XI.

Capitularis autem, de cuius, aut fratris aut propinqui negotio agitur, & qui, vel à capitulari offensus esse, vel capitularem offendisse prætenditur, capitulo, quamdiu super huiusmodi rebus consultabitur, non interfit.

§. XII.

Capitulares autem ad capitulum convocare, decano in Ecclesia existentis si minus, Dignitati, aut Canonico seniori extra Ecclesiam verò, similiter decano in civitate degenti, & eo absente, Dignitati, vel Canonico huiusmodi seniori, incumbat. At si aliquando tale negotium occurrerit, quod solitum Capituli diem spectare non possit, ac decanus, vel eo absente, præsidentis per aliquos capitulares requisitus, capitulum congregare noluerit; duo vel tres capitulares, ne huiusmodi negotium pereat, aut deterius fiat, capitulum intimari faciant; quo casu cessante, nemo sub gravi, quam exubeat, pœna capitulares ad capitulum vocare præsumat.

KK 4

§.

§. XIII.

NEgotiorum omnium occurrentium decanus, aut Capituli præfidentis rationem habeat, ut illa omni mora postposita, prout oportuerit expediantur. Itaque non de pluribus simul agi permittat; sed quod primò propositum fuerit, ante reliqua omnia definiatur, & concludatur. Negotium vero semel definitum; quantumvis aliquis capitularis, qui definitioni huiusmodi defuerit de novo ingrediatur; nisi de totius Capituli mandato, iterum consultari, aut per suffragia definiri non possit, cum absentes capitulares, de sic deliberatis, ac definitis, postea informari valeant.

§. XIV.

TAm literæ transmittendæ, quàm singula solutionum, & expensarum iussu Capituli faciendarum mandata, nec non procurationum, obligationum, ac provisorium Capitularium instrumenta, eius Capituli nomine, subscribenda per quatuor capitulares (nempe, Dignitatem, Canonicum, integrum, ac dimidium portionarium, alternatim singulis quibusque mensibus, incipiendo ab

ans



MEXICANUM. § 24

Antiquioribus, & deputatos, quamvis ipsi in præmissorum deliberatione contrarium senserint, sub pœna ipsius Capituli arbitrio insignenda, subscribantur duo, quolibet anno, ex Capitularibus ad id magis idoneis, procedendo à dignitatibus; calculatores nominentur, qui simul cum Secretario Capituli, & computatore totius massæ, inspecta punctatoris chori relatione, calculos, ac distributiones mensæ Capitularis, omnibus Beneficiatis, officialibus, & chori Ministris, iuxta quotam cuiuslibet illorum partem, ac salarium competentes, faciunt.

§. XV.

Quotiescumque aliqua perpetui, vel redimibilis sensus translatio, iuxta motus proprii felicitis recordationis Pij Papæ V. formam, aut quævis alia similis scriptura contractus facienda sit, Capitulares omnes per diem antè, ut moris est, convocentur, quatenus an pro eodem pretio censum huiusmodi accipere, illumque alicui Beneficiato, nonnisi sub severissima cautione (super quo hæc sancta Synodus eisdem Capitularibus conscientias operat) locari velint, maturè deliberent.

§. XVI.

22 CONCILIUM

§. XVI.

OMnes verò regiz prouisiones, ac literæ, quæ pro tempore Capitulo transmittentur, in eodem Capitulo per eius Secretarium legantur: ac si alicuius momenti fuerint, notatis datæ, ac receptionis ipsarum diebus, statim in Præsidentis (cui hoc in primis iniungitur) præsentia per eundem Secretarium sub fidei archivi custodia reponantur.

§. XVII.

Incumbit autem Capitulo, aliquem Capitularem Divini cultus zelo, ac diligentia ferventem à Prælato approbandum deputare, qui sacrarum custodias, Bibliothecas, resque omnes Ecclesiæ videndi, & quid reparatione, aut mutatione indigeat, advertendi, sepulcras quæque signandi ac distinguendi curam suscipiat.

§. XVIII.

Computator totius massæ per Prælatum, & Capitulum nominandus, calculos distinguere, ac rationes ab omnibus reddituum decimalium pro tempore existentibus æconomis simul,
vel



MEXICANUM. 523

Vel divisim exigere ; quæcumque idem pecuniarum iussu Capituli solvendarum mandata considerare, & in aliquo ad hoc specialiter habendo , ac sub archivi (b) (b)lib.3. tit. de Rebus Eccles. erigi debet) custodia servando libro annotare teneatur. conservan. 9, 6. & 7.

§. XIX.

PRæmissa verò omnia, & singula , sicut præfertur, ordinata, & statuta, primus omnium Decanus, seu Præsidens quicumque pro tempore fuerit , tam in choro, quam in Capitulo servet, & opere compleat. Quod si non fecerit , non solum in ijs quibus istæ alios multare potest; sed si visum fuerit ; etiam in pluribus in Capitulo multetur. Nihil autem propter huiusmodi ordinationes , vel propria auctoritate, vel sine expressa Capituli deliberatione , ac sententia faciat, nec aliquibus magis , quam alijs favorem , vel opem præstet; sed erga omnes Capitulares , & Beneficiatos , ac in universum quascumque personas Ecclesiasticas , modeste , & urbane se gerat. Qui etiam , è converso ab omnibus honoretur , ac veneretur. Ita ut quando excess-

524 **CONCILIUM**
ferit, aut defecerit, non publicè, sed in
Capitulo, vel separatim reprehendatur.

CAPUT II.

*Quomodo, & quando convocanda sint
Capitula ante diem.*

§. I.

(e) Ex stilo, & conliet Gran. c. 6. r. Del Cabildo, §. 5. comiença: Quando algun negocio huviere.

QUando (e) grave aliquid negotium ex iam consideratis, ad quod omnes congregandi sunt, occurrerit, vel de novo successerit, quamvis in ordinarijs Capituli diebus tractandum veniat; præsidens sceptrigero, vt Capitulares omnes ad Capitulum vocet, præcipiat ad casus videlicet sequentes.

(d) Lib. 1. tit. De rebus Eccl. §. 2.

Ad assignandum (d) pro officio alicui committendo salarium, & ad aliquid Capitulo proprium sine vlllo eorum quæ sancta hæc Synodus super hoc decreverit præiudicio alijs condonandum.

Ad nominandum etiam punctatorem, calculatores, œconomos, ceremoniarum Magistrum, Ecclesiæ Cappellanos, Ministros, & famulos, aliosque quoscumque, tam mensæ Capitularis, quam aliarum rerum officiales, Capitulo deputandos, eosque salva in omnibus præ-



MEXICANUM. § 29

præcipua Prælati potestate, iuxta iuris dispositionem, ac sacri Concilij Tridentini (e) huiusque sanctæ Provincialis Synodi decreta removendum.

(e) Sess. 25. c. 1.
6. lib. 1. tit. de
Maioritat. &
obedien. §. 14

Præterea, ad respondendum quibusvis alicuius momenti Regiæ, vel Romanæ, curiæ literis, vel procuratores constituendum, vel Capitulum ad aliquid obligandum, vel etiam lites, & causa movendum, aut motas prosequendum.

Insuper ad possessionem alicui Capitulari noviter admitendum tradendum.

Ad quodvis etiam legatum Capitulum relictum acceptandum.

Nec non ad nuntios, tam ex Beneficiatis, quam ex alijs non Beneficiatis, quocumque opus fuerit mittendum.

Ad quæcumque item Ecclesiæ, aut mensæ Capitularis bona stabilia permu-
tandum, vel alienandum, vel transferendum.

Ad quamlibet quoque rem, Ecclesiæ statum concernentem, mutandum, & ordinandum.

Denique ad ea, quæ semel deliberata, & definita fuerint à Capitulo revocandum, & annullandum.



526 CONCILIUM

§. II.

AD præmissa igitur omnia, & singula, & ex noviter occurrentibus quæcumque Capitulo bene visa, quamvis ordinarijs diebus, tertijs videlicet, ac sextis ferijs, tractanda sint; Capitulares omnes in Civitate pro tempore existentes, per sceptrigerum, qui Capitulum ad nulla negotia specialem convocationem requirentia, congregari singulis illorum denuntiet, ante diem vocentur.

§. III.

SI autem alijs non ordinarijs Capituli diebus, negotia huiusmodi de novo, occurrerint, dum Capitulares omnes tunc in Civitate degentes in Ecclesia reperiuntur; ibi etiam ad Capitulum statim habendum congregentur. Adveniente vero solita Capituli hora, quicumque illi intervenerint, tam præmissa, ad quæ specialiter vocati fuerint, quam quæcumque alia præterea occurrentia, reliquis, vel non venientibus, vel si, ut præfertur, legitime occupati existant, suffragium non mittentibus, deliberent ac diffinant.

X(9)X

CA.



MEXICANUM. 327

CAPUT III.

*De Capitulo in Choro non nisi de leuibus
- rebus habendo.*

§. I.

VOlens præterea hæc sancta Synodus, pluribus absurdis ex habito in choro Capitulo hæctenus exortis occasionem tollere; Capitularibus omnibus (f) *Ex Const. Hisp. c. 16, f. 20.* pro tempore existentibus, (f) ne deinceps in choro, aut alibi, quam in loco ad id specialiter deputato Capitulariter conuenire, aut de Negocijs semel in Capitulo diffinitis, vel diffiniri captis, aut alias gravibus deducibiles tunc inde rationes habentibus, agere possint, vi futurum prohibet. Et nihilominus, vt quoties necessitas, quæ congregationem in loco solito habendam expectare non debeant, fuerit, aliqua leuia ad felicius, & ornatius Ecclesiæ ministerium, & non aliter dirigenda negotia deliberare, & providere valeant, permittit.

CA-

328 CONCILIUM

CAPUT IV.

De Generali Capitulo, binis quibusque mensibus habendo.

§. I.

Insuper, ut singulæ huius Provinciae Ecclesiae auctori spiritualium temporaliumque bonorum cumulo ac splendidiore beneficiatorumque atque servientium ministerio semper vigeant; eadem sancta Synodus statuit, (g) ut præter ordinaria singulis hebdomadis modo præmisso habenda Capitula; vnum generale extraordinarium binis quibusque mensibus, die à Præsidente per expressum Prælati mandatum designando, Capitulum habeatur: ad quod Capitulares omnes per sceptrigerum quatuor ante diebus vocentur, ut ibi tam de lætium, causarumque pro Capitulo, aut contra ipsorum dependentium statu, diligentius factis, vel omisis, utilitate, vel damno, reparatione quoque, vel directione; quam de completa, vel in completa decimarum exactione, & quacumque œconomorum, tum pro massa, tum pro fabrica deputat

(g) Ex Const. Hisp. c. 73. f. 174. & conducit Eccles. Compostel. in suis statutis, c. 24.



MEXICANUM. 529

forum, siquę fuerit, in exigendo negligentia, vel collusione, exactarumque rerum, ac pecuniarum partibilium quantitate, diligenter ab omnibus consultetur; ac de necessario, & opportuno remedio in omnibus, maximeque in rebus Divini Cultus decentiam, officiorumque celebrationem concernentibus, provideatur.

CAPUT V.

De negotijs gratiam vel iustitiam concernentibus.

§. I.

AD tolendum verò omne dubium, & dissensionum; quę sæpe in Communitatibus ex ignorantia procedunt, materiam; hæc Sancta Synodus declarat (h) illa gratiæ negotia vocari, quę in mera huiusmodi gratiam facientis voluntate consistunt, nullamque petenti actionem iuridicam tribuunt: quę si maiori Capituli parti visum fuerit, secretis suffragijs capitularium libertati, & paci magis opportunis diffiniantur. Quę autem petenti ius, & actionem in iudicio competentem præbent, ea iusti-

(h) Ex Const. Hisp. c. 95. & 96. & in statutis Comp. à c. 108. vsq. ad c. 111. & ex Const. Grænat. c. 60.

530

CONCILIUM

tia negotia nuncupari, quæ tanquam talia sive publicis, sive de maioris partis Capituli sententia secretis huiusmodi suffragijs, omni mora postposita, consulantur ac deliberentur. Ita ut quæ similibus iusticiam concernentibus rebus, à Capitulo pro maiori parte definita fuerint, si cætera de iure necessaria concurrant, executioni mandentur.

§. II.

Ordinat præterea eadem Synodus, ut quoties aliquod gratiæ negotium Capitulo propositum, negari, Delectumque Capitulari desuper factum semel publicare contigerit; illud per suffragia iterum deliberari nullatenus possit: nec aliquis Capitularis contra præstitum de secreto servando iuramentum, vel adversus alium Capitularem, quippiam manifestare, dicere, aut insinuare directè, vel indirectè præsumat. Pro cuius ordinationis observantia, eadem Sancta Synodus præsentis conscientiam onerat. Capitulo pariter injungens, ut quoties præsentem in præmissis excessisse repererit, eundem duorum dierum emolumentis multatum corripiat: cullibet denique præbendato

in



MEXICANUM. 534

.in sanctæ obedientiæ virtute præcipiens,
vt si Capitulum hac in parte negligens
esse cognoverit ; Prælato, qui multam
huiusmodi, vt par est, decernat, & ex-
quatur, prædictum præidentis excessum,
fideliter exponat.

CAPUT VI.

*De modo quo gratiæ in Capitulo factæ
contradici potest.*

§. I.

CUM sepius evenire soleat, vt quâ-
vis legitima Capitularium con-
vocatio per sceptrigerum ante diem fa-
cta fuerit ; aliquis tamen præbendatus,
vel propter agritudinem, vel aliam ius-
tam absentiæ causam, vel certe propter
eiusdem sceptrigeri in curiam Capitulo,
in quo gratiæ negotium deliberatum
fuit, interesse non potuerit, factamque
huiusmodi gratiam fieri non debuisse iu-
dicaverit ; ideo hac perpetua Synodali
constitutione decernitur, vt idem Capi-
tularis, qui ab eo Capitulo absens, in-
terim tamen præsens in civitate fuerit,
possit infra triduum, tam in Capitulo,
quàm coram Capitulì Secretario, gra-
tiæ



532

CONCILIUM

tia, vt præfertur, factæ, contradicere; protestatus in forma se eidem gratiæ in proximè habendo Capitulo expresse contradicturum. Si vero præbendatus vt supra contradicens, prædictæ conuocationis tempore extra civitatem degerit, eandem gratiam modo, & forma præmissis, infra octo dierum spatium impugnare valeat. Qua facta contradictione, gratia huiusmodi suspendatur, quousque præbendato, qui vt præfertur, contradixerit, interveniente, iterum secretis suffragijs, calculis videlicet albis, ac nigris suffragantium libertati accommodatis deliberetur.

CAPUT VII.

Quomodo negotium per suffragia conclusum, iterum tractari non possit, & quando possit.

§. I.

NE capitularia decreta, quavis ex causa, vel ad cuiusvis personæ instantiam quotidie revocentur; hæc Sancta Mexicana Synodus firma in pos-



MEXICANUM. 533

terum ordinatione decernit, & mandat, ut quidquid semel in Capitulo deliberatum fuerit, siue gratiam, siue iustitiam concernat, nisi iusta, & vrgens causa supervenerit, iterum tractari minime possit: tunc vero Capitulares omnes exposita per sceptrigerum sufficienti eius negotij ratione, ante diem vocentur, ita ut quotquot illud negotium aliquando decreverant eiusdem consultationi rursus intersint, & qui absentes fuerint, sub competenti desuper assignando termino expectentur. Quod si loci, in quo absentes reperiuntur, distantia tanta fuerit, ut ex adversus ipsorum expectatione grave aliquod discrimen, vel inconveniens sub oriri posse credatur, quod datis suffragijs, maior capitularium pars deliberaverit, id ipsum, & nihil aliud executioni mandetur: super quo eadem Synodus conscientiam praesidentis graviter onerat, & nihilominus praecipit, ut illius, vel incuria, vel malitia, per quemlibet capitularem Praelato, qui de opportuno remedio provideat

expouatur.



*De hortem statutorum lectione ac
repetitione.*

§. I.

AD occurrendum excusationibus ex
affectata verum ignorantia sub
oriri solitis, hæc Synodus inviolabili
sanctione constituit, & mandat, vt hæc
ipsa statuta simul cum cæremoniali per
eandem Synodum in eis decreto, & or-
dinato, quolibet secundo, post cuiusvis
anni principium futuro Capitulo publi-
cè lægantur, idque præsidens sub pœna
quatuor pondo monetæ harum partium
(quæ statim si negligens fuerit fabricæ
solvat) accuratè perficiat; reliqui verò
Capitulares, quamcumque in præmissis
notaverint præsidens incuriam, Præ-
lato, qui de necessario remedio
provideat, iudicare te-
neantur.



MEXICANUM.

535

CAPUT IX.

Quomodo multa per Capitulares in vicem remitti non debeant.

§. I.

VT quæcumque Prælati (i) sententia, provisiones, & mandata debitam executionem habeant, à suprema eius iurisdictione, & (qua velut Ecclesiæ sponsus ornatur) auctoritas optarum sotiatur effectum; ordinat propterea, & mandat Sancta hæc Mexicana Synodus ea in pœnarum condemnationumque, atque multarum remissionibus observari; quæ per eandem Synodum in titulo *De Beneficiatis Cathedralium Ecclesiarum*, & eorum officio decreta, & provisæ sunt.

(i) Ex Eccles. Comp. in suis statutis c. 112 lib. 3 de Beneficiatis Cathedral. Eccles. §. 2. & infra vide 4. p. c. 20.

CAPUT X.

De Secretarij Capitularis officio, & obligatione.

§. I.

AD necessariam, & opportunam capitularium negotiorum expeditionem, hac ordinante Synodo statuitur, ut (K) Secretarius Capitali omni-

(K) Ex Const. Granat. 61. c.

326 CONCILIUM

bus Capitularibus actibus interesse, atque adeo extraordinarijs quidem Capituli diebus, vel ut Capitularis quisque vocatus. Ordinarijs autem etiam non vocatus, ad Capitulum venire, locumque Capitularem primus omnium ingredi, & in aliquo ibi sub fideli capsâ custodia servando libro, quo res Capitulares contineantur, omnium cuique Capitulo intervenientium præbendatorum nomina præmittere, & quæcumque in eiusmodi Capitulo deliberata fuerint scribere; impositas quoque multas punctis, ad notare teneatur. Quoties autem Capitulo defuerit unius diei emolumentum pro salarij rata multetur.

§. II.

TAm admissionis tempore, quam quoties iussus fuerit, solitum de servando actuum Capitularium secreto iuramentum, sicut quivis præbendatus præstare, idque per negotiorum exigentia inviolabiliter observare debeat.

§. III.

Qui non solum actus omnes Capitulares, sed etiam quæcumque ad Capitulum spectantia instrumenta condant, omnesque ejusdem Ca-



MEXICANUM. 537

pituli nomine mittendas literas, sine vlla præter assignatum illi salarium mercede, componat, & scribat.

§. IV.

OMnibus item calculis ac partitionibus à Capitulo per calculatores ad id deputatos, quodcumque faciendis, interveniat, illosque, & illas sub capsæ Capitularis prædictæ custodia ponendos, ac reponendas registret, & quæcumque necessaria transumpta ex illis accipiat.

§. V.

OMnia insuper, & singula, sive à Capitulo, sive à fabrica, Hospitalisve Administratoribus deliberata, quæ ad œconomum dirigentur, pecuniarum mandata, faciat, & in eisdem actibus Capitularibus similiter referat, ut debita illorum ratio habeatur.

§. VI.

Quemlibet quoque actum pro Capitulo parte quibuscumque personis notificandum, idem ipse notificet. Si secus fecerit eiusdem Capituli arbitrio imponendæ multæ subiacet.

§. VII.

§. VII.

SI Capituli Secretarius, reddituum quoque decimarum Notarius existat, quicquid ex eorundem reddituum libro ad mensam Capitularem pertinere repererit, extrahat; exactorumque etiam in fructibus, quam in pecunijs redditum huiusmodi partitiones, ut ab œconomo singulis Capitularibus persolvantur absque vlla pro his recipenda mercede, tribuat.

CAPUT IX.

De Sigillo Capituli.

§. I.

HÆc præterea sancta Synodus Mexicana abusus hætenus introductos de medio tollere, & ne similes introducantur in futurum providere desiderans; hac perpetuo permansura constitutione decernit, ut Capituli sigillum in capsula sub tribus clavibus, vna quidem penes Decanum, vel eius loco Præsidentem, altera penes Doctoralis præbendæ Canonicum, vel eo non existente, Capitularem à maiori parte Capituli nomi-

MEXICANUM: 539

hāndum , tertia vero penes Secretarium
servandis , custodiatur : eiusdem nihilo-
minus prædictis clavium custodibus de-
bitæ officium fidelitatis iūiungens , vt
nullas cuiusvis generis literas præter il-
las , quæ à pleno Capitulo deliberatæ
fuerint , eodem sigillo sigillari permittant.

§. II.

FT vt dilucida rerum Capitularium
ratio suo tempore , & quoties quæ-
sita fuerit , commodius reddatur , præci-
pit eadem sancta Synodus , vt (1) præter
alios libros Capitulo pro tempore neces-
sarios , certus aliquis (ad annotandum
commissionses , legationes , deputationes-
que omnes , ab eodem Capitulo factas)
liber habeatur , qui Secretario custodien-
dus , vna cum reliquis scripturis , & actis ,
per inventarium consignetur , vt il-
lum , & illa quoties requisitus
fuerit , exhibeat.

(1) Ex Consult.
Granat. c. 16.

(S)

STATUTORUM PARS TERTIA;

CAPUT I.

*De ijs quæ reddituum decimalium Ad-
ministratores agere
debent.*

§. I.

CUpiens alias summopere hæc san-
cta Synodus felici reddituum Ec-
clesiasticorum administrationi, vtilitati,
& incremento prospicere, & laudabilem
Hispanicarum Ecclesiarum consuetudi-
nem Cathedralibus huius Provinciæ Ec-
clesijs, in hoc potissimum sequendam
proponet; statuit, & mandat, (m) duo
præbendati (dignitas videlicet, & Cano-
nicus) vel alij duo Capitulares huic mi-
nisterio aptiores, a Capitulo, assignata
congrua iuxta reddituum quantitatem
mercede, deputentur, qui vna cum eo,
quem Prælatus negocijs quidem ido-
neum, & in promovendis redditibus
exercitatum ad id nominaverit, decima-
les huius Archiepiscopatus & Provinciæ
redditus annis singulis auctoretur, ita vt
admittendis aucterum sponsonibus, ac
de

(m) Ex statut.
Compost. cap.
79. & 80. &
ex Consulta
Granat. c. 60.
in §. Hazen
las rentas de-
cimales, & §.
Las posesio-
nes.

MEXICANUM. 541

deliberandis eorundem reddituum locationibus intersint, necessariaeque ac sufficientes cautiones recipiant.

§. II.

EIdem etiam Capitulo hæc ipsa Synodus iniungit, ut viros aliquos deligat, qui Ecclesiæ fundos, prædia, domos, redditus, & quæcumque alia bona stabilia quot annis visitent, illorumque omnium statum, dispositionem, discrimen, & indigentiam eidem Capitulo fideliter exponant. Quibus eadem Synodus conscientiam graviter onerat, nisi quibusvis amore, odio, ac humano lucro pospositis, Ecclesiæ utilitati, ac debito suæ visitationis muneri responderint.

CAPUT II.

De œconomis.

§. I.

VT autem Ecclesiasticorum bonorum securitati, & indemnitati consulat hæc sancta Mexicana Synodus, ordinat, & mandat, ut (n) œconomia (n) Ex statutis Prælato, & Capitulo nominandi sint in Compottel. c. Christiana Religione, & conscientia recti,



542 CONCILIUM

rectitudine laudabiles, legales, sinceri, & communiter approbati: nec prius admittantur, quam idoneas attenta bonorum eis consignandorum quantitate, cautiones præstiterint, ac una cum fideiussoribus huiusmodi se in cuiuslibet anni finem, si præscriptum solutionum redditumque ac fundorum tempus id permiserit, vel ad summum secundo, anno peractum, dum ante interim ipsorum œconomia durat, integram de dispensatis rationem & satisfactionem reddituros, sub obligatione promiserint.

CAPUT III.

De Fabrica bonis.

§. I.

Quia stabilium bonorum permanentia frequenti, & oportuna visitatione maximæ indiget, ex huius Mexicanæ Synodi decreto ordinatur atque præcipitur, ut deinceps fabricæ (o) œconomus sufficientem exigendorum exactorumque bonorum, & expensarum rationum petenti Capitulo reddat. Domus quoque ac fundi eiusdem fabricæ diligenter inspiciantur, ac illarum illo-

(o) Ex statutis.
Campostel c.
78.

MEXICANUM. 543

fámque augmento, & conditionum in eorundem locationibus appositatum impletione, censuum quoque, & emphiteusium duratione. De ipsius (p) denique fabricæ utilitate, & proventu perquiratur: & quæcumque super præmissis scripturæ, acta, & instrumenta fuerit, apud archivum eadem statuente Synodo deputandum, sub numero, & specificatione reponatur.

(p) Lib. 3. t. de Rebus Ecclesiæ & c. § 6.

CAPUT IV.

De Anniversarij, & Commemorationibus.

§. I.

VT defunctorum (q) legata, commemorationes videlicet, & anniversaria, vltimarumque voluntatum dispositiones in Cathedralibus Ecclesijs fundata, & in futurum fundanda, debitam executionem, & conservationem habeant; hæc Synodus in præmissis omnibus, & eorum singulis illa servare, & executioni mandare constituit, (r) quæ eadem decernente Synodo, in titulo: *De Testamentis, institutionibus, iure Patromatus, sepulchris, &c. statuta*, & ordi-

(q) Dist. t. de Reb. Eccl. § 3

(r) Lib. 3. t. 7. § 9. & 10.

di-



344 CONCILIIUM
dinata sunt: pro quorum complemento;
is cui chori tabulam qualibet hebdoma-
da ordinare incumbit, anniversaria; &
Missarum officia huiusmodi, per Capi-
tuli Secretarium quoties celebrari de-
bent ferenda, in eadem tabula notare te-
neatur, quatenus omnes incumbentia si-
bi munera noscant, & exequantur.

CAPUT V.

*De Scripturis Ecclesie, & earum
Custodia.*

§. I.

Prælatorum Capitulorumque cura
incumbit, vniversa Ecclesie bo-
na, illorumque iura, scripturas, & ins-
trumenta seruire. Ideo hæc Mexicana
Synodus omnibus Capitulis iniungit, &
mandat, vt (f) ea in scripturarum sub
inventario exprimentarum custodia, &
archivi (a quo nihil sine Prælati licentia
extrahatur), deputatione, & clausula
observent, & exequantur, quæ eadem
Synodo ordinante, in titulo *De rebus
Ecclesie conservandis, vel non alienan-
dis*, sub pœnis in eis contentis decreta
reperiuntur. Quando autem (r) Præla-
tus

(f) Conc. Mil.
3. verb. Quæ.
cumque, cum
legq.

(r) Lib. 3. t. 8.
n. 6. & 7.

MEXICANUM. 545

fus, & Capitulum, quibus in hoc conscientia oneratur, aliquorum huiusmodi bonorum alienationem, in evidentem fabricæ utilitatem cedere iudicaverint, tunc nisi cetera omnia necessaria, & requisita, tam per ius commune, quam per Apostolicas literas disposita, & ordinata præcesserint, nihil innovetur. Si quid vero aliquid factum fuerit, nulli-
tatis vicio subiaceant.

CAPUT VI.

De candelis in die Purificationis Beatæ Mariæ distribuendis.

§. I.

IN candelarum distributione (v) die Purificationis Beatæ Mariæ facienda, prohibet eadem Synodus, vanos ac superfluos cereorum sumptos in posterum fieri. Præcipiens nihilominus honestam ceræ quantitatem Præfato, capitularibus, & omnibus Ecclesiæ Ministris, atque servientibus necessariam provideri, eamque ipsius Ecclesiæ thesaurario, cui simul cum præfidente eiusdem cure partio incumbit, consignari. Omnes quoque solemnæ eiusdem festivitatis

(v) Conc. Mil.
verbo: Quod
pietatis. & s.
t. Quæ ad Sa-
cramentalia,
& Sacramen-
ta generatim
pertinent.

546 CONCILIIUM

processioni interventuros, quibus in hoc conscientiam onerat, hortatur in Domino, ut singulis cereis accensis, cum devotionis fervore, & spiritus elevatione, quæ & ipsorum statum, & illum actum deceat, procedant.

CAPUT VII.

De Requie, eiusque usu ac tempore.

§. I.

(x) Ex Const.
Gran. c. 5.

QUAMVIS præmissæ (x) erectionis forma Cathedralium huius Archiepiscopatus, & Provinciæ Ecclesiarum capitularibus, qui præter quotidianas distributiones, nullos omnino fructus habent, aliquod pro Requie tempus in assignet; & Sancta Synodus Tridentina (y) dum quibusvis Ecclesiarum huiusmodi præbendatis ultra tres menses, ab eisdem Ecclesijs quolibet anno ab esse prohibet, earum Ecclesiarum constitutiones, quæ longius servitij tempus requirunt, intactas relinquat. Hoc tamen Sanctum Provinciale (z) Concilium humanæ infirmitati aliquo, ut par est, indulgentiæ præsidio subvenire volens, quo suavior, atque

(y) Sess. 24 c.
12. verb. Præ-
terea obtinen-
tibus.

(z) Lib. 3. t. de
Clericis non
residentibus.
§. 2.

fer-

MEXICANUM. 547

ferventior Divinorum Officiorum celebratio fiat ; singulis (a) omnium Cathedralium Ecclesiarum huius Provinciae §. 2. præbendatis septuaginta dierum requiem quolibet anno concedit, quemadmodum in titulo *De Clericis non residentibus*, inviolabiliter observanda sanctione decrevit. Ad decidendum vero quascumque super huius decreti, & concessionis usu dubitationes pro tempore occurrentes, quæ iudicis ministerio indigerint, idem Provinciale Concilium plenam cuilibet in sua Diœcesi Prælati facultatem ; & auctoritatem tribuit, ut attentis temporis personarum, negotiorumque circumstantiis, & habita tenuitatis reddituum, ac debitæ Divinis Officiis frequentia ratione, quæ Dei ac Domini nostri obsequio, divinique cultus augmento potissimum convenire iudicaverit ; ea deliberet, ordinet, atque provideat, prout pastorali eius prudentiæ, & solitudini idem Concilium committit, & conscientia relinquit.

§. II.

Decernit tamen eadem Mexicana Synodus, neminem præmissi de-



548

CONCILIUM.

creti, & indulti vigore à sua Ecclesia ad
esse posse in aliquo ex infra-scriptis die-
bus, qui sunt tres priores Paschales
dies.

Nativitatis.	}	} Domini,
Resurrectionis.		
Pentecostes.	}	
Circumcisio.		
Epiphania.	}	
Ascensio.		
Conceptio.	}	} B. Mariæ,
Nativitas.		
Annunciatio.	}	
Purificatio.		
Assumptio.	}	

Festum	}	Santissimæ Trinitatis.
		Corporis Christi.

Feria quarta, quinta, & sexta.

Sabbatum maioris hebdomadæ.

S. Iosephi.

S. Ioannis Baptistæ.

SS. Petri, & Pauli.

Omnium Sanctorum.

Festum	}	Commemoratio Defuncto-
		rum, vsque ad finem Missæ.

Patroni generalis.

Patroni titularis Ecclesiæ.

Omnes item Dominicæ Adventus,
& cuiusvis mensis tertix, quandiu San-
ctis



MEXICANUM. 549

Ætissimæ Eucharistiæ processio duraverit. Omnes item dies Quadragesimæ.

§. III.

Similiter hæc Synodus neminem septuaginta horum dierum de requie, nisi pro rata temporis, quo eidem Ecclesiæ inservierit, gaudere posse declarat. Siquis verò dum actuali vnius præbendæ residentiæ integrè inservit ad aliam in eadem Ecclesia promoveatur, vt par est, requie integrè gaudeat.

§. IV.

Insuper eadem Mexicana Synodus declarando subiungit, vt ad Matutinum præcipuarum festivitatum superius expressarum, ne dum præter Adventus, Quadragesimæ, ac tertias cuiusvis mensis Dominicas præbendati omnes interesse teneantur. Qui verò nisi ex veræ ægritudinis impedimento defuerit, præter illius horæ distributionem, sex etiam dierum statim in quadranti annotandorum, emolumentis irremissibiliter multetur; ita vt qui hanc pœnam quovis modo remiserit, eandem emolumentorum quantitatem fabricæ, ipso iure, absque vlla alia declaratione, in-

350 CONCILIUM.

(b) Vbi supra conscientia restituere debeat, iuxta alias factam ab hac Sancta (b) Synodo dispositionem.

§. 2.

CAPUT VIII.

*De ijs qua amittit, qui prædicta re-
quie utitur.*

§. I.

RAtioni consentaneum est, ut propriæ voluptatis quietisque corporæ oblitis, maius lucrum respondeat, quam eis, qui recreationi vacant. Idcirco hæc Sancta Synodus Mexicana plurimam dubitationum absurdorumque causas succidere cupiens, decernit, & mandat, ut quamdiu aliquis præbendatus prædicta requie usus fuerit, inter essentijs, obventionibus, funeribus, anniversarijs, & manualibus, quæ non nisi verè, & corporaliter præsentibus, & residentibus dentur, absentiumque multis careat. Itaque dum in quadranti signum hoc R, Requiem denotans habuerit, præbendæ suæ acervo, seu grosa dumtaxat fruatur. Ut autem quisque Capitularis certum remanentium sibi de huiusmodi requie dierum numerum facile teneat.

ex.



MEXICANUM. §. I.

ex eiusdem Synodi mandato punctator in quadrantis margine, quosquisque de huiusmodi requie dies perceperit, adnorare teneatur.

CAPUT IX.

De ijs, quæ lucrari possunt præbendati, qui à Prælato occupantur.

§. I.

CUM quilibet Prælatus duos præbendatos in curæ suæ pastoralis subsidium deligere, & occupare. Pontificio (c) iure possit; hac Mexicana declarante Synodo statuitur, & ordinatur, duos Capitulares huiusmodi à Prælato ad effectum prædictum nominandos, annuis suarum præbendarum emolumentis (præterquam obventionibus, & manualibus, quæ non nisi verè, & realiter assistentibus, ut præfertur, dantur) integra gaudere posse. Ita ut in celebrationibus (d) festivitatis præmissis, ad Matutinum, & alias Horas, nisi tunc iusto actualis occupationis impedimento caruerint, super quo eorum conscientia operatur, interesse non debeant.

(c) In cap. de cætero in cap. ad audiendam de Cler. non residentib.

(d) Conc. Trid. sess. 24. c. 12. de Ref. verb. omnes verò,

552 CONCILIUM

§. II.

(e) Conc. Mil.
4. verb. Epif.
copo.

QUicumque præterea præbendati, (e) qui Prælato alicubi extra suam Ecclesiam Pontificaliter celebranti ministraverint, vel quos idem Prælatus a chori ingressu, vel ab eodem choro, etiam ante Missæ, vel alterius Horæ, finem, ad se vocaverit, perinde ac si verè, & realiter divinis interessent, univèrsa emolumenta lucrentur. Qui etiam ipso Prælato mandante concionem in eadem Cathedrali Ecclesia habiturus fuerit, tribus ante concionem diebus (si tamen in illis ad Missam, & Vesperas interfuerit) eorundem trium dierum obventionibus, & manualibus sicut alij verè præsentès, gaudeat. Si autem alibi sine expressa ipsius Prælati iussione verbum Dei prædicare voluerit, nullis huiusmodi interessentijs, sed concessis pro requie diebus, si quos habuerit, fruatur.

§. III.

NE autem cuidam egrediendi chororum simulata suffragetur occasio, sed omnes coram Deo in sinceritate cordis ambulare studeant; hæc Sancta Synodus illorum qui per fraudem aliquid lu-

MEXICANUM. 553

Errati fuerint, conscientias ad illud ipsum restituendum ipso iure teneri declarat.

STATUTORUM PARS

Quarta.

CAPUT I.

De patitur, præbendis ægrotantibus (F) Ex Const.
concesso. (E) Gran. cap. 56.

§. I.

PRæbendatos aduersa valetudine laborantes favore per Sacros Canones (g) concessio prosequi volens hæc (g) In cap. vni
Sancta Synodus; decernit, & mandat, co de Clericis
vt quoties aliquis Ecclesiarum huius Archiepiscopatus, & Provincia præbendatus ægrotaverit, ad chorum venire non teneatur. Et nihilominus vniversis præbendæ suæ emolumentis, & obventionibus, anniversarijs, & manualibus, quæ non nisi ab actualiter assistentibus percipiuntur, perinde, ac si Divinis Officijs interesset, gaudeat. Et quia leuissima ex causa plures dum rectè valent, ægitudinem simulant, vt hoc prætextu choro se subtrahant; quotquot huiusmodi fuerint, hæc Sancta Synodus,
pro-



(h) Late Navarrus de Horis Canonicis in cap. Quando concess. distinc. 1. c. 5. n. 10.

proprie conscientia onus, & scrutantis renes, & corda Dei iudicium attendere. commonet, vt omni prorsus cavillatione postposita, ad interveniendum choro, ibique perpetuas Deo pro tot in nos collatis bonis laudes per solbendum, (h) se ipsos excitent, & quaecumque simulata ægritudinis causa bona perceperint tamquam mala fide, & contra Dei legem parta, restituant.

§. II.

Quoties autem quis ab ægritudine in pristinam Deo iuvante salutem restitutus fuerit; cum primum domo sua exierit, non nisi superpelliceo indutus, recta via ad Ecclesiam, eiusque chorum, debitas pro receptis viribus eidem Domino gratias acturus, tendat. Sed si tunc temporis ab Horis Canonicis vacetur, aliquos præfati sui adventus testes adhibeat, chorumque cum voluerit exeat. Quod si quis vt præfertur; convalescens, alio priusquam ad Ecclesiam se contulerit, præter omnes Horarum, quibus ægritudinis titulo defuerit, distributiones, totidem alia emolumenta amittat: ita vt si duobus ægritudinis causa diebus absens a choro fuerit.

MEXICANUM. 535

fuerit, dierum quatuor emolumentis
multetur.

§. III.

CAppellani (i) quoque, & acoliti,
quoties manifesta ægritudine præ-
pediti fuerint, simili absentia beneficio
gaudeant. Verùm quia sepè numero plu-
res illorum benevalentes se agrotare af-
firmant, vt otio vacent; ideo prætenfas
ipforum ægritudines, eorum maximè
qui sine patienti causa frequenter absunt,
videndi, & examinandi cura præcipua
punctatori incumbat.

(i) Ex doctr.
Covarr lib. 3.
Variar. ref. c.
13. n. 4. vers.
5. consult. Gr.
c. 56.

CAPUT II.

*De patitur, præbendatis extra civitatem
concesso.*

§. I.

Quotiescumque Capitularis, qui
requiem accepit, extra civitatem
profectus fuerit, ibique in verum
atque patientem morbum, qui fidedig-
na Iudicis, vel Sacerdotis, vel Notarij
attestatione, addita iuramenti solemni-
tate probetur, inciderit; requie inter-
rim minime computata, agrotantium
igre fruatur. Si autem inde progrediatur

556 CONCILIUM

ulterius, cessante huiusmodi ægrotantium favore, præmissa requie iterum gaudeat: qui nihilominus ad civitatem rediens, si ipsum vere ægrotare constiterit, idem *patitur*, ut præfertur, habeat. Si verò de ipsius ægitudine non satis constiterit, primo dictam requiem recipiat.

§. II.

Insuper ordinatur, & statuitur, ut qui eodem ægrotantium beneficio, quod *patitur* dici solet, extra civitatem gaudere voluerit; illud in Capitulo per se, vel per alium petere debeat; non à suffragiorum eventu pendeat, sed ut illius absentia omnibus innotescat. Quod tamen nemini extra Episcopatum morari volenti, nisi illud salutiferum balneum, seu calidæ, frigidæve regionis temperiem de duorum medicorum id expedire iurantium Concilio, se adire velle iuraverit, nec sine præmissis limitationibus concedatur.

§. III.

VT autem quoad fieri, possit, dubia cessent, eadem Synodo providente, declaratur, ut si quis Capitularis personaliter in choro, vel alibi, existens, sibi

MEXICANUM. 357

bi pro vespertino tempore, vel sequenti die hoc signum patitur apponi à punctatore petierit, illud non obtineat. Quod si obtinuerit, totidem dierum, aut horarum, quibus tale *patitur* habuerit, emolumentis mandato præsentis multetur. Si tamen aliquis Ecclesiæ actualiter præfens aduerso aliquo accidenti, vel indubitato morbo correptus fuerit, idque punctator insinuauerit, eiusdem *patitur*. Signo in quadranti valide notetur.

CAPUT III.

De ijs, quæ cum Præbendatis ægrotantibus in mortis periculo constitutis agenda sunt.

§. I.

SI quidem satis constat gravibus morbis homines, vt plurimum ad interitum duci, in eoque rigidissimo conflictu vires humanas debilitari, & memoriam deficere, adeo, vt sic laborantes, ad recolendum mente Deum, seque ab æternæ mortis faucibus eripiendum aliorum prudentium hominum præsidio, ac ministerio maxime indigeant; ea propter statuit ac mandat hæc
san-



558 CONCILIUM

(K) Ex statut.
Hisp.c. 129.

sancta Synodus, (K) vt quouis Capitulari lethaliter ægrotante, duo Beneficiati ad id magis idonei à Capitulo deputentur, qui Capitularem prædictum eiusdem Capituli nomine visitent, ac eum in corporalibus fraterna sollicitudine adiuvent, tum Ecclesiasticis, quam primum sacramentis reficiant, prout decet Christianum. Quibuscumque animæ suæ debitis pie condito testamento satisfacere faciant; eidem quoque sacrum Extremæ Vnctionis Oleum, tempore quo illud ab eo cognoscatur, conferri imprimis curent; ipsumque ambo simul, vel alternatim singuli, prout eius necessitati expedire viderint, vsque ad ultimam vitæ halitum diligentissime commixentur. Pius denique ex sacra potissimum pagina, verbis, & exortationibus, Sanctisque in ordinario descriptis præcationibus, terribili huiusmodi mortis articulo, contra communis hostis insidias, necessarijs, & opportunis ad bene in Domino moriendum corroborarent, & suaviter exhortentur.



MÉXICANUM. 552

CAPUT IV.

*Quomodo ægrotanti Prælo Eccle-
siastica Sacramenta sint mi-
nistranda.*

§. I.

PRæcipit etiam, & mandat hæc sancta Synodus, (1) vt Prælo ægrotanti, ac Sanctissimæ Eucharistiæ, & Vnctiones Extremæ Sacramenta petenti, Capituli præfidens pluviali aureo ornatus, Præbendatis omnibus nemine excepto, vna cum Parochis, Cappellanis, & Ecclesiæ Ministris, reliquisque Sacerdotibus, qui congregari possint, super pelliceis indutis, processione ordine comitantibus, cruce quoque cum luminaribus ditioribus præcedente, eandem Sanctissimam Eucharistiam, qua decet, devotione ad reverentia ministret: Præbendatisque singulis huic actui deficientibus emolumenta singulorum meritorum per eos emerita, inter alios, qui interfuerint, distribuenda, detrahi iubeat.

(1) Ex Statuto
Hisp. c. 128.

CONCILIUM

CAPUT V.

Quomodo Præbendatis ægrotantibus eadẽdem Sacramenta ministrare debeant.

§. I.

(m) Ex Const.
Hisp. c. 127.
& 128.



QUANDO Sanctissimæ (m) Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis Sacramenta, alicui Præbendato ægrotanti ministranda fuerint, per Parochus, sub cuius illæ Parochia degerit, serico pluviali ornatum, accensis cereis, deputandisque à Præsidente Ministris comitantibus, eidem ægrotanti, cui Deo Capitulares superius nominati in reliquis necessarijs adsit ministrentur.

CAPUT VI.

De campanarum pulsatione defuncto Præbendato faciendâ.

§. I.

VT deferenda Præbendato reverentia in omnibus resplendeat, eidemque morienti nihil debiti honoris deficiat, eadem decernente Synodo statuitur,



MEXICANUM. 561

& ordinatur, vt (n) quoties Prælatum obire contigerit, statim campana maior sexagies admodum paullatim pulsetur, omnes deinde maiores minoresque campanæ funebri sonitu ter solemniter tinniat, tum quæ Parochiæ, Monasteria, Eremitoria, ac Hospitalia simili campanarum pulsatione, ac solemnitate respondeant. Idque per totum novendium quotidie, semel quidem post meridiem, ac iterum post solis occasum, nec non tempore funeris spatio dimidiæ horæ durante similiter faciant, quatenus frequens omnibus præcandi Deum recordatio subeat, vt & defuncto Prælato æternam felicitatem, & convenientem Sancto eius obsequio successorem populo concedat.

(n) Ex consuetudine
Hisp. c. 130.
Const. Mil. l. 1.
2 p tit. de funere Episc. &
Mil. 4. t. de funeribus, & exequijs.

§. II.

Similiter (o) quoties aliquem Capitularem obire contigerit, si Dignitas fuerit, quadragies; si Canonicus ter decies, si integer, vicies; si verò dimidius portionarius, decies primo dicta campana maior etiam paullatim pulsetur, statimque, ac funeris, & exequiarum tempore reliquæ omnes campanæ funebri sonitu solemniter quatiuntur.

(o) Ex consuetudine
Hisp. c. 131.

*De modo sepeliendi Prælatum de-
functum.*

§. I.

(p) Quæ ap-
posita sunt ex
const. Hip. &
Conc. Medio-
lan. sup. c. 6.

QUUM Prælatus (p) diem clauserit
extremum, Pontificali ornatu
vestibus violacei coloris, iuxta
Dignitatis eius exigentiam, induatur, &
sic indutus super aliquem, in amplo cu-
biculo, vbi decentia ad celebrandum al-
taria esse possint, construendum ac ser-
uis paramentis sternendum lectum, col-
locetur. Post hæc Capitulares omnes,
nemine dempto, sub pœna præsentis
arbitrio imponenda, superpelliceis, ac
suo tempore etiam Chori Cappi super-
vestiti, vna cum clero ad eum locum,
sublimi præcedente Cruce, processions
ordine accedant; ac Prælati, vt præfer-
tur, defuncti, animam iuxta descriptum
in Ordinario tenorem Deo commen-
dent, triaque defunctorum nocturna di-
cant. Manentibus interim, ex eiusdem
præsidentis ordinatione, competentibus
in Ecclesia Misiltris, qui currentis offi-
cij Horas absque aliquo defectu recitent.

Pro-

MEXICANUM. 563

Provisis deinde atque dispositis cæteris rebus, funeri necessarijs, ministri de more parati, ac sex præbendati pluvialibus indûti sceptrâ gerentes, simulque omnes Monachorum Conventus, ac Reliquus ordo Clericorum, à Cathedrali Ecclesia, vbi iuxta præviam vocationem Congregati fuerint, ad supradictum cadaveris locum ordine servato procedant. Ibiq; dicto Responsorio, & oratione, defuncti corpus detecta quidem facie, ut præfertur, indurum feretro decenter ornato imponant, illudque seniores Dignitates, cæteriq; Capitulares, & Monachorum Ordines, psalmos interea, aut alia secundum Manuale Romanum, vel laudabilem eius Ecclesiæ consuetudinem dicenda, decantantes, vsque ad Ecclesiam, vbi sepeliendus fuerit, humeris vicissim offerant. Vbi si per statutum ad celebrandum tempus licuerit, solemne Missæ Sacrificium, addita ad ædificationem populi digna funerali concione, per agent. Ac denique corpore sepulture tradito, Prælati huiusmodi propinquos, vel famulos vsque ad eandem vnde exierint domum sine prævia cruce

comitentur.

N^o 2

§.II.



564 CONCILIUM

§. II.

Item ordinatur, & statuitur, vt præ-
misso exequiurum novendio durante,
quotidie, tam post Missam, quam post
Vesperas, Minister pluviali indutus, co-
ram sublimi Cruce ac luminaribus, Res-
ponsorium pro eodem defuncto dicat.
Ipso vero exequiarum die Decanus, &
Capitulum, eisdem Monachorum Con-
ventibus cum reliquo Clero intervenien-
tibus, Vigiliam cantet, & Missæ Sacri-
ficiuni, iuxta Breyarij Romani formam,
habita simili funerali concione perfici-
ant. Ita vt in omnibus se Christianos
ac pios, suoque Prælato, eius Ecclesiæ
sponso, verè subditos ostendant. Atque
adeo, quæcumque alia id non expressa,
quæ ad huius funeris, exequiarumque
decus, & ornamentum, proba, & inte-
gra ipsorum conscientia dictante, desi-
derari iudicaverint, ipsi diligen-
ter provideant.

)(S)(



MEXICANUM 565

CAPUT VIII.

*De modo sepeliendi præbendatos
defunctos.*

§. I.

Quoties aliquis (q) præbendatus ex hac vita migraverit, Sacerdotalibus quas ipsæ habuerit, aut emerit, vel si adeo pauper fuerit, ut eas emere nequeat, ab Ecclesiâ providendis vestibus induatur, eiusque anima per aliquos Capitulares, & Clericôs à præsidente nominandos Deo commendetur. Quibus peractis, & adveniente funeris hora, Decanos, & Capitulum, simulque Ministri de more parati, Cruce cum luminaribus præcedente. Ecclesiam exeant, ac defuncti corpus ad Ecclesiam ubi sepeliri debuerit, efferant: & post Vigilæ recitationem, ac si per tempus licuerit, Missæ Sacrificium, illud sepultura tradant. Pro quo similiter exequias agere, & Missæ Sacrificia infra dicenda celebrare, quæcumque demum defuncto fratri, ad animæ salutem, & corporis honorem necessaria, & oportuna providere teneantur.

(q) Ex const.
Hisp. c. 133.
Conc. Milanæ
2. tit. 2. de cæ-
tero. 3.

§. II.

CUM verò Cappellanus, vel Minister Ecclesiæ ex hac vita similiter migraverit, comitantibus omnibus eiusdem Ecclesiæ Cappellanis atque Ministris cum demonstratione, quæ talis Ecclesiæ Ministrum deceat, per Parochos sepeliatur.

CAPUT IX.

De ijs quæ quilibet Capitularis agere tenetur in Prælati, vel alicuius Capitularis obitu.

§. I.

Fides Catholica docet, quam Sancta; & salubris cogitatio est pro defunctis ex orare, ut à peccatis solvantur. Unde hæc Mexicana Synodus decernit, & mandat, ut quilibet eiusdem Ecclesiæ Capitularis pro demortui Prælati anima sex, pro quovis vero præbendato similiter vita functo tres; Prælatus autem pro quolibet eiusdem Ecclesiæ Capitulari ex eadem vita migrante sex etiam Missas infra novendium, à die obitus computan-



MEXICANUM. 367

tandum dicere teneantur, & absentes,
vt eisdem satisfaciant, certiores reddan-
tur.(r)

(r) Conc. Mil.
11. dicto tit.
2. d. 14.

CAPUT X.

De iniurijs verbo, aut fact^o illatis.

~~facto~~ fact^o.

§. I.

SI viri Ecclesiastici (qui propter sta-
tus eminentiam reliquo populo
Christiano præ oculis habentur, quique
verbis, moribus, & actionibus solitè
virtutis exemplum præbere debent) se
ipsum, vt par est, à vitijs omnibus cor-
rigerent, plurimis profecto ad hoc ne-
cessario conditis legibus mandatisque
opus non esset. Quare hæc Sancta Mexi-
cana Synodus inuolabili ordinatione
decernit, & mandat, vt (f) quoties ali-
quos præbendatos iurgari, aut tam ver-
bo, quam fact^o rixari quavis ex causa
occurrerit, eos præsidens arbitrio suo
iuxta cuiusque culpam multare, & adu-
tuam amicitiam quam primum restitue-
re possit, ac debeat. Quando tidem tot
spiritualia ac temporalia bona ex con-
cordi fraternitate, & pace, tot vero
damna, & incommoda ex odijs ac di-
sensionibus erantur. Si quis autem, quod

(f) Ex Const.
Hisp. c. 116.
& 117. Conc.
Mil. 111 ver-
bo: Si fixa, &
contumelia.



568 CONCILIUM

absit, pacem, & amicitiam respuerit; à
Prælato, qui statim de hoc certior fiat,
tamquam à Patre, efficaciori remedio
corrigatur.

§. II.

DEclarat nihilominus eadem Sancta
Synodus, non esse suæ inten-
tionis per hoc decretum cuiquam ius ali-
quod tollere, sed quavis reconciliatio-
ne, & amicitia interveniente, offensum
contra offendentem conquiri, ac litem
prosequi in iudicio posse: affectu tamen
paterno per viscera misericordiæ Dei
nostri offensos huiusmodi ortatur, &
monet, ut quid eiusdem Domini Mi-
nistros, ac veræ charitatis, quæ patiens,
& venigna est, sectatores deceat, ad pu-
sillorum exemplum, & ædificationem
attendant: atque adeo quaslibet sibi ipsis
illatas iniurias, in eius, qui pro totius
generis humani culpis satisfecit, quique
nobis ipsum quotidie offendentibus cle-
mentissime parcit, amorem, & gratiam
alis remittant. Pro quorum aliorumque
in præmissis necessariorum dispositione,
& effectu, eadem Synodus præsidenti,
& Capitulo conscientias onerat, & su-
blatis omnibus dissensionibus, & scan-
dalis, quæ ad Dei obsequium, & divi-
ni,

MEXICANUM. 569

ni cultus augmentum expedire iudica-
verint, provideant. Idemque præsidens,
tam in Capitulo, quam alibi, præben-
datos à durioribus verbis, & manuum
motibus, vnde plura ex præmissis ab-
surda nascuntur, abstinere iubeat, ac
pertinaces, si opus fuerit, multare faciat.

§. III.

QUæ omnia, & singula, vt præfer-
tur, statuta, hæc Sancta Provin-
cialis Mexicana Synodus, ab
omnibus Cathedralibus huius Archie-
piscopatus, & Provinciæ præbendatis
observare, illaque, & multas in eis con-
tentas, à præsidentibus, & Capitulis de-
bitæ executioni mandari, ac Carceri-
onale similiter ordinatum, & eisdem sta-
tutis insertum recipi, & exercitari præ-
cipit, iniungit, & mandat. In quorum
fidem has literas assistentium eidem Sy-
nodo Patrum nominibus munitas sigilla-
ri fecit. Mexici in aula Synodali 17. Kal.
Nov. Ann. Dom. MDLXXXV.

Petrus Archiepiscopus Mexicanus.

*Fr. Gomez Garcia Episcopus Guate-
malensis.*

Fr. Ioannis Episcopus Mechoacanensis.

Didacus Episcopus Tlascalensis.

Fr.



570 CONCILIUM

Fr. Gregorius Episcopus Yucata-
nensis.

Fr. Dominicus novæ Galletiæ Epif-
copus.

Fr. Bartholomeus Episcopus Ante-
querensis.

In testimoniū veritatis præmissis meum
nomen subscripsi.

Doct̃or Ioannes de Salzedo Secre-
tarius.

Nos Antonius tituli Sancti Ioannis
& Pauli Presb. Cardin. Carrasa fidem
facimus, & attestamur, statuta facta
à Reverendis. D. Archiepisc. Mexicano
in Synodo Provinciali anno MDLXXXV.
celebrata vnaque cum Synodo prædicta
ad S. S. D. N. Missa à Sacra Congreg.
Cardinalium Conc. Tridentino inter-
pretando Sanctitatis suæ auctoritate
prepositorum emendata atque aptata
fuisse, eorundemque statutorum origi-
nale apud ipsam Congregationem re-
mansisse, cum quo huiusmodi statuta
hoc libro chartarum LXXIX. quarum
prima incipit: Sancta Synodus Provin-
cialis in civitate Mexicana, ultima vero:
Augmentum expedire, & desinit: Doct̃or
Ioannes de Salzedo; descripta, & col-
lata, in omnibus, & per omnia concor-
dant.

MEXICANUM. 573

idant. In quorum fidem his propria manu subscripsimus, & ab infra scripto Secretario item subscribi, sigillumque nostrum, quo in Congregationis prædictæ literis, & Scripturis observandis utimur, apponi mandavimus. Romæ die 27. Octobris MDLXXXIX. Ita est.

A Card. Carrafa.

Laurentius Frizolius Sacræ Congregationis antedictæ Secretarius de mandato.

Et est signatum sigillo Illustrissimi Cardin. Carrafæ.

*Loco ✠ Sigilli Illustrissimi
Cardin. Carrafæ.*

CARDINALIS DE AGUIRRE

Catholico ac pio lectori.

Postquam exhibimus Acta huius Concilij, visum fuit hoc loci proferre Cathalogum Archipræsulum Ecclesie Mexicanae, redacta in synopsis historia ipsorum, extante apud Agidium Gonçalez Davila, Catholica, Martestatis PHILIPPI IV. Chronographum Tomo I. Theatri Ecclesiastici Indiarum, Matrìci edito anno MDCXLIX. Inde vero libabimus solum, & breviter indicabimus, quæ ille fuscis scripsit, & maioris momenti sunt. Porro dum narrat ea quæ spectant ad Archiepiscopum D. Joannem Perez de la Serda, cuius sumptibus fuit promò typis editum hoc Concilium anno MDCXXII. Divertit aliquanto laticis ad narrandas res admirandi illius hominis Dei GREGORII LOPEZ, cuius venerandum corpus ipsius tempore è sepulcro veteri in aliud decentius eiusdem Metropolitanæ Ecclesie fuit translatum. Hac occasione placuit non nihil indicare de viro illo incomparabili. Certe dum viveret, & post facta non solum à gravissimis Episcopis

pis.

MEXICANUM. 573

pis, & Theologis, presertim spirituali
vitæ, & mystica doctrinæ deditis, sed
etiam ab omnibus feri, reputatus fuit,
& censetur adhuc à multis; veluti phe-
nix, aut gigas inter eos, qui spiritua-
les, immo, & perfectè audiunt. Vita ip-
sius à multis scriptoribus pijs ac fide
dignissimis Hispanico Sermone sepius
edita, tot admiratores quot lectores ha-
bet. Vel hoc unum stupori sufficeret,
quòd saltem triginta tribus annis ante
obitum, singularissima Dei gratia adiu-
tus, & privilegio rarissimis concesso;
nunquam intermiserit deliberate fer-
ventes, & puros divini amoris actus,
idque assidius incrementis, etiam inter
occurentia, & necessaria humane vitæ
officia, & crebrum usum quarumlibet
excellentissimarum virtutum, preser-
tim mortificationis perfectæ, equivo-
citatæ summæ, & patientiæ invictæ.
In quorum virtutem perenni exercita-
tione longissime fuisse videtur ab igna-
va illa, ociositate recentium. Quietista-
rum, quæ huic Sanctæ Sedi, & Supre-
mæ Inquisitioni Romanæ fastidium, &
nauscam prolixam attulit per aliquot
annos. Solitarius quidem fuit Grego-
rius diu, & plerumque in ocio à civili-
bus;

574 **CONCILIUM**
*bus, & temporalibus curis. Sed tamen
adeo semper deditus contemplationi, &
mortificationi ac virtutum aeternarum
exercitio, ut potueret dicere cum Mag-
no Augustino, dum aliquandiu intermi-
sit curas Episcopales, & ab ijs recessit:
Hoc meum ocium est magnum ne-
gocium.*

CATHALOGUS

PRÆSULUM

ECCLESIAE MEXICANÆ.

*VBI NONNULLA OBITER
de venerandis ac pijsimis viris GRE-
GORIO LOPEZ, & D. IOANNE
PALAFOX, in eadem Ecclesia, &
tota Nova Hispania ce-
leberrimis.*

PRæces huius Concilij primo loco
subscribit D. Petrus Moya de
Contreras, Archiepiscopus Mexicanus.
Sed antequam aliquid de eo spectatim
dicamus, oportet nonnulla in ante-
cessum præmittere de alijs Archiepisco-
ris.



MEXICANUM: 575

pis illius decessoribus, ac postea aliquid libare de successoribus: vt vno feri aspectu lectores habeant Cathalogum omnium Præsulum, qui vsque modo novissimam Ecclesiam Mexicanam gubernarunt.

Primus omnium fuit D. Fr. IOANNES de ZUMARAGA, natione Hispanus, ortu Cantaber, instituto Franciscanus, & professus in Conventu Deiparæ de Aranzazu. Vir Sanctitate morum, doctrina, & zelo salutis animarum clarissimus: ac propterea ab invictissimo Imperatore Carolo V. nominatus in Episcopum Mexicanum, quem honorem diu constanter recusavit, nec nisi Imperio Superiorum compulsus admisit anno MDXXVII. Postea anno MDXLVII. Archiepiscopali titulo sibi, & successoribus dato à Paulo III. maiorem in dies virtutum sublimium splendorem profrens, & animas innumeras Gentilium ac barbarorum hominum Christi iugo subijciens, tandem placida morte octogenarius obiit die ipso Corporis Christi anno MDXLVIII. magno sui desiderio relicto præsertim pauperibus, erga quos insigniter misericors fuit. *Vide Agidium Gonzalez tom. 1. Theatri Ecclesiast.*



576. CONCILIUM

fiatlici Indarum pag. 19. & seqq.

- II Archiepiscopus numerator D. Fr. ALPHONSUS de MONTUFAR, natus Logiæ in Hispania, professus Religionem Sancti Dominici in Cœnobio Sanctæ Crucis Granatensis: ob pietatem, & doctrinam electus ad eam Ecclesiam regendam anno MDLIII. in qua magno cum animarum fructu, & admiranda erga egenos misericordia, præfuit ac profuit, usque ad annum MDLXIX. vitæ octogesimum, in quo post longam infirmitatem spiritum Deo reddidit. Iacet Mexici, sicut, & ipsius prædecessor. *Lege auctorem mox citatum, pag. 31. & seqq.*

III Fuit D. PETRUS MOYA de CONTRERAS, quo præside Concilium hoc Mexicanum, doctissimum Sannè, celebratum est. Natus Corduvæ ex nobilibus parentibus, postea Salamanticæ studuit, & progressus fecit in doctrina Sacrorum Canonum. Inde per varios Ecclesiæ gradus viam sibi aperuit ad Cathedram Ecclesiæ Mexicanæ, quam ascendit anno MDLXXIII. & administravit rite, verbo, & exemplo, domi ac foris, viginti circiter annos, visitans amplissimam Diœcesim miro subditorum

MEXICANUM. 577

solatio ac fructu. Concilium hoc Mexicū ab ipso celebratum ann. M. DCLXXXV. dicitur, secundum eius Metropolis. Primum mihi legere, aut invenire nondum contigit. Hoc autem secundum confirmatum fuit Paulo postea à Sixto V. anno M. DLXXXIX. ut supra vidimus. Porrò PETRUS noster, inter alia pietatis ac Religionis suæ decora, impensè coluit cælestium Ordinum ducem, & gloriosissimum Militiæ illivo sublimis archistrategum, MICHAELEM ARCHANGELUM, eiusque pro festo die in pane, & aqua ieiunabat. Præterea plurimum dilexit, & veneratus fuit magnum illum, & incomparabilem virum GREGORIUM LOPEZ ob miram abstractionem à rebus omnibus terrenis, & spirituali vitæ conditionem peculiarem potius admirandam, quam imitandam. Sed de hoc infra opportunius. Rediit in Hispaniam ad reddendam rationem non solum fisci Regis, sed, & supremi regiminis novæ Hispaniæ, quod biennio circiter cum laude obiverat. Summi Indiarum Senatus Præses electus, paucis post mensibus Martii diem clausit extremum, anno circiter M. DXCII. In stemmate ipsius gentili-



578 CONCILIUM

tio hæc epigraphæ erat : CAPUT AR-
TIS EST, SCIRE QUOD DOCEAS.

Ex eod. scriptore, pag. 37. & seqq.

IV Archipræful fuit D. ALFON-
SUS FERNANDEZ DE BONILLA,
pariter Cordubensis, & Mexicanæ Ec-
clesiæ Decanus, atque Inquisitor Fidei,
nominatus in Archiepiscopum anno
M.DXCII. à magno illo, & prudentissi-
mo Rege Philippo II. qui inter alias
sublimes, & verè augustas dotes, Reli-
giosissime scrutabatur, & eligebat ad
quas libet præfecturas, spectatim verò ad
regendas Ecclesias, viros optimos, &
præstantissimos, illos maximè qui ab
omni ambitione alieni, totum suum stu-
dium impendebant pietati, doctrinæ, &
vtilitati publicæ, immemores exaltationis
propriæ, & gratiæ apud Principes
captandæ. Cum verò ALPHONSUS
consecratus fuisset apud Limam Peru-
viæ Metropolim, ubi vifitationis Regij
erarij manus obibat; contigit, vt ad pa-
cificandos vrbis Quitensis in eodem
Regno tumultus populares mitteretur,
neque inde facile se extricare posset. Vn-
de impenso circiter in ijs curis qua-
driennio (à quibus fortassis melius fuisset
se expedire, vt gregem sibi commissum

MEXICANUM. 579

pasceret) tandem, nondum visa Ecclesia Mexicana, decessit intra Peruviam, anno, vř conijcio, M. DXCVIII. & Lima in Ecclesia Cathedrali sepultus est. *Ex eodem Scriptore, pag. 40. & 41.*

V D. Fr. GARCIA A SANCTA MARIA, patria Complutensis, ex nobili prosapia, professione Hieronimianus Monachus, sui Ordinis Generalis, & Prior S. Laurentij in Scoriali. Nominatus fuit à Philippo III. anno sæculari M. DC. ad Ecclesiam Mexicanam, quam strenue rexit sex circiter annis. Ingentes labores in reformando Clero, & Populo subiit, non absque magno fructu, tum præterea intrepida auctoritate Sedis suæ adversus Ministros Regios. In Archiepiscopatu præscam videndi consuetudinem, modestiam Religiosam, & frugalitatem retinuit: parcus sibi, largus erga alios, verè pater pauperum ac miserabilium Indorum; neque impar primis. Illis Episcopi, qui Apostolico spiritu ex Hispania vetere ad novam transierunt. Obijt ann. M. DCVI. & in sua Cathedrali Ecclesia sepultus est. *Ex eodem Scriptore, pag. 41. & c.*

VI D. Fr. GARCIA DE ENGUERRA, natus Fromestæ in vacco Hispani-

380 CONCILIUM

niz tractu, instituto Dominicanus, in
sacra Theologia Magister Provinciæ, ut
vacant, nominatus à Philippo III. Archi-
episcopus, simul, & institutus prorex Mexi-
canus, anno circiter M.DCVII. Vtrius-
que muneris partes, recte ac feliciter ex-
plevit, usque ad ann. M.DCXII. quo obiit
ex casu quodam, seu præcipitio, ob con-
tractam inde iecoris, & vnius costæ le-
sionem, cui sanandæ impar fuit omne
remedium a Medicis adhibitum. De-
functo iusta duplicia impensa sunt, ut
Proregi, & Archiepiscopis simul. *Ibidem*
pag. 44.

VII D. JOANN. PEREZ DE LA
SERNA, natus Corberæ in Episcopatu
Conchensi, studio Theologus, rogatus
in collegio Majori S. Crucis apud Vallis-
Oletum, & in eius urbis Academia Ca-
thedræ Durandi regendæ Præfectus. No-
minatus ann. M.DCXIII. à Philippo III.
in Archiepiscopum Mexicanum, boni
Pastoris nomen adeptus. Concilium
præiactum, olim à D. Petro de Moya
anteceffore suo celebratum, typis com-
missit, & publicæ luci dedit proprijs
sumptibus in ipsa urbe Mexico anno
M.DCXII. *Ipsius tempore* (inquit
laudatus Chronographus, *pag. 46. transf-*

MEXICANUM. 581

latum fuit corpus vener viri GREGORII LOPEZ, mille titulis colendi, & dignissimi ob excellentiam sanctissimæ vitæ, ut ab Ecclesia eiusque Summo Pastore inter Sanctos solemnè vita referatur, iuxta meritorum suorum magnitudinem. Deinde vitam admirandî eius viri summam præstringit, & lectores remittit ad ea quæ fufius scripserunt de ipso pijssimi duo auctores Franciscus Lofa, assiduus ferè illius convictor, & Lud. Muñoz in eius vitæ iam diu edita. Ego cetè illam sepius legi eum ingenti admiratione tam raræ pietatis, & perfectionis adeo sublimis, ut ab obitu proficorum illorum Ecclesiæ patrum, vsque modo vix aliquid superius in Ecclesiastica historia inveniatur. Hoc idem ferè censuerunt gravissimi Episcopi, Prælati, ac Doctores, qui virum Dei de visu, & alloquio noverunt; insuper, & quotquot eius res gestas, & scriptas lectitarunt, sapientiam quodammodo divinam, & supremum perfectionis apicem spirantia. Vnde quemadmodum illæ vivens exemplo ac monitis suis plurimos traxit ad quoddam cœlestæ vitæ genus, ita, & post obitum. Vide Paulo infra in sequenti Archiepiscopo. Sed spectemus



382 CONCILIUM

sententiam huius S.Sedis , ad cuius Sum-
pream Congregationem Rituum spe-
ctat examinare causas eiusmodi. Porro
D.IOANNES prædictus visitavit Dice-
cesim, & in pauperes largus fuit, præfer-
tim propria manu. Aiebat enim pluri-
mum conferre ad misericordiam rite
exercendam , quod Episcopus non tam
alienis oculis , quam proprijs indigen-
tiam miserorum attendat. Evocatus in-
de à Philipo IV. & grato animo excep-
tus , Ecclesiæ Zamorensi Præful datus
est, & in ea decessit ac sepultus fuit anno
M.DCXXXI.

VIII Archiepiscopus fuit D.FRAN-
CISCVS MANSO DE ZVñIGA,
nobili prosapia , natus apud oppidum
cañas in Rivogia , Diceceseos Calagur-
ritanæ; postea sodalis in Collegio Maio-
ri S. Crucis apud Valis-Oletum , & ves-
pertinus in ea Academia iuris Pontificij
professor , ac deinde Consiliarius Re-
gius in Supremo Indiarum Senatu. Phi-
lippus IV. ann.M.DCXXIX. illum des-
tinavit Archiepiscopatu Mexicano, vbi
multa laude digna gessit. Anno M.
DCXXXVI. aperiri iussit arcam, in qua
decenter servabatur venerandum corpus
fidelissimi servi Dei GREGORIJ LO-

MEXICANUM. 583

PEZ, eiusque ossa numeravit, & invenit ad huc spirantia Caelestem illam fragrantiam ac suavitatem, quã à tempore obitus diffuderent. Postea rediens in Hispaniam secum attulit, loco inæstimabilis thesauri, integram eius tibiam, & servabit, vsque ad obitum in Ecclesia Metropolitana Burgenſi, ad quam translatus fuit. Post eius mortem, quæ contigit anno circiter M.DCLII. (sinistra sui opinione relicta ob ingentes divitias quas congeſſit ac retinuit, vsque ad diem extremum) tibiam ipsam, seu hæreditate, seu industria, habuit D. PETERVS MANSO DE ZVñIGA, eius ex fratre nepos, Iacobus eques, mihi notissimus: qui dimidiam illius partem dono dedit Magistro D. Ambrosio Gomez de Salazar, Abbati Regij, & antiquissimi Monasterij S. ÆMILIANI, in quo ego Benedictinæ Religioni nomen dedi. Abbas ipse valde eruditus, & scriptis suis in Hispania notus, venerandum illud os, quod reconditori loco scrinij sui, veluti inæstimabilem margaritam servabat mihi ostendit ann. M.DCLIII. Percepi in eo (ita atestor) odorem illum seu fragrantiam, quæ nihil mortale, ac caducum spirare videtur, sed quippiam



584 CONCILIUM

Cœleste. Nec dubito sacrum illud pigrius servari adhuc in eodem Monasterio: ubi fortasse tandem aliquando eum cultum accipiet, quem Catholici Hispaniæ Reges Philippus III. & IV. ac Carol. II. immo omnia fere ipsorum regna, & dominia, quam longe, & latè patent studuerunt, & student impetrare ab Apostolica Sede causa Beatificationis illius lente admodum suscepta, nondum est conclusa. Spero autem in domino tandem illam finiendam, & toti orbi Christiano bonos fructus allaturam. Quisquis voluerit cum ingenti utilitate spirituali nosse illius res gestas, adeat Scriptores paulo antè indicatos. Interea verò nolimus circa res, & qualitatem eiusdem GREGORII LOPEZ præcipitare iudicium, sed suspendimus adhuc, & remittimus iudicio supremo, atque infalibili huius S. Sedis, ad quam solam spectat definire causas summi momenti, quales sunt quæ pertinent ad hominum sanctitatem probandam, seu definiendam, quod non sit, nec definiti decet, nisi post exactissimam causæ totius cognitionem, prævio maturo partium examine, & collatione testimoniorum.

IX D. FRANCISCUS VERDUGO

GO

MEXICANUM. 585

GO, natus Carmonæ, non longe ab Hispalensi vrbe, & in eius Academia Iuris Canonici antecessor, deinde Inquisitor Limentis, & Episcopus Guamangæ: vbi numeros omnes boni Pastoris cum insigni pietatis opinione impleuisse dicitur. Ecclesiam illam sibi in spirituale coniugium datam relinquere noluit, licet PHILIPPUS IV. plures ipsi Episcopatus in Hispania offerret: vt pote ob oculos abens Sacros Canones, præsertim Sardicenses, & tot veterum Pontificum decreta, quibus prohibentur transi-
tiones ab vna in aliam sedem, immo, & translationes, nisi vbi vtilitas, & necessitas publica Ecclesiæ aliter suadet. Cum verò hac interveniente, nominatus fuisset ad Metropolim Mexicanam regendam, antequam Bullæ Pontificiæ expedirentur fato concessit anno ætatis octogesimo, Christi verò MDCXXXVI. & sepultus fuit in eadem Guamangensi Ecclesia. Nullum condidit testamentum, quia in vita omnia donauerat, & per manus pauperum ac miserabilium Indorum ad Cælum transmiserat. Vnde ij cætervatim ad obitum confluentes, ingenti eiulatu, & copiosis lacrymis, eidem, veluti communi ipsorum refugio, & pas-



386 . CONCILIUM

tori optimo , parentarunt. Ægidius
suprà.

X Numeratur D. FELICIANUS
DE LA VEGA, Limæ (quæ & vrbs Re-
gum Peruvia audit) ortus, ab ipsa pue-
ritia ingenij præstantia , & studio Sacro-
rum Canonum excellit , atque octode-
cim annos natus , & suggesto Academiæ
illius celeberrimæ (quam alteram earum
vastissimarum Regionum Salmaticam
appellare fas sit) publicè docere cœpit.
Emenso temporis statuto curriculo , in
primaria iuris Pontificij Cathedra eme-
ritus , à Prorege , & eadem Academia
exoratus fuit , vt prælectiones in com-
munem auditorum vtilitatem prosequer-
etur : quod & fecit , ingenti omnium
plausu. Limensi Metropolitanæ Ecclesiæ
per plures annos Vicarius generalis, tum
præterea gubernator fuit : cumque qua-
tuor millies circa lites, & negotia occur-
rentia ius dixisse legatur , nunquam con-
tingit , vt vel vna ipsius sententia revoca-
retur. Electus anno MDCXXVIII. Epif-
copus Popayanus , ad eam Ecclesiam
quadringentis inde leucis distantem se
contulit , ac Diœcesim visitavit , pene-
trans vsque ad inaccessa Chichimecorum
loca , quo nullus prædecessorum accessit-



MEXICANUM. 387

fat. Nonnullos eorum ad fidem conver-
tit, plurimis opem tulit, Ecclesias pau-
peres ornamentis Sacris instruxit; sump-
to in eo itinere ex proprio peculio as-
cendente ad triginta circiter millia un-
ciarum argenti. Deinde ornavit Eccle-
siam Cathedralem altaribus elegantis
structuræ; instituit, & dotavit festivitates
quasdam ac pia opera fundavit præ-
terea in Academia Limana proprijs
sumptibus duas Cathedras; alteram tra-
dendæ Grammaticæ, alteram Theolo-
giæ. Edidit eruditum librum, cui æpi-
graphe: *Relationes Canonice*; satis cele-
brem in his Regionibus. Electus Archi-
præsul Mexicanus anno MDCXXXIX.
cum appulisset Acapulcum, Novæ His-
paniæ portum, accelerata morte finem
vivendi fecit, exeunte anno MDCXL.
Non fuit locus ut Sacramenta reciperet,
& multo minus ut disponeret quippiam
de oppulentissimo thesauro, partim he-
reditario, partim tot studijs, & officijs
publicis acquisito, usque ad octoginta
millia unciarum argenti, quæ secum de-
fererat. Nisi enim constare tantam pecu-
niæ summam fuisse agregatam, aliunde
quàm ex redditibus Ecclesiasticis, sinis-
gram sui opinionem reliquisset: cum ple-
rum-

388 CONCILIUM.

rumque nihil turpius appareat, ac ple-
rumque suspicionem aeternæ damnatio-
nis in Episcopo exitet apud omnes, quàm
morì prædivitem. Creditum autem est
ipsum detulisse secum tantam argenti
quantitatem expendendam in aliquot
præclara opera. Postea venerabilis D.
IOANNES DE PALAFOX (cuius me-
moriam in benedictione est) Episcopus An-
gelopolitanus, & Novæ Hispaniæ Pro-
rèx, iuxta insignem pietatem suam cor-
pus Archiepiscopi prædicti Acapulco
Mexicùm asportari fecit, & intra Metro-
politànâ Ecclesiâ decenti pompa se-
pelivit, plurimæque sacrificia, & suffra-
gia pro illius anima obtulit. Ex *Egidio*
vbi supra, pag. 63. & seq.

Observandum obiter, eundem D.
IOANNEM DE PALAFOX nomina-
tum postea fuisse à PHILIPPO IV. vir-
tutum eius præcellentium conscio, ad
Archiepiscopatum vacantem post obi-
tum dicti Feliciani. Verùm illæ vti Sa-
crorum Canonum peritissimus, & Aposto-
lico vitæ genere forma atque exem-
plar Sacerdotum factus, constanter re-
cusavit eam exaltationem. Æterno Dei
decreto sancitum erat, ut aliquot annis
postea Angelopoli pro tuendis Ecclesiæ



MEXICANUM. 589

ac dignitatis suæ iuribus gravissimas persecutiones pateretur, & longum martyrium, licet incruentum, instar Chrysofomi, cui vita, doctrina, zelo salutis animarum, eloquentia, & scriptorum copia, simillimus fuit: itaque, Palafoxio recusante, electus fuit.

XI. Archipræsul D. IOANNES DE MANOZGA ET ZAMORA, Marquinez in Viscaia, seu Cantabria veteri Hispanorum ortus, & Mexici educatus. Inde rediens Salmaticæ maioribus studijs operam dedit, & inter Sodales maioris Collegij D. BARTHOLOMÆO Sacri antonomastice Veteris, numeratus, in iure Pontificio doctus evasit. Post varios honorum gradus anno MDCXL. electus fuit Matrili Consiliarius Supremi fidei Senatus, & anno MDCXLII. Præses Regiæ Cancellariæ Granatensis. Unde in Archiepiscopatum Mexicanum erectus, eò accessit anno MDCXLV. & initio sequentis Metropolim recitare cœpit. Cum die 13. Aprilis inviseret oppidum Malmalco dictum, octava noctis hora tam ingens terremotum accidit, ut omnes turræ campanæ per longum temporis spatium senel secundo, & tertio cicerentur, ac sonum ederent. In eo



590

CONCILIUM

itinere plusquam septuaginta duo millia
fidelium Sacro Chrismate confirmasse
legitur.

Hucusque ex Ægidij Theatro in epi-
tomien contracto. De reliquo autem ne-
queo exactam sequentium omnium Ar-
chiepiscopulorum notitiam exhibere : quoniam
Romæ nemo ad manum mihi est, à quo
illam mutuari possim. Ex ijs autem quos
audivi, aut novi postea in ea Ecclesia se-
disse, occurrunt nonnulli, de quibus pau-
ca libabo.

XII D. :::::::::::::::::::: BUGUEY-
RO, in Galæcia ortus, professione
Theologus, & inter Sodales Collegij
Maioris S. CRUCIS apud Vallisoletum
ad scriptus per plures annos (quem me
sepe vidisse memini cum puer duodennis
in ea Vrbe, & Academia Sacri Canoni-
bus, & Iuris-Prudentiæ civili operam da-
rem sub præstantissimis Magistris, præ-
sertim Ioanne de Bonilla, & Alphonso
Olea, postea Conciliarijs Regijs) electus
fuit Archiepiscopus Mexicanus circa
annum MDCLIV. ob litigia acerrima
cum Duce Alburquerqueo Prorege Me-
xicano, redierunt ambo in Hispaniam
anno MDCLXI. ad causam dicendam,
exportatis inde immodicis opibus, non

abc



MEXICANUM. 392

absque minori vtriusque decore. Omnes enim lævum aliquid suspicantur de Proregibus, & Præsulibus, quoties opulenti admodum redeunt ex regionibus longè positis, ac præsertim ex novo orbe: & communi ferè experimento innotescit, divitias inde allatas brevi evanescere, ac vix vnquam adnepotes pervenire, iuxta illud Poetæ: visum fuit autem PHILIPPO IV. Conveniens, vt intra Hispaniam sisteret gradum: ac propterea illum præsentavit ad Episcopatum Carthaginensem, vbi tandem post nonnullos annos diem obiit in glorius, vt pote de quo nihil magnum aut excellens me audisse aut legisse memini.

XIII D.Fr. PAYUS DE RIBERA, Ducis de Alcalá, Neapolitani Proregijs filius, in Religione Augustiniana professus, Theologiam Compluti multis annis è suggesto tradidit; non vulgari opinione gravitatis morum, & doctrinæ, ob quas dotes primo ad Episcopatum Mechocananensem, ni fallor, in nova Hispania promotus, deinde verò anno circiter MDCLXX. translatus fuit ad Ecclesiam Mexicanam. In ea omnes boni Pastores numeros explevisse dicitur, iustitiæ tenax, disciplinæ zelator, vitiorum

De male quæ
stis non gau-
det tertius ho-
res.



392 CONCILIUM

corrector, profus in pauperes, & liber à philargyræ nævo, qui in vrbe illo novo, quasi epidemia animorum esse solet. Prorégis insuper munus nonnullis annis egregiè gessit, abstinens, siue spontè cedens amplissimus redditibus nostrorum Regum legi constitutis. Deponere volens vtramque sarcinam, vt liberior, & exoneratior esset ad mortem alacriter subeundam, impetravit facultatem redeundi in Hispaniam anno circiter MDCLXXXI. vix regresso, oblatus fuit amplissimus Episcopatus Conchensis; verum constanter id onus recusavit, & ex Gaditano portu, quo oppulerat, absque vilo ferè comitatu, declinata vrbium frequentia, &c. recta via ac satis longa, se contulit ad Sanctuarium DEL PARÆ dictum DEL RISCO, Ordinis sui Augustiniani, non procul ab vrbe Abulensi. Ibidem ab omni rerum caducarum cura liber, absque vilo faustu aut apparatu familiæ, perinde ferè ac vnus è fratribus, pijs exercitationibus, atque orationi, & silentio reliquum vitæ dedit, ac morte accelerata, non tamen improvisa, circa annum MDCLXXXV. Spiritum Creatori tradidit. Quidquid ferè pecuniz ex Mexico attulerat in subsidium



MEXICANUM. 503

necessitatum, expendit in ornatum eius Sanctuarij, vbi & sepultus fuit, magna virtutum suarum apud omnes existimatione relicta.

Vltimus denique Archiepiscopus omnium qui hactenus Ecclesiam Mexicanam gubernarunt, est D. FRANCISCUS DE AGUIAR SEIXAS VLLOA, natus in Gallatia, & post plures progressus in pietate, disciplina Ecclesiastica, ac studio literarum, togatus in Collegio maiori Conchensi apud Salmaticensem Academiam, vbi domi ac feris omnibus exemplar morum se praeboit. Eandem vivendi rationem servavit in Ecclesia Compostelana dum esset Canonicus, ea misericordia, immo & profusione in pauperes, vt ne quidem necessaria sibi servaret, & interdum seminudus domum rediret, data interiõri veste pauperibus miseris ad ipsum confluentibus. Quapropter opus fuit Praelatis tantae beneficentiae modum imponere, & deputare aconomum, qui ex redditibus Ecclesiasticis ipsius reservarent aliquid pro necessario victu, ac vestitu. Sanctae virtutis fama ad pijssimum Regem nostrum CAROLUM II. perven-

594 **CONCILIUM**

niente, nominatus fuit primus ad Episcopatum Mechoacanensem in Nova Hispania, & post aliquot annos ad Ecclesiam Mexicanam, cui modo præest. Verbiq; præcæ, illius morum innocentia, ac pietatis, & zeli disciplina Ecclesiastica, omniumque virtutum illustriora signa protulit, & profert in dies; parcus sibi, profusus alijs, & uti bonus Pastor non quærens quæ sua sunt, sed quæ Christi, & gregis sibi commissi. Immortales Deo gratias agere debemus, quod adeo calamitosis temporibus, & in miserrimo aliqui rerum statu, Catholici Reges tam in Hispania, quam apud novum Orbem, designaverint semper, & nunc spectatim viros præstantissimos vita, & doctrina, omniumque virtutum nitore, ad Ecclesias regendas. Possem quam multos nunc viventes nominare absque adulationis periculo. Sed abstineo; tum quia id non spectat ad huius aperis argumentum, tum præcipue ad servandum illud cœlestis monitum: *Lauda post mortem, magna post consum-*

mationem.

* * *



MEXICANUM. 595

DE SUBSCRIPTIONIBUS HUIUS
Concilij.

Primus subscribit D. PETRUS MOYA DE CONTRERAS Archiepiscopus Mexicanus, & p̄ses Concilij: de quo nos in Catalogo P̄sulum Mexicanorum.

II D. Fr. GOMEZ (non autem GARCIA, vt quædam exemplaria habent) FERNANDEZ DE CORDUVA, genere nobillissimus, & nepos D. Gundisalvi Fernandez de Corduva, dicti antonomasticè MAGNI DUCIS professor in Religione S. Hieronymi apud Granatam, post aliquod P̄laturas cum laude gestas, electus fuit Episcopus Guatemalensis anno MDCLXXIV. Eundem vitæ austeritatis, ieiuniorum, & aliarum virtutum tenorem, quem servaverat intra Religionem, constanter retinuit in Episcopatu. Cilitium, aut ieiunium illi frequens fuit, & disciplinis seu flagellationes assidua. Tota eius familia videbatur Monasterium optime institutum. Reformavit Clerum, & nimium in cultu, & habitu ornatum severe coercuit.

398 **CONCILIUM.**

Erga pauperes valde misericors fuit, præsertim honestiores, quibus probro esse hostiatini mendicare. Præsus gravi ætate, præcatus fuit PHILIPPUM II. vti sibi daretur certus quidam quoadjutor valde dignus aut benemeritus. Verum prudentissimus Rex abnuit, ne forte id postea traheretur in exemplum vt quispiam Episcopus sibi nominet successorum. Denique optimus Præsul anno MDXCVIII. mense Julio prope eremitorium Deiparæ de los REMEDIOS à se fundatum ægotans, lectulo circumfusio multitudine Indórum lamentationum pijsissimi Pastoris obitum, decessit, & in Dominicanorum cænobio sepultus fuit.

III D.Fr. IOANNES DE MEDINA RINCON, cuius virtutes, & præclara gesta sunt longè ampliora, quam vt hoc loco referri, immo & satis indicari possiat. Sufficiat dicere fuisse patriæ Segoviensem instituto Augustinianum, pietate insignem, zelo observantiæ regularis, & disciplinæ Ecclesiasticæ præstantissimum. Nemo ferè ambitiosorum tam ardentem deperijt Prælaturas intra

vit

MEXICANUM. 597

viē Coactus admisit Episcopatum Mechoacanensem à PHILIPPO II. oblatum anno MDLXXII. solebat dicere: *Immanem esse superbiam eorum, qui Prælaturam appetunt: ut pote presumptium se posse multos regere, cum tamen vnus Angelus non nisi vnus hominis curam gerat.* Verfabat quoque mente illud tritum S. Gregorij Magni: *Virtutibus pollens, coactus ad regimen veniat virtutibus vacuus, ne coactus quidem accedat.* Hinc veluti electus à Deo, innumeros salutis æternæ fructus tulit in Hispanis, & Indis suæ curæ Commissis. Subditos quosque à vita recta aberrantes summa dexteritate, quâ monitis, quâ increpationibus, quâ supplicijs gravibus, ad salutis iter revocavit. Cum in hoc Concilio cautum esset ne quis Clericorum vestibus sericis vteretur, & quidam Canonicus valde dives nollet illos dimittere; Episcopus illata vi coram omnibus ipsum spoliavit pallio serico, & aliud laneum recipere coegit. Utinam Præsules quidem modo se ita gererent. Sanè Canonici Magnæ Ecclesiæ Tolontanæ tot titulis conspicuè, quamvis multi illorum sint filij Magnorum Principum,

las

398 **CONCILIUM**

lanctis vestibus vtuntur , etiam tempore æstivo , & sub climate nimium calori abnoxio. Cur non , & alij quilibet Ecclesiastici id ipsum exequantur ? Prædictus porro Episcopus , omni virtutum splendore refulgens , parcus sibi , largus in alios , ac profusus in pauperes , præsertim in miserabiles Indos , quos per amanter admonebat , consolabaturque immortalis nomine sibi comparato diem obiit anno MDLXXXVIII. & sepultus fuit in sua Ecclesia Cathedrali.

IV Subscribit D.DIDACUS Episcopus Tlaxcalensis , de quo nulla mihi prorsus notitia peculiaris est.

V D.Fr. GREGORIUS DE MONTALVO , Cauca in Diocesi Segobienſi natus , & anno MDL. in Conuentu obseruantissimo S. Stephani Salmaticæ institutum S.Dominici professus , post triginta exactos intra Religionem annos electus fuit Episcopus Yucatanensis anno MDLXXX. Quinquennio post adfuit huic Concilio : ac deinde translatus ad Ecclesiam Cuzquensem in Peruvia , in ea celebravit Synodum , pluraque decrevit vtilia ; præsertim circa administrationem Sacramentorum , & con-

ver-



MEXICANUM 599

Versionem multorum ex Indis, qui ciu-
rata fide Christiana, ad cultum inanem
idolorum redierant. Obijt ibidem anno
MDXCIII. non absque subditorum lau-
ctu, vt Remesalius scribit.

De reliquis duobus Episcopis subscri-
bentibus nihil inuenio. CARD. DE
AGUIRRE.

FINE CORONATUR NOBILE
SEMPER OPUS.